UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK WUPPERTAL
BERGISCHE UNIVERSITÄT WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

Scriptores de orthographia

Keil, Heinrich

Lipsiae, 1880

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-2014

Visual Library

Dieses Buch stammt aus der
Bibliothek Günther Jachmann
Notizen und Randbemerkungen
dürfen nicht verändert oder
entfernt werden!

Einband von
HANS ZIEHER
Alteburgerstr. 31
Köln

GRAMMATICI LATINI

EX RECENSIONE

HENRICI KEILII

VOL. VII

SCRIPTORES DE ORTHOGRAPHIA

TERENTIVS SCAVRVS VELIVS LONGVS
CAPER AGROECIVS CASSIODORIVS MARTYRIVS
BEDA ALBINVS

AVDACIS EXCERPTA DOSITHEI ARS GRAMMATICA
ARVSIANI MESSII EXEMPLA ELOCVTIONVM
CORNELII FRONTONIS LIBER DE DIFFERENTIIS
FRAGMENTA GRAMMATICA

INDEX SCRIPTORVM

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXXX

SCRIPTORES
DE ORTHOGRAPHIA

TERENTIVS SCAVRVS VELIVS LONGVS
CAPER AGROECIVS CASSIODORIVS MARTYRIVS
BEDA ALBINVS

AVDACIS EXCERPTA DOSITHEI ARS GRAMMATICA
ARVSIANI MESSII EXEMPLA ELOCVTIONVM
CORNELII FRONTONIS LIBER DE DIFFERENTIIS
FRAGMENTA GRAMMATICA

EX RECENSIONE

HENRICI KEILII

INDEX SCRIPTORVM

Universitätsbibliothek Wuppertal
W00122081

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXXX

04
ZZVM11905-7

UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI.

84. 21 131

Das Blatt ist hinter die beiden Titelblätter des ganzen Bandes zu setzen

THEODORO MOMMSEN

AMICO SVO

DIE XXX M. NOVEMBRIS A. MDCCCLXXVII

D.

HENRICVS KEIL

Q. TERENTII SCAVRI

LIBER

DE ORTHOGRAPHIA

Q. Terentii Scauri de orthographia duo supersunt libri manu scripti, qui quidem omnia quae hoc nomine inscripta feruntur continent, Bernensis 330 et Palatinus 1741.

Bernensem codicem decimo saeculo, ut mihi visum est, scriptum, qui olim Bongarsii fuit, accurate descripsit Usenerus mus. Rhen. v. XXII (a. 1867) p. 416, brevius Hagenus catal. cod. Bernens. p. 330. in hoc Scauri liber legitur f. 39—43*, *incipit liber Terentii Scauri de orthographia Scribendi — percenseri poterat.*

Codex Palatinus chartaceus quinto decimo saeculo scriptus inter excerpta veterum scriptorum et varios commentarios recenti aetate compositos hunc Scauri librum una cum appendice de ordinatione partium orationis continet f. 245—249*, *incipit liber Terrentii Scauri de ortograuia* (corr. *orthographia*) *Scribendi — percensiri poterat. finit Quinti Terrentii Scauri de orthograuia.* | *Terrentius scaurus de ordinatione partium orationis* | *In contextu historiae — omnes partes orationis examinabit.**)

Fragmentum libri sexto decimo, ut videtur, saeculo scriptum in codice Vaticano 1491 chartaceo, cuius indicem exhibui gramm. lat. v. V p. 526, relictum est, *Q. Terentii Scauri de orthographia ad Theseum Scribendi — ut squilla neque prae* (p. 2254). reliqua in fine codicis perierunt.

---

*) De reliquis codicis partibus comperta habui haec partim a me olim notata, partim a Stendero, qui codicem in meum usum contulerat, indicata. ante Scauri librum scripta sunt haec, *Incipit fabularius super XV libros metamorphoseon. Diofantus Lacedaemonum auctor libros scripsit antiquitatum — quisquis ex exilio zoyle nomen habet* (cf. Mai class. auct. v. III p. XVI), breves similis generis commentarii, Ciceronis epistulae aliquot, commentarius germanice scriptus *reformatio des heiligen gerichtes wie man dasz ordentlichen halden soll,* duae epistulae Petri Antonii. sequitur liber Terentii Scauri, post quem quinque folia vacua relicta sunt. deinde sequuntur Ciceronis oratio pro Marcello, eiusdem de optimo genere dicendi liber cum aliis excerptis Ciceronis, quibus subscriptus est annus 1466 vel, ut Stenderus indicavit, 1464, Martiani Capellae excerpta de arte rhetorica, Sexti Rufi breviarium, registrum super libros Laurentii Vallensis, de monstris.

Praeter hos codices in aliis iisque partim antiquioribus pauca ex initio libri excerpta et cum similibus aliorum grammaticorum excerptis de orthographia coniuncta leguntur. ex quo genere codicum quattuor novi hos. codex Sangermanensis 1180 saec. IX, de quo dixi gramm. lat. v. IV p. XXXIII, Scauri excerpta exhibet f. 36, *Item orthographia | Terentescauro orthographia igitur est ratio recte syllabis scribendi. scribendi autem ratio quattuor modis uitiatur — pro non positum est* (p. 2251). *Religio ideo dicitur* sqq. (Hagen anecd. Helv. p. 297). cum hoc consentit codex Monacensis 14252 Emmeramus 252 nono vel octavo saeculo scriptus f. 1, *De orthographia | Terentescauro orthographia — pro non positum est Relegio* sqq.: cf. catalog. cod. lat. bibl. reg. Monac. v. II 2 p. 150. eadem excerpta leguntur in codice Sangallensi 249 s. IX post Albini librum de orthographia in fine codicis p. 91, *incipiunt pauca ex libro terentiani scauri | excerpta de ortografia. Ortografia igitur est ratio in syllabis recte scribendi. scribendi autem ratio quattuor modis uitiatur* sqq.: cf. Verzeichniss der Handschriften der Stiftsbibliothek von St. Gallen p. 92. neque diversa ab his sunt excerpta codicis Lēidensis Voss. 4. 33 saec. X cum excerptis Isidori et Albini coniuncta f. 171, *incipiunt pauca ex multis grammaticorum id est terrentii prisciani capri cassiodori et aliorum libris excerpta de ortografia et de differentia similium orationis partium. ortografia grece latine recta scriptura interpretatur. orto enim recta grafia scriptura dicitur. haec disciplina docet quemadmodum scribere debeamus. nam sicut ars tractat de partium declinatione ita ortografia de scribendi peritia. ortografia igitur est ratio in syllabis recte scribendi. scribendi autem ratio quatuor modis uitiatur — est enim nescio non scio. Aeternus aetas aeuum* sqq. — *non palatium aule nomine sed atrium:* cf. gramm. lat. v. III p. 389.

Denique ea quae de ordinatione partium orationis praescripto Scauri nomine in Palatino codice leguntur etiam in codice Valentiano M 7. 3 saeculo nono scripta sunt post Albini commentarium in Priscianum, de quo dixi de gramm. quibusd. lat. inf. aet. p. 8, et sententias quasdam Hieronymi et Augustini, *Terrentius ait In contextu historiae — omnes partes orationis eximabit.* sequuntur item Hieronymi sententiae et commentarius in Donatum.

Primum editus est Scauri liber e codice Laurissano ab Ioanne Sichardo in editione Basileensi Adami Petri a. 1527, quam descripsi gramm. lat. v. VI praef. p. IX. de Scauro Adamus Petrus in praefatione ad filium scribit haec, 'Porro Terentium Scaurum, quem A. Gellius nobilissimum Hadriani temporibus grammaticum uocat, de orthographia adiunximus, cuius nobis copiam ex uetustissimo codice Laurissano Io. Sichardus fecit, uir, ne quid aliud dicam, studiorum causae optime uolens. Adeoque is uidetur esse,

quem Priscianus subinde Terentianum appellat: nos tamen freti Gellianis codicibus, tum uetustissimo exemplari, Terentium potius edidimus, cuius praeter alia ingenii monimenta citantur apud idoneos autores, Fabulae, et de erroribus Cesellii Vindicis libri'. codex autem quo Sichardus usus erat aut ipse Palatinus fuit, qui nunc superest, aut huic similis. cum hoc enim editi exemplaris lectio plerumque consentit. ab huius codicis scriptura, quae est in clausula libri p. 2262 *haec sunt quae urgenti tempore complecti tibi in praesentia potuit he si quid exemplis defecerit uel quaestionibus subiungentur*, profectus est Sichardus, cum et ibi addito Thesei nomine scriberet *potui Theseu quod* pro *potui si quid* et idem nomen in inscriptione libri poneret, *Q. Terentii Scauri de orthographia ad Theseum*. eadem inscriptio praeter principem editionem in fragmento codicis Vaticani legitur. sed eius fragmenti scripturam in reliquis quoque cum impresso exemplo ita inveni consentientem, ut non videatur dubitari posse quin ex hoc ipso Vaticanus codex descriptus, non ex illo codice editio Sichardi facta sit. ex Basileensi editione recepta sunt excerpta apud G. Fabricium gramm. vet. lib. de proprietate et differentiis sermonis latini a. 1569, repetita a Gothofredo auct. lat. ling. p. 1377 et a Vulcanio thes. utr. ling. p. 759.*) eandem editionem paucis, quae manifesto errore corrupta erant, correctis expressit Putschius, qui et Bernensi codice et coniecturis doctorum virorum se usum esse indicat, cum 'ex libro Bongarsii, notis Ranconeti et Petri Scriverii restitutum' a se editum esse Scauri librum scribit. verum tamen paucis locis, ut dixi, codicis scripturam recepit, pauciora etiam coniectura emendavit.

In nova editione duobus codicibus quos supra dixi usus sum. e quibus Bernensem *(B)* ipse cum Putschii editione contuleram: meam operam postea Hagenus denuo excusso codice ita supplevit, ut nullam dubitationem de scriptura codicis relictam esse putem. Palatinum codicem *(P)* me rogante Stenderus cum principe editione contulit. utriusque libri lectionem integram exhibui, et Bernensem quidem ita expressi, ut etiam in ratione scribendi, quantum fieri posset, hunc sequerer et in eo quoque genere omnem scripturae discrepantiam exceptis quidem rebus levissimis, quae nullam utilitatem habent, adnotarem. scriptura codicis saepius altera manu ipsa quoque antiqua, quam adposita *b* littera significavi, correcta est. litteras in rasura membranarum positas, si modo illud quod olim scriptum

*) Nullam fidem habent quae Claudius Dausqueius in orthographia v. I p. 162 Scauro tribuit, 'Scaurus lib. IX de orthographia: et raro Capri testimonio s apud Etruscos exprimitur et ex Latinis locutionibus nonnumquam evanescit. Ennius: Interea fugit albu' iubar Hyperioni' cursum'. nam neque a Scauro neque a Capro haec petita sunt, sed ab Agroecio p. 2269. Ennii autem versum Capro auctore usus Priscianus l. V p. 170, 9 in alia quaestione adscripsit.

erat non apparebat, addita nota *ras.* indicavi. minorem diligentiam requirebat Palatinus codex, in quo ea quae ad orthographiam vocabulorum pertinent plerumque omitti poterant. rationem autem duorum librorum inveni esse hanc, ut ex uno vetere exemplo litteris anglosaxonicis vel scotticis, ut videtur, scripto, quo solo Scauri liber memoriae proditus erat, ducti sint. quod exemplum cum in optimo codice Bernensi accurate expressum sit, neglegentius et multis vitiis auctum in Palatino, sequitur ut in illo omnis fere scripturae auctoritas nitatur, paucis locis, in quibus verba quaedam vel omissa vel neglegentius descripta erant, eius fides suppleatur Palatino codice.*) longe maxima tamen pars vitiorum, quibus Scauri liber in communi archetypo gravissime corruptus erat, ex illo ad utrumque codicem propagata est. ex eodem vetere exemplo derivata sunt excerpta, quae ex initio libri, quod tum quoque, cum illa componebantur, iam mutilatum erat, descripta et quattuor codicibus propagata sunt. ex his ea quae memoria digna esse videbantur adscripsi. manu scriptorum librorum lectionibus addidi discrepantiam principis editionis, quacum Putschiana, sicut dixi, plerumque consentit, eamque discrepantiam ipsam quoque integram exhibui, ut constaret, quem ad modum verba grammatici olim edita fuissent. nam ad constituendam lectionem impresso exemplo fidem non tribui, sed quae rectius in eo quam in Palatino codice leguntur e coniectura potius Sichardi quam ex meliore codice repetenda sunt, aut siquae forte in his quae Sichardus correxit sine alio codice non videbuntur in-

*) Ex iis quae Palatini codicis auctoritate recepi quaedam sane ita comparata sunt, ut facile coniectura inveniri potuerint. sunt etiam de quibus dubitem num codicis scriptura recte indicata sit. adscribam tamen pauca eius generis exempla. p. 2250 *quem nunc nos hedum dicimus* P cum excerptis: *nunc* om. B. p. 2251 *ut cum in uerbo nescio s litteram priori syllabae iniungunt* P, *ut cum in uerbo nescio s litterae* (corr. *litteram* b) *priori iungunt* B: *priori syllabae iungunt* defendunt excerpta. p. 2252 *ut f et h* P, *ut haec* B. ib. *K quidam superuacuam esse iudicauerunt* B, *quidam superuacuum esse litteram iudicauerunt* P. p. 2253 *male quidam per c* P, *multae quidem per c* B. ib. *quis enim uel hebetis animis anmissosimilitudinem sentire non possit. q littera aeque retenta est* P, *quis enim hebetis animi sonorum similitudinem sentire non possit. q littera aeque quaerenda est* B. ib. *quod auxilii eius litterae non indigebat* P, *quo auxilio eius litterae indigebat* B. p. 2257 *sed illud secuti uidentur* P: *illud* om. B. p. 2259 *adice quod maxumus corruptum sit* P, *adite maximus corrumptum* (corr. *corruptum*) *sit* B. p. 2260 *nemo autem numquam tam insulse per u artubus dixerit* P, *nemo y numquam tamen insulse per u artubus dixerit* B. ib. *quoniam pro illa u cederet* P, *que* (corr. *qua*) *pro antea u cederet* B. ib. *in eisdem hac littera necessario utimur* P, *in eisdem hac littera tangimur necessario* B. ib. *liquidae autem sunt quatuor P, liquidae sunt IIII* B. p. 2261 *cum alioqui dubium non sit quin per m scribenda sit* P, *cum alioqui dubium non sit cum per ms scribenda sit B.* ib. *et quoniam per p et s ea scribantur* P: *per* om. B. ib. *hiemps autem neutram harum syllabarum genitiuo recipiat. item non constat obscurum utrum per ob aut per op debeat scribi* P, *hiemps autem neutrum harum syllabarum recipit. item non constat obscurum ob an per op debeat scribi* B.

veniri potuisse, ne haec quidem post cognitam Bernensis codicis scripturam quidquam novi ad memoriam manu scriptorum librorum addunt. praeterea subieci indicem eorum locorum, in quibus eaedem res ab ipso grammatico tractantur. nam ad reliquos grammaticos qui de iisdem rebus scripserunt vel iisdem fontibus atque Scaurus usi sunt eam operam convertere infinitum fuit, quamquam horum comparatio ad corruptam scripturam emendandam plurimum profuit. in ipsa emendatione autem, quamvis sciam plura quam ipse correxi facile corrigi posse, tamen modum adhibendum esse censui, propterea quod librum non solum errore scribendi corruptum sed etiam excerpendi neglegentia depravatum esse existimo. quare quaedam quae in iusta et digna vetere grammatico elocutione ferenda non sunt relinquere quam incertis coniecturis temptare malui.

Terentium Scaurum Hadriani temporibus grammaticum vel nobilissimum fuisse testimonio constat Gellii noct. att. XI 15, qui eum de Caeselli erroribus scripsisse refert. eodem pertinet Capitol. vit. Ver. imper. c. 2 *audivit Scaurinum grammaticum latinum, Scauri filium, qui grammaticus Hadriani fuit.* praenomen Quinti bis posuit Iulius Romanus apud Charisium p. 202, 28 et 210, 21, *ubi Q. Terentius Scaurus in commentariis in artem poeticam libro X.* idem Scauri libros artis grammaticae bis appellavit p. 133, 1 et 136, 16. adnotationes eius in Vergilium paucae relictae sunt in scholiis Veronensibus, de quibus Ribbeckius prol. in Verg. p. 171 sq. disputavit. praeterea Plauti fabulas interpretatus esse testimonio creditur Rufini, qui nomen grammatici una cum excerptis ex Sisennae commentariis appellavit comm. in metr. Terent. p. 560, 27, *Sisenna in commentario Poenuli Plautinae fabulae — in Pseudulo sic 'malai διαίρεσις metri causa.' Scaurus in eadem fabula sic, 'nunc iam: iam divisit in duas syllabas metri causa.' Sisenna in Rudente sic* sqq. quamquam de Scauro non satis certum esse indicium commentarii Plautini apparet. nam interpolata veterum editionum lectione usus est Ritschelius de excerptis Rufini disputans parerg. Plaut. p. 374. non magis certum est ad commentarium Horatii referenda esse quae leguntur in scholiis Porphyrionis in Hor. sat. II 5, 92 *stes capite obstipo, tristi ac severo: Scaurus inclinato dicit,* vel apud Charisium l. c. *Q. Terentius Scaurus in commentariis in artem poeticam libro X,* de quibus acuta est disputatio Zangemeisteri de Horatii vocabulis singularibus (Berolini a. 1862) p. 40. ex arte grammatica videntur petita esse quae Scauri nomine adscripto Iulius Romanus de adverbio *obiter* Charis. p. 209, 14 et Priscianus de participio *ambitus* l. X p. 547, 10 attulerunt; item definitiones et observationes de variis artis grammaticae partibus apud Diomedem p. 300, 19; 27. 318, 14. 320, 13. 403, 20. 421, 16. 444, 29. 449, 26. 456, 27 et in explanationibus in Donatum p. 486, 9. 535, 5. 552, 31. 560, 19. 562, 1.

Composui omnia quae adscripto Scauri nomine a posterioribus grammaticis ex eius libris recepta sunt. nam quae non nominato auctore ad eius doctrinam probabiliter referri possunt sciens omisi. iam vero hic de orthographia liber non solum clausula subiecta p. 2262 *haec sunt quae urgenti tempore* sqq. ab iis quae deinde sequuntur separatus, sed etiam certo scriptoris consilio ita dispositus est, ut reliqua ad eum non pertinere appareat. nam quattuor posuit genera quibus scribendi ratio corrumperetur. quae postquam in principio libri una cum regulis emendandi breviter descripsit et paucis exemplis comprobavit, mox praemissa disputatione de cognatione litterarum, quoniam in hac omnis de orthographia quaestio versatur, per singulas libri partes copiosius persecutus est. et primum quidem additis contra rationem litteris, deinde detractis iis quas addi ratio iubebat multa corrumpi demonstravit et adiectis singulorum vocabulorum quaestionibus illustravit. tum de mutatione litterarum similiter disputavit. denique de conexione, quo genere ea quae in dividendis syllabis peccarentur contineri voluit, pauca subiecta sunt. per omnia autem genera cum saepe consuetudinem scribendi vel pronuntiandi pugnare cum ratione videret, id egit ut aut a prava consuetudine rationem defenderet aut ipsam consuetudinem certis legibus ex cognatione litterarum ductis regi demonstraret; raro propter soni iucunditatem aliquid consuetudini concessit. saepius, maxime in prima parte libri, consuetudo antiquorum commemorata est.

Ex antiquioribus grammaticis quibus Scaurus usus est Varronem ter appellavit, p. 2255 de longis syllabis per i vel ei scribendis, p. 2256 de adspiratione in Gracchi nomine omittenda, p. 2261 de nominibus per ps vel bs scribendis. quae Wilmannsius de Varr. libr. gramm. p. 86 libris de sermone latino tribuit ita, ut primum et tertium locum in primo libro, secundum in tertio collocaret, propterea quod his potissimum libris convenire viderentur. praeterea inventum Spurii Carvilii p. 2253 et Accii doctrinam de geminandis vocalibus p. 2255 commemoravit, quae ipsa quoque a Varrone recepisse videtur, sicut versus Lucilii p. 2255 adscriptos ab illo petiverat. denique Santram una cum dissentiente ab eo Varronis opinione nominavit p. 2256. reliquos, quorum sententias attulit vel impugnavit, nominatim non appellavit, sed generaliter quosdam multos alios dixit. sed ex his quoque quibus nomen adscriptum non est permulta ad Varronis doctrinam haud dubie referenda sunt. quod quo certius appareret, curavi ut ea quae ab aliis Varroni tribuerentur vel in libris de lingua latina similiter praecepta essent in adnotatione indicarentur. facile autem numerus eorum quae ex illius doctrina repetenda sunt augeri poterit, siquis ea comparaverit, in quibus alii qui iisdem fontibus atque Scaurus usi de orthographia scripserunt cum illo consentiunt. nam in his quoque

sunt quae, quamvis non nominato auctore tradantur, tamen satis probabiliter ad Varronem referri possint. verum his omissis satis fuit certis indiciis probavisse Varronianae doctrinae vestigia per totum librum dispersa esse, ex quibus de reliquis probabilis coniectura fieri posset.

Restat ut dicatur de iis quae post librum de orthographia scripta sunt de adverbio temporis 'cum', de usu atque scriptura adverbiorum sive praepositionum localium, de scriptura per i vel ei litteras et de apicibus litterarum, quibus addidi excerpta de praepositionibus locorum ex eodem fonte ducta, sed in compendium redacta et novo additamento aucta, quae in codice Parisino 7520 saec. XI cum excerptis ex catholicis Probi coniuncta leguntur f. 1, *Ars Probi de ultimis syllabis cuius sint declinationis uel ubi terminent genitiuum. Praepositiones locorum — audebam. Nunc de catholicis nominum uerborumque doceamus* sqq. (Prob. cathol. p. 3, 2). illa igitur, quae cum Scauri libro conexa in codicibus leguntur, neque cum hoc, sicut dixi, cohaerent et inter se minus certa dispositione coniuncta sunt. maximam autem eorum partem Varroni tribuendam esse animadvertit Lachmannus in Lucret. p. 186. quem secutus Wilmannsius de Varr. libr. gramm. p. 113 reiectis paucis, quae interpolatori tribuenda esse putavit, reliqua ex Varronis libro de grammatica petita iisque interpositis epilogum Scauri in duas partes discerptum esse censuit. nam ad epilogum libri de orthographia ea quoque quae huic parti subscripta sunt p. 2264 *brevitatem huius libelli* sqq. revocanda esse existimavit. postea Usenerus mus. Rhen. v. XXIV (a. 1869) p. 94 sqq. de tota hac parte, quam ex Bernensi codice emendatam exhibuit, ita disputavit, ut non solum haec omnia, quae in illo codice post Scauri librum scripta sunt, ex quinto libro de sermone latino transcripta et duabus partibus epilogi interposita esse demonstraret, verum etiam excerpta codicis Parisini, quae modo dixi, et similia quaedam de praepositionibus locorum praecepta, quae apud alios grammaticos leguntur, ab his ex eodem vetere fonte, cuius usus illis paratus fuisset, repetita esse existimaret. et Varronis quidem praecepta esse quae in hac parte referuntur certum est. nam et nomen eius disputationi de adverbiis localibus praescriptum est p. 2262, et ea quae de diversa scriptura numeri singularis et pluralis per i vel ei praecepta sunt eidem tribuuntur p. 2255. sed non minus certum esse puto quaedam quae Varronis non sunt immixta neque omnia sic ut nunc leguntur ab eo scripta esse. epilogum autem Scauri alienis excerptis interpositis in duas partes divisum esse parum probabile est. nam ut clausula libri de orthographia per se perfecta et absoluta est, ita ne in his quidem quae extremae parti subscripta sunt quidquam desideratur. memorabilis vero est huius partis, de qua dicimus, similitudo cum libro de orthographia. nam non solum eaedem res quae in illo tractatae iam erant iterum tractantur in his quae

ei subiecta sunt et additis aliis ita augentur, ut quodam modo suppleri illius disputatio videatur, sed etiam disputandi et scribendi ratio similis est in his atque in illo. ex quo genere est generalis eorum contra quos dicitur significatio, *quidam, qui dicunt* et similia, in fragmento Parisino *antiqui* et *consuetudo, quotiens* saepius adhibitum, *princeps littera* p. 2262 et *principes litterae* p. 2263 coll. p. 2258 *principibus litteris, πλεονασμός est* p. 2264 coll. p. 2254 *testantur μεταπλασμοί*. propter hanc similitudinem igitur non improbabile videbitur ut haec quoque, sicut librum de orthographia, cui adhaeserunt, a Scauro, quem plurima a Varrone recepisse vidimus, scripta et deinde utraque excerpta ab inferioris aetatis grammatico composita esse dicamus. huc accedit quod ii grammatici, quos Scauri libris de arte grammatica usos esse scimus, Iulius Romanus apud Charisium p. 203, 12 et Diomedes p. 414, 31, de adverbiis localibus vel praepositionibus eadem quae hoc loco uberius exposita sunt in breviorem formam redacta exhibent, ut illi non ipsum Varronis librum, sed ea quae Scaurus ex eo receperat habuisse putandi sint. unum huic sententiae video opponi posse, quod Varronis praeceptum de i et ei litteris p. 2264, quod supra p. 2255 grammaticus improbaverat, hoc loco sic tamquam ipsius scriptoris praeceptum refertur. quod tamen neglegentiae excerptoris videtur tribui posse, nisi potius iis quae deinde corrupte in codicibus scripta sunt hoc quoque loco refutatio eius sententiae continebatur.

Itaque si haec quae dixi vere disputata sunt, duo habemus Scauri fragmenta vel excerpta, alterum maius ex singulari libro de orthographia, ut videtur, receptum, alterum brevius ex alio eiusdem grammatici libro petitum. quae postea cum suis clausulis, sive hae ipsius Scauri erant sive ab alio grammatico additae, ad orthographicam institutionem coniuncta sunt.

Fragmentum de ordinatione partium orationis, quod praescripto Terentii nomine in Valentiano codice legitur, in uno Palatino codice Terentio Scauro tributum et eius libro subiectum est, ceterum a vetere grammatico haud dubie alienum est.

Excerpta Parisina, quae Scauri excerptis addidi, antea in analectis grammaticis Vindobonensibus p. 452 edita erant. codicem in meum usum denuo accuratissime excussit Maximilianus Bonnet, quo auctore lectiones libri manu scripti rectius, quam olim a Vindobonensibus editoribus factum erat, exhibui.

Q. TERENTII SCAVRI

DE ORTHOGRAPHIA

LIBER

* * *

p. 2249—51 P.

Scribendi autem ratio quattuor modis vitiatur, per adiectionem, detractionem, inmutationem, adnexionem. per adiectionem, ut cum querelam per duo l scribunt, cum querulus sit, non querullus. per detractionem, *ut* cum | haedus sine aspiratione scribitur, cum alioqui cum ea debeat, quoniam apud antiquos faedus sit dictus, et ubi illi f litteram posuerunt, nos h substituimus, ut quod illi fordeum dicebant, nos hordeum, fariolum quem nos hariolum, similiter faedum quem nunc nos haedum dicimus. per inmutationem, ut cum at coniunctionem | per d scribunt et eandem, quotiens praepositio sit, per t, cum alioqui e contrario debeat fieri. per

4 haedus *p. 13, 8. 23, 18*

B codex Bernensis 330
b eiusdem codicis corrector
P codex Palatinus 1741
ω editio Basileensis a. 1527

INCIPIT LIBER TERENTII SCAURI DE ORTOGRAPHIA *B* Incipit liber Terrentii Scauri de ortograuia (*corr.* orthographia) *P* Q. TERENTII SCAVRI DE ORTHOGRAPHIA AD THESEVM *ω*. INCIPIUNT PAUCA EX LIBRO TERENTIANI SCAURI EXCERPTA DE ORTOGRAFIA Ortografia igitur est ratio in syllabis recte scribendi. scribendi autem ratio quattuor modis uitiatur *codex Sangallensis 249*, DE ORTHOGRAPHIA TERENTE SCauro (ITEM ORTHOGRAPHIA TERENTE Scauro *cod. Sangerm.*) Orthographia igitur est ratio recte syllabis scribendi. scribendi autem ratio quattuor modis uitiatur *codex Emmeramus 252 et Sangermanensis 1180* 1 uinciatur *corr.* uitiatur *B* 2 querellam (*corr.* -elam) per duo ll scribunt cum querullus (*corr.* -ulus) sit *B* querellam per duo l scribunt quoniam (quum *ω*) querulus sit *Pω* 4 ut *post* detractionem *om. BPω* hedus *BP* oedus *ω* cum eadem *excerpta Emmer. Sangerm. Voss.* 5 faedus *excerpta Sangerm. et Voss.*, foedus *Bω et excerpta Emmer.*, fedus *P* 6 nos autem h *Pω* substituemus *excerpta Emmer. et Sangerm.* 7 quem illi fariolum nos hariolum dicamus *excerpta Vossiana. rectius erat* ut quod illi fordeum dicebant nos hordeum, quem illi fariolum nos hariolum, similiter quem illi faedum nos haedum dicimus: *cf. p. 13, 10* hariolum] ariolum *B* fędum *excerpta Sangerm.*, fedum *P* foedum *Bω* nunc *om. B*, *add. Pω et excerpta Sangerm. Emmer.* hedum *BP et excerpta Sangerm.*, hoedum *ω*

p. 2251 P.

adnexionem, ut cum in verbo nescio s litteram priori syllabae iungunt, cum posterioris initium esse debeat: est enim ne scio. nam ne pro non positum est apud antiquos. † significat nefrendes porcos qui sunt sine dentibus, id est qui fabam frendere non possunt, nesapus qui non sapit, ita et nescio non scio diductis in verbum et adverbium syllabis. recorrigitur vero regulis tribus, historia, originatione, quam Graeci ἐτυμολογίαν appellant, proportione, quae graece ἀναλογία dicitur. et historia quidem, ut cum sed per novissimam litteram *d* scribimus, quoniam antiqui sedum dixerint et per abscisionem coniunctionis pars remanserit. [at] originatione, ut cum dicimus inchoare cum aspiratione scribendum, quoniam a chao dictum *sit*, quod fuerit initium omnium rerum. proportione, ut cum dicimus equum et servum et similia debere scribi, quia antiqui per uo scripserint, quoniam scierunt vocalem non posse geminari credebantque et hanc litteram geminatam utroque loco in sua potestate perseverare, ignorantes eam praepositam vocali consonantis vice fungi et poni pro ea littera quae sit f; deinde, quod omnia nomina feminina nominativo singulari a finita, quotiens in masculinum transeant, servatis praecedentibus litteris novissimum a in u vertant et assumpta s contrarium sexum significent, ut iusta iustus, casta castus, pia pius, ita et equa et *serva* servatis praecedentibus litteris et u pro a substituto equus et servus et equum et servum per duo u, non per unum u efficiunt, excepto uno avia avus, unde apparet avium debuisse dici.

---

1 nescio *p. 28, 15* 15 praepositam vocali *p. 17, 2*

---

1 litterae *B, corr.* -am *b* priori syllabae iungunt *excerpta Emmer. Sangerm. Voss.*, priori syllabae iniungunt *P* priori syllabae coniungunt *ω* priori iungunt *B* 2 est enim nescio non scio *excerpta Emmer. Sangerm. Voss.* 3 Aput antiquos significat nifrendes *P* apud antiquos ut nefrendes *ω*. *fortasse* apud antiquos, sicut dicebant nefrendes nefrendes] *Varr. r. r. II 4, 17* amisso nomine lactentis dicuntur nefrendes ab eo, quod nondum fabam frendere possunt, id est frangere: *cf. Fest. p. 162* 5 diductis *Pω* deductis *B* 6 ΗΓΥΜΟΛΟΤΙΑΝ *B* ΕΤΥΜΑΓΙΑΝ *P* 7 et *om. ω* 8 d *om. BPω*, *add. Putschius* 9 dixerunt *BPω* 10 scribendo *ω* a chao *Pω* a cho *B:* inchoo inchoavi, sic dicendum putat Iulius Modestus, quia sit compositum a chao, initio rerum *Diomedes p. 365, 16. cf. Varr. de l. l. V 19* 11 sit *om. BPω* 12 ecuum (*corr.* equm) et seruum *B* seruum et ceruum *Pω*, equom et seruom *Putschius. fortasse* equum servum et similia per duo u debere scribi deberi *P* per uo scripserint *Putschius*, per uos scripserint *Pω* per uos scripseī *B* 14 perseuerare] seuerare *B* seruare *P* seruari *ω* 16 quae sit f *ω* quaesitae *B* quesite *P* singulari a finita *ω* singulari. L. finita *B* singula id est finita *P. fortasse* a littera finita *et deinde* adsumpta s littera *scripserat grammaticus* 17 in masculinum transseant *P* in masculino transeant *B* 18 assumpta s *Pω* assumpta L. *B* significant *BPω* 19 et equa et seruatis praecedentibus litteris *BP* et equa et serua praecedentibus literis seruatis *ω* 21 per auo (per auo .v. *P*) non per u efficere *BP* per uus non per o efficere *ω* uno auia auus *P* uno auia auos *Bω* 22 avium] auum *BP* auom *ω*

p. 2251. 52 P.

Redditis ergo vitiorum modis et emendationis regula exposita, antequam ad ea veniamus, circa quae scribentium error argui solet, necessarium putamus ante cognationem explicare litterarum, quoniam huius quoque notitia haesitantibus saepe succurrat. vocales itaque inter se mutuis vicibus in declinatione funguntur, ut ago | egi, tango tetigi, salit exilit, salsus insulsus. quod non minus in extremitatibus nominum apparet, cum iustus iusti iusto iuste dicimus uni litterae subinde succedentibus ceteris. nec minus consonantes, ut f et h: utraque enim est flatus. quare quem antiqui fircum, nos hircum, et quam Falisci habam, nos fabam appellamus, et quem antiqui fariolum, nos hariolum. item l et d et r et s, cuius rei maximum argumentum est, quod balbi, qui r exprimere non possunt, aut l dicunt aut s, nec minus quod capra per deminutionem capella dicitur et frater fratellus. item Furios dicimus quos antiqui Fusios, et aras quas illi asas, et lares quos *illi* lases, item sellam quam illi seddam [et attulit attinet t pro d substitutum]. deinde m et n consentiunt et paene idem sonant, unde distinguendorum sonorum utriusque litterae causa m dicere antiqui praepositam n litterae quam n maluerunt. hoc probant etiam Graeci, qui, ubi nos m litteram ponimus, n ponunt, ut graphium

---

6 in extremitatibus nominum *p. 24, 19* 8 f et h *p. 11,4. 23,18* 13 Furios *p. 23, 16* 14 sellam *p. 23, 17* attullit *p. 26, 14*

---

3 cognitionem *B* 4 notitiam haesitantibus saepe succupirat *ω P* mutuus *B*, *corr.* mutuis *b* 7 uni litterae *Pω* uim litterae *B*. *an* u litterae? suc cedentibus *B* 8 ut f et h *Pω* ut haec *B*. *Varronis de* f *littera praecepta leguntur de l. l. V 97 et apud Velium Longum p. 2230 eodemque auctore ib. p. 2238 Serv. in Verg. Aen. VII 695* enim ut flatus *B P* enim ut flatus est *ω*. *an* utraque enim adflatur? *cf. Varr. r. r. III 1, 6* nam lingua prisca et in Graecia Aeolis Boeotii sine adflatu vocant collis Tebas 10 hariolum] ariolum *B* et d *om. ω* 11 balbi qui] alibi qui *B* aliqui *Pω*. *cf. Plutarch. quaest. Rom. 54* καὶ τὸ λ πάλιν τοῖς ἀπολισθαίνουσι τοῦ ϱ δι' ἀμβλύτητα τῆς γλώττης ὑπόκειται τρανλιζόμενον 12 per deminutionem *b* per ademinutionem *B P* per diminutionem *ω* dicitur *B* dicatur *Pω* 13 Furios] furuos *Bω* furuios *P*. *cf. Varr. de l. l. VII 26* in multis verbis, in quo antiqui dicebant s, postea dictum r Fusios] fuscos *B Pω* Fusuos *Putschius* 14 lares quos lasses *B P* lares quos lases *ω* illi seddam *Pω* illi seddem *B*. *cf. Serv. in* t t *Verg. bucol. 1, 2* unde et sella pro sedda dicitur a sedendo et adtulit adtinet *B*. *seclusi verba ex adnotatione de* d *et* t *litteris, ut videtur, relicta, sed ab hoc loco aliena. nam de cognatione mutarum litterarum postea dicitur. eadem exempla posita sunt p. 26, 15 de mutatione praepositionum* 15 substitutum deinde et n̄ *B* substitutum deinde et non *P* subtuto m deinde et n *ω* 16 unde] ut *Pω* et *B* causae (cause *P*) dicere antiqui praepositae (praeposite *P*) l quam n maluerunt *B P* causa dicere antiqui praeposita l quam n maluerunt *ω*. *haec ita correxi, ut ad* m *litteram sequente* n *in eandem* n *litteram vulgo mutatam pertinerent, de qua mutatione dixit Velius Longus p. 2237*, cum dico 'etiam nunc', quamvis per m scribam, nescio quo modo tamen exprimere non possum 18 ponunt] ponant *P*

p. 2252. 53 P.

γραφεῖον et salum σάλον et similia. x littera cognata *est cum* c et g, quod lingua sublata paulum hae dicuntur, ut ab eo quod est lux et lex dicimus lucis et legis. b cum p et m consentit, quoniam origo earum non sine labore coniuncto ore respondet. a quo quem Graeci Πυρρίαν nos Byrriam, et quem *nos* Pyrrum antiqui Burrum et Palatium *Balatium,* item Publicolam Poplicolam: et alii scamillum, alii scabillum dicunt: aut cum ab eadem voce duae gignuntur, ut ab eo quod est princeps et caelebs principis et caelibis, nec minus e contrario in verbis, cum *a* carpo et scribo carpsi et scripsi proferimus. c cognationem habet cum g, et ideo alii dicunt gaunacen, alii caunacen, item camellum gamellum. cum χ quoque graeca littera consentit: unde quidam coronam, non nulli choronam dixerunt. k quidam supervacuam esse litteram iudicaverunt, quoniam vice illius fungi satis c posset. sed retenta est, ut quidam putant, quoniam notas quasdam significaret, ut Kaesonem et kaput et kalumniam | et kalendas. hac tamen antiqui in conexione syllabarum ibi tantum utebantur, ubi a littera subiungenda erat, quoniam multis vocalibus instantibus, quotiens

7 princeps *p. 21, 9. 27, 11*

1 ΓΡΑΦΗΙΟΝ *B* ut salum *σάλον* et similia *Pω* ut salum salon grece et similiter *B* cognota *P* est cum *om. BPω* quod lingua sublata paulum hae dicuntur *parum recte de* c *et* g *litteris dicta sunt. sed* d *et* t *litterarum pronuntiationem similiter descripserunt Terentianus v. 199 sqq. et Marius Victorinus p. 34, 24. quare videndum an haec cum iis quae supra de his litteris alieno loco scripta sunt olim coniuncta et post hanc disputationem de* x *littera posita fuerint in hunc fere modum,* item d et t cognatae sunt, quod lingua sublata paulum est hae dicuntur, ut attulit et attinet t pro d substituto 2 quod lux *B* 3 lucis et legis *Pω* lucis legis *B* et m] etiam *ω* earum] eorum *Bω* quorum *P* 4 coniuntione respondit a quoquē greci ΠΥΡΡΙ\N nos byrriam *B* coniunctione respondi a quo quem greci ΠΥΡΡΙ An nostri byrriam *P* coniunctione reuelli a quoquam potest, Graeci *πυρρίαν* nostri byrriam *ω. correctionem praebuit Marius Victorinus p. 18, 14,* item consonantes inter se proprie sunt cognatae quae simili configuratione oris dicuntur, ut sunt b f m p 5 et quem pyrrum antiqui byrrum *BPω* et quem Purrum antiqui Burrum *Putschius* et palatium item publicolam poplicolam *B* et palatium item publico lampo plicolam *P* palatium item Publicolam, Boblicolam *ω. cf. Varr. de l. l. V 53* itaque Naevius Balatium appellat 6 et alii scamillum alii scabillum *BP* alii scapillum alii scabillum *ω.* scabellum *Varro de l. l. V 168,* scamellum *Priscianus l. III p. 111, 1* 7 duae in ae gignuntur *Pω* celebs *BP* 8 celibis *P* celebis *B* ā *ante* carpo *om. BPω* 9 carpsi] carsi *P* 10 gaunacem (cem *ras. B*) alii caunacem *BPω.* gaunacuma *codex Varronis de l. l. V 167* camellum gamellum HZ quoque *B* camellum camellus h z quoque *P* camelum gamelum K quoque *ω* camelum gamelum X quoque *Putschius* 11 unde quidam *Pω* unde quidem *B* choronam] koronam *ω* 12 K *om. Pω, add. B* superuacuam esse literam iudicauerunt *ω* superuacuum esse litteram iudicauerunt *P* superuacuam esse iudicauerunt *B* 13 fungi satis c possit *B* fungi c satis posset *Pω* retenta *Pω* retenda *B* 14 natas *B* et kaput] ut kaput *BPω* 15 hac tamen *Pω* haec tamen *B* ibi tantum *Pω* tantum ibi *B*

p. 2253 P.

id verbum scribendum erat, in quo retinere hae litterae nomen suum possent, singulae pro syllaba scribebantur, tamquam satis eam ipso nomine explerent, ut puta decimus, d per se deinde cimus, item cera, c simplex et ra, et bene, b et ne. ita et quotiens kanus et karus scribendum erat, quia singulis litteris primae syllabae notabantur, k prima ponebatur, quae suo nomine a continebat, quia, si c posuissent, cenus et cerus futurum erat, non canus et carus. ego autem contenderim magis supervacuam esse c quam k, quoniam k, ut apud Graecos, satis vim etiam c litterae exprimat, sed quosdam figura deceptos, qua non solum apud nos verum etiam apud antiquos Graecorum g littera notabatur, ut testatur foedus Graeciae † camelo aereo in hortis Caesaris in aede Fortis Fortunae incisum, ubi pro Γ haec forma posita est, item XII tabulae, ubi est NI PACVNT per hanc formam, quod male quidam per c enuntiant (est enim praeteritum eius pepigi a pango, ut *a* tango tetigi, non paxi, ut a dico dixi), credidisse nobis k deesse et hanc quidem k dixisse, ceterum pro ea nota adiecta a Spurio Carvilio novam formam G litterae positam. nam non fuerunt tam inperiti antiqui, *ut* k servarent, si aliam litteram idem sonantem habuissent. quis enim vel hebetis animi sonorum similitudinem sentire non possit? Q littera aeque retenta est propter notas, quod per se posita

---

19 Q littera *p. 18, 4. 27, 18*

---

3 dicimus d per se deim dicimus *P* dicimus d per se im dicimus *B* dicimus per d sedcim dcimus ω Decimus d per se im dicimus *Putschius*, decimus d per se inde cimus *Scioppius gramm. philos. p. 163 et Vossius Aristarch. I 17 p. 78*, decimus per d et cimus *Schneiderus gramm. lat. v. I p. 293* cera] cra ω 4 et bene b et ne *P* et bene et be et ne *B* et bne b et n ω kanus et karus] knus et krus ω 5 quia ω qua *BP* natabantur *B* ponabatur *P* 9 *fortasse* figura C deceptos 10 g littera *Schneiderus gramm. lat. v. I p. 294*, haec littera *Pω* haec .l. *B* foedus gretiae *B* fedus graeciae *P* 11 camelo aereo] *fortasse* columnae aeneae in aede] id'a *B* id est a *P* aedi ω 12 pro Γ haec] pro o. p. haec *BP*, *sed expuncta in B* o *littera*, pro porta haec ω posita sit *BPω* XII tabulae] *leg. XII tab. rel. ed. Schoell p. 118* ni pagunt *BPω*. ni pacunt *scribendum esse vidit E. I. A. Seyfertus gramm. lat. v. I p. 54* 13 male quidam *Pω* multae quidem *B* per c enuntiant est enim praepositum eius ω per c nunciantes (nunctiantes *P*) enim prepositum eius *BP* 14 a *ante* tango *om. BPω* ut dico *B* credidisse nobis p deesse et hanc quidem p dixisse *BP* credidi saepe nobis p deesse et hanc quidem p (quidem b *Putschius*) dixisse ω *et Putschius* 16 adiectam a Spurio Carrutio nove formam G litterae praepositam *Seyfertus l. c.* Carvilio] corrutio *corr.* carrutio *B* caruttio *P* Carutio ω: *correxit Schneiderus gramm. lat. v. I p. 270 coll. Plutarch. quaest. Rom. 54* nouam formam G litterae (s literae ω) praepositam *Pω* noue formam g litterae praepositam *B et Putschius* 17 ut *om. BP, add.* ω 18 vel *om. B, add. Pω* animi sonorum *B* animis animissorum *P* animi eorum ω 19 aeque retenta est *Pω* aeque quaerenda est *B* posita] possit a *P*

p. 2253. 54 P

significaret quaestorem, et quia cum illa u littera conspirat, quotiens consonantis loco ponitur, id est pro vau littera, ut quis et qualis. unde et Graeci coppa, quod pro hac ponebant, omiserunt, postquam usu quoque, quod auxilio eius litterae non indigebant, supervacuum visum est.

Sequitur ut demonstremus, quae littera aut praeponi possit aut subici. a igitur littera praeposita est u et e litteris, ae au, subiectiva vero u † verum u sequitur ut au et apud antiquos i littera pro ea scribebatur, | ut testantur μεταπλασμοί, in quibus est eius modi syllabarum diductio, ut 'pictai vestis' et 'aulai medio' pro pictae et aulae. sed magis in illis e novissima sonat, et propterea antiqui quoque Graecorum hanc syllabam per

7 i littera pro ea scribebatur *p. 24, 10*

1 significaret q quaestorem *B P ω* 2 pro vau littera] pro ua *ω* 3 coppa quod] copia quam *B P κάππα* quod *ω*, *ubi κόππα scribendum esse vidit Schneiderus gramm. lat. v. I p. 322* 4 quo auxilio eius literae non indigebant *ω* quod auxilii eius litterae non indigebat *P* quo auxilio eius litterae indigebat *B. fortasse* qui auxilio eius litterae non indigebat 5 quae littera] .q. littera *B* aut praeponi aut subiici possit *P* *De coniunctione vocalium quae in codicibus leguntur ita corrupta sunt, ut verba grammatici certa coniectura restitui nequeant. nam et quae de e vocali praecepta erant perierunt, et reliquarum vocalium ordo perturbatus est, neque quae de usu antiquorum grammaticus adnotaverat recte tradita sunt. quare paucis emendatis scripturam codicum retinui. ceterum aptus rerum ordo hoc fere modo restitui potest:* A igitur littera praepositiva est e et u litteris, ut ae au; subiectiva vero i et u, ut ia ua. et apud antiquos i littera sequitur, quoniam i pro e scribebatur, ut testantur μεταπλασμοί, in quibus est eius modi syllabarum diductio, ut 'pictai vestis' et 'aulai medio' pro pictae et aulae. sed magis in illis e novissima sonat, et propterea antiqui quoque Graecorum hanc syllabam per AE scripsisse traduntur. e littera praeiectiva est i et u litteris, ut ei eu, subiectiva vero omnibus vocalibus, ut ae ie oe ue. i littera cum omnibus vocalibus praeiciatur, nulli subicitur nisi u litterae, ut vidi vir, nisi secundum antiquos eius modi syllabae, loi et moi, per oi scribebantur, non per oe. o praeiectiva est e litterae, ut oe, et secundum antiquos in eadem syllaba scribebatur i. u littera omnibus vocalibus et praeiectiva et subiectiva consentit, ut va ve vi vo, in quibus syllabis non vocalis, sed consonantis vicem praestat: est enim posita pro digamma, quod quidam Graecorum etiam vau appellant: et rursus au eu iu ou. 6 a *ante* igitur *om. P ω, add. B et Putschius* u et e littere ae et au subiectiva uero uerum .v. sequi ut .u. au. ut aput antiquos uero i littera pro ae scribebatur *P* ua et e, literis e ut u subiectiua uero u: ut au. Apud antiquos uero i litera pro e scribebatur *ω*. *corruptam codicis B scripturam supra exhibui.* 8 ΜΕΤΑΠΛΑCΜΟΥ *B* metaaΠΛΑCΜΟΙ *P. in metaplasmis duos Vergilii versus qui sequuntur posuerunt Diomedes p. 440, 10 et p. 442, 11 et Verrio Flacco auctore usus Pompeius p. 297, 28: cf. Vel. Long. p. 2222 Priscian. l. I p. 37, 15* deductio *B P ω* 9 pictai] *Verg. Aen. VIIII 26* aulai medio *P* aulai in medio *B ω et Velius Longus: Verg. Aen. III 354* 10 propterea *P ω* praeterea *B* per ae scripsisse *B et Putschius*, per ea scripsisse *P* per *αι* scripsisse *ω*. *in* ae *diphthongo pro* a *scribendo Latinos Aeolum morem imitatos esse docet Priscianus l. c. p. 38, 4,* ponitur pro e longa, ut scaena pro *σκηνή*, et pro a, ut Aesculapius pro *Ἀσκληπιός*, in quo Aeolis sequimur: illi enim *νύμφαις* pro *νύμφας* et *φαῖσιν* pro *φασίν* dicunt, *ubi νυμφαες et φαεσιν pro νύμφαις et φαῖσιν in bonis codicibus legitur. de* oe *diphthongo idem tradit p. 40, 4* nec

p. 2254 P.

ae scripsisse traduntur. o praeiectiva est e litterae, ut oe, et secundum antiquos eadem syllaba i. u littera omnibus vocalibus et praeiectiva et subiecta consentit, ut va ve vi vo et rursus au eu iu ou, in quibus syllabis non vocalis sed consonantis vicem praestat. est enim posita pro digamma, quod quidam Graecorum etiam VAV appellant. i littera cum omnibus vocalibus praeiciatur, nulli subicitur nisi u litterae, ut vidi vir, nisi secundum antiquos eius modi syllabae loi et moi per oi scribebantur, non per oe [u littera cuicumque vocali praeici, sed tamquam consonans potest nec minus subici].

Ex consonantibus b praeicitur [in] litteris d l n r, ut bde ble bne bre, alii nulli. c praecedens in consortium syllabae assumit litteras l m n r t, ut cle cme cne cre cte, aliarum consortium respuit. d praeicitur l n r, ut dle dne dre, aliis minime. f praeiecta conspirat cum l n r, ut fle fne fre. g praeicitur l m n r, ut gle gme gne gre, et litterae digamma u sequente *vocali*, ut gue, *id est* gϝe. h nulli consonantium praeicitur; vocalibus vero modo utroque consentit, *praeiecta*, ut heri hodie humus hilum hamus, item subiecta, ut ah eh ih oh uh: consonantibus tribus subicitur c p t, ut che phe the. k omnibus litteris quibus c et praeici et subiungi potest. l nulli consonantium praeicitur, sed subiectivam tantum modo habet potestatem; subiungitur autem f litterae, ut fla-

2 v littera *p. 12, 15*

mirum, cum pro ω quoque habemus o et pro i e in diphthongo accipimus. hoc tamen quoque ad imitationem Boeotorum solemus facere. *exempla αε diphthongi ex antiquis Boeotorum inscriptionibus adnotavit Ahrensius de dialect. Aeol. p. 198 et post hunc alii*

1 ut oe *Putschius*, ut d *BPω* 2 eadem syllaba i *Pω* eadem i *B et Putschius* 3 ve] uae *B* au eu iu ou ω au eu iu uo *P* eu au iu ouo *B* 4 consonantis vicem praestat] consonantia it̄ prestat *B* consonanti Item prestai *P* consonans est u *lacuna post* u *relicta* ω 5 quidam Graecorum etiam vau appellant] *Varronis testimonium adscripserunt Priscianus l. I p. 15, 2,* unde a plerisque ei nomen hoc datur, quod apud Aeoles habuit olim ϝ digamma, id est vau ab ipsius voce profectum teste Varrone et Didymo, qui id ei nomen esse ostendunt, *et Cornutus apud Cassiod. p. 2282*, hanc litteram Terentius Varro dum vult demonstrare ita perscribit, vau i littera] k hi littera *B* 6 praeiiciatur ω praeiacitur *B* praeiicitur *P* 7 loy et moy *B* scribebantur *P* scribantur *Bω* 8 praeiici ω pcipi *B* preicipi *P* 10 b *om. BP, add.* ω litteris d l n r bde blo bne bre (dre *P*) alii nulli *Pω* litteris d r l m. B. D. E. blo bne bre alii nulli *B* 11 c praecedens *in marg. add. B* in consortium sillabae assumptae (adsumptae *P*) l m n r t *BP* init consortium syllabae adsumptae, id est, m n r t ω 12 cne] kne *B* 13 ut dle] ut L̄E̅ *B* dle (*omisso* ut) *Pω* 14 gme] gne *B* digamma (digammae *B*) insequente ut gue gte *BPω* 16 praeiecta *om. BPω* 17 item subiectat hat het hit hot hut *Pω* item subiecit hat haec hit hot hut *B* 18 ut che phe omnibus *BPω* et *ante* praeici *om.* ω 19 subiectiuam ω subiectam *B* subiectum *P* 20 ut flatus *Pω* ut flauis *B*

p. 2254. 55 P.

tus, et p, ut placidus, et b, ut blandus, et g, ut glaucus, et t, ut tlo. m *uni* tantum consonanti praeiecta conspirat n, ut Mnestheus. n nulli consonantium praeiectiva est, sed subiectivam tantum habet potestatem. p praeicitur consonantibus l n r s t, *ut* ple pne pre pse pte. q neque subicitur cuiquam consonantium excepta s, ut squilla, neque praeponitur excepta u, ita tamen, si ab illa vocalis tertio loco fuerit, ut que quis. r nulli consonantium praeicitur, sed subiectivam habet potestatem. | s omnibus consonantibus praeicitur exceptis h et x, quibus nihil praeici potest. t praeicitur litteris l m n r, ut tle tme tne tre. et quatenus huic parti satisfactum est, hinc iam quaestiones quae in rationem scribendi cadunt secundum praepositae divisionis ordinem explicare temptabimus.

Primum igitur per adiectionem illa videntur esse vitiosa, quod Accius geminatis vocalibus scribi natura longas syllabas voluit, cum alioqui adiecto vel sublato apice longitudinis et brevitatis nota posset ostendi. nam singulares vocales et produci et corripi possunt. unde etiam Lucilius in nono saturarum de orthographia praecipiens ait

a primum est: hinc incipiam, et quae nomina ab hoc sunt:

deinde

† a primum longa brevis syllaba. nos tamen unum
hoc faciemus et uno eodemque ut dicimus pacto
scribemus pacem placide Ianum aridum acetum,
Ἄρες Ἄρες Graeci ut faciunt.

itemque quod Lucilius, ubi i exile est, per se iubet scribi, at ubi plenum est, praeponendum esse e credit his versibus,

---

4 Q neque subicitur *p. 15, 19. 27, 18*

---

1 ut glaucus *Pω* ut glocus *B* tlo] *fortasse* Tlepolemus: *cf. Terent. Maur. v. 866 Serg. de litt. p. 477, 12 Priscian. l. I p. 42, 16* 2 uni *om. BPω* mnester *BPω* n] m *B* nulli *ω* nullius *BP* 3 praeiectiua *Pω* praeiecta *B* subiectiuam *ω* subiectam *B* subiecta *P* 4 ut *om. BPω* q ne subicitur *B* 5 scilla *P* 6 excepta u ita tamen *B et Putschius,* excepta.v. auita tamen *P* excepta a u tamen *ω* ab illo *BPω* que] quae *BPω* 7 subiectiuam *Pω* subiectam *B* s *om. P, add. Bω* 8 et x] et ex *P* 9 quatenus] eatenus *ω* 11 p̄positae *B* propositae *Pω* 12 ulla *corr.* illa *B* 13 longas *Pω* longa *B* 15 in nono satu.rarū *una littera, ut videtur, post* tu *deleta et* rū *ras. in lacuna sex fere litterarum B,* in uim satyrarum *P* in IX satyrarum *ω* 19 a primum longa et brevi' syllaba *Dousa Lucil. sat. rel. p. 43,* aa geminum longa: a breuis syllaba *coniecit Ribbeckius mus. Rhen. v. XXIX (a. 1874) p. 131.* primum *e superiore versu repetitum esse viderat L. Muellerus Lucil. sat. rel. p. 43* 20 eodemque *B* eodem quod *P* eodem *ω* diximus *Dousa* 22 Ἄρες Ἄρες *Dousa,* arpe.cape e *B* apec ape E *Pω* 23 itemque quod *B* item quod *Pω* 24 praeponendum esse E credit *Putschius,* praeponendum esse ei credit *Pω* praeponendum esse credit *B*

p. 2255. 56 P.

'mille hominum', 'duo meilia': item hisce utroque opus, 'meiles,
meilitiam'. tenues i, 'pilam', qua ludimus: 'pilum',
Praepositiones locorum quattuor vulgo servantur, ex in ad ab. duae primae quo itur et unde exitur significant, ut in arcem *et* ex arce, duae sequentes quo aditur et unde abitur, ut ad simulacrum et ab simulacro. antiqui in duabus praepositionibus ex et ab sequentes demebant litteras, si proximum verbum semivocalem primam aut mutam habiturum erat, ut e Gallia, e locis, quoniam ex minus levem conpositionem facit. hoc consuetudo non servat: dicit enim ex Gallia. illud servamus, si vocales sequuntur, ut praeponamus ex, *ex* Eryco, ex Olympo. si sequitur i aut u, habetur ratio duplex antiquorum. nam si vocalis aliqua iungeretur, demebant x, e Vaticano, e Iudaea: hoc consuetudo non servat. si per se essent sine aliqua vocali, x adiciebant, ut ex Illirico, ex Vmbria: item si h praeponeretur, ex Himetto. hoc servamus † et quid infra est. in quibus consonantes primae sunt, detrahimus b, ut a Capua, a Dertona. in quibus vocales sequuntur, ab praeponimus, ut ab Ericinis, ab Atheniensibus. si i aut u sequuntur, item ut supra, duo servantur modi. si per se sunt * ut ab Illirico, ab Vrbiano; si secum alteram vocalem *habent, b* amittunt, ut a Venusia, a ianitore.

---

5 praepositiones locorum *p. 29, 8*

Subieci fragmentum ex codice Parisino 7520 saeculo undecimo scripto editum in analectis grammaticis Vindobonensibus p. 452

C codex Parisinus

v editio Vindobonensis

5 INCIP. ARS PROBI DE ULTIMIS SYLLABIS CUIUS SINT DECLINATIONIS UEL UBI terminent genitiuum. Praepositiones locorum *C* 6 et *ante* ex arce *om. C, add. v* 9 mutam *v* mutum *C* ut egalliae locis *C* ut e Gallia et e Tuscis *Scaurus* 10 consuetudo non conservat, dicitur enim *v* 12 ut p̄ponamus exeuryco exolimpo *C* ut praeponamus x ex Eryco ex Olympo *v* 13 nam si *v* N si *cum lineola in media parte litterae* N *C* 15 e Vaticano *Scaurus*, euaticiano *C* 15 item si h praeponeretur ex Hymetto *v coll. Scaur. p. 30, 9*, item si .y. p̄poneretur .x. h'inea .o. *C*. y *defendi poterat ita*, item si y sequeretur, praeponebant ex, ut ex ymetto 16 hoc servamus, et quidem si sequuntur voces, in quibus *v. fortasse* hoc servamus etiam in praepositione ab: in quibus *sqq. vel* hoc servamus. et in ab eadem ratio est: in quibus *sqq. cf. Scaur. p. 30, 10* 17 primae] *an* proximae? 18 ab praeponimus] b p̄ponimus *C* si i aut u sequatur *v* 19 si enim sunt solae, dicuntur ut reliquae vocales, ab urbe ab Illyrico *scripsi apud Scaurum* 20 ab urbiano Sicū alteram uocalem amittunt *C* ab Urbino, si cum altera vocali, amittunt b *v* 21 ut ā uenusia ā ianitore *C*

Est enim nunc genus dilatandi verba, quae io litteris finiuntur, de quo et Aufusti grammatici liber est ad Asinium Pollionem, rectius dici veniebam audiebam salliebam leniebam molliebam, quam venibam audibam sallibam lenibam mollibam, tamquam venio prima correpta veniebam, rursus veneo prima producta venibam, non veniebam, audio audiebam, audeo audebam.

---

1 Est ⫲ $\overset{c}{N}$ genus *C*, est et in usu genus *Usenerus mus. Rhen. v. XXIV a. 1869 p. 101. malim* est novum 'genus dequo ⅂ abnesti. fusti gramatici liber ⌒ ad assinum pollionum *C* de quo abnesti fusti grammatic liber ad Asinium Pollionem *v*, de quo est Aufusti grammatici liber ad Asinium Pollionem *Usenerus. Aufusti mentionem fecerunt Priscian. l. VIII p. 383, 9 exc. Fest. p. 94.* de quo Aristi Fusci grammatici est liber ad Asinium Polionem *coniecerat Hauptius post Gratii cyneg. p. 40 et ind. lect. Berol. aestiv. a. 1855 p. 4, opusc. v. II p. 69 coll. schol. in Hor. sat. I 9, 61* 3 quam venibam *v* q᷒ uenibam *C* 4 tamq᷒ uenio *C* namque venio *v. fortasse* nam venio prima correpta facit veniebam 5 veneo *om. v* producta] correpta *v* venibam] uenebam *C* 6 audebam $\overset{c}{N}$ de catholicis nominum *C*

VELII LONGI

LIBER

DE ORTHOGRAPHIA

Velii Longi liber de orthographia una cum aliis latinorum grammaticorum libris a. 1493 Bobii inventus est, sicut dixi gramm. lat. v. I p. VIII et v. VI p. 245. ex Bobiensi autem codice vel ex apographo eius paucis annis post inventum librum descriptus est codex qui olim Iani Parrhasii fuit, nunc Neapolitanus est bibliothecae regiae IV A 11, in quo cum aliis grammaticis Bobii inventis Longi liber scriptus est f. 1—13, *Velii Longi de orthographia Necessarium — foedi. Veli Longi de orthographia Liber expl. foeliciter.* Parrhasii olim fuisse codicem testatur subscriptio in fine codicis posita, 'Antonii Seripandi ex Iani Parrhasii munere'. Longi librum in meum usum cum Putschii editione contulit Stenderus. in hoc multa quae a librario non recte scripta vel omissa erant postea alia manu adhibito archetypo correcta sunt. praeterea in prima pagina quaedam in margine adscripta, pauca etiam in ipsis verbis grammatici correcta sunt, quae diversa ab illo correctore manu scripta esse Stenderus mihi indicavit. ex hoc codice, postquam a correctore emendatus erat, tum cum ea quae postea in prima pagina correcta esse dixi adscripta nondum erant, Vaticanus 3402, qui olim Fulvii Vrsini fuit, descriptus est, f. 1 sqq. *Velii Longi de Orthographia Necessarium — foedi.* sed in hoc saepe Parrhasiani codicis scriptura corrupta est, non nulla etiam neglegentia scribendi omissa sunt. meliorem lectionem vix uno vel altero loco, ubi manifestus error inter scribendum facile corrigi poterat, praebet. in marginibus alia manu non nullae emendationes adscriptae sunt. sed in his quoque nihil ex meliore codice petitum est, sed coniectura omnia inventa sunt. ex Vrsini codice descriptus est alius Vaticanus 5216, in quo ipso quoque multa per totum librum alia manu correcta sunt. Neapolitanum codicem descripsit Iannellius catalog. biblioth. lat. in reg. Neap. mus. Borbon. p. 10; duorum Vaticanorum indicem exhibui gramm. lat. v. VI p. 247.

Haec quae de tribus codicibus dixi, ex Parrhasiano descriptum esse Vrsinianum, ex hoc alterum Vaticanum, tum cum primum certa et per-

fecta eorum librorum notitia ad me pervenit, tam manifesto apparuerunt, ut nullus dubitationi locus relictus esset. nam olim praeter Parrhasii librum Vrsiniano quoque aliquam auctoritatem tribueram, quam nullam esse apparet, postquam eum ex illo descriptum esse intellectum est. neque maiorem fidem habere puto tres codices, quos praeter illos de quibus dixi superesse novi, Neapolitanum alterum bibl. reg. IV A 12, Ambrosianum D 498 inf., Bruxellensem, quamquam ex his unum Neapolitanum, quem Iannellius l. c. descripsit, paulo accuratius cognovi. eius enim aliquam partem cum Putschii editione Stenderus contulerat. in hac igitur parte librum cum altero illo ita consentientem inveni, ut non dubitem quin ex hoc descriptus sit. ceterum neglegenter scriptus et plurimis locis postea correctus esse dicitur. fuit autem ipse quoque, sicut is quem supra dixi, Parrhasii, quod indicat similis subscriptio in fine codicis, 'Antonii Seripandi ex Iani Parrhasii testamento'. Ambrosiani codicis indicem dedi gramm. lat. v. VI p. 248. Bruxellensem in catalogo bibliothecae Bruxellensis (Catalogue des manuscrits de la bibliothèque de Bourgogne) v. I p. 168 indicatum inveni ita, 'n. 8366 Velius Longus de orthographia Necessarium arbitror etc. saec. 17'.

Eodem genere codicum usi sunt viri docti, qui Longi librum, antequam typis expressus erat, in quaestionibus grammaticis adhibuerunt. e quibus primo loco nominandus est Ioannes Pierius Valerianus, qui in castigationibus in Virgilium Romae a. 1521 primum editis saepissime huius grammatici mentionem fecit, codice, ut videtur, usus Parrhasii. ab hoc enim aliorum grammaticorum libros eum accepisse scimus. deinde Ioannes Baptista Pius Bononiensis in annotationum posteriorum capite IV (Gruter lamp. v. I p. 396) de versu Terentii Phorm. V 1, 15 disputans verba Verrii Longi (nam ita dicit) p. 2213 *inventi sunt tamen* sqq., sed additis in fine duobus versibus Plauti interpolata, citavit. de codice autem quo usus est scribit haec, 'Verrium hunc exactissimum Grammaticum ignotum scio, nec manibus profanorum teri. In lucem e pulvereo latibulo extractus pridem a viro literatissimo Georgio Merula, qui Mediolani docuit. Copia Verrii huius Merulae contigit ex libraria Bobiensi characteribus Longobardis ferme exolescentibus in scripturam Romanam reformatis. Ad me venit id opusculum munere Alex. Gabuardi Parmensis auditoris mei, cum publice Mantuae docerem, iuuenis antiquitatis studiosissimi'. denique Marcus Vertranius Maurus in notis in Tac. ann. XI 14 (Lugduni a. 1569) de litteris a Claudio inventis Longi testimonio p. 2235 usus est, 'De tertia Velius Longus hoc habet in lib. de Orthographia, quem manuscriptum apud Strossium egomet Romae legi: *Claudius princeps,* inquit, *novam — scribere*'.

Primam autem huius libri editionem paravit Fulvius Vrsinus, qui post notas ad Catonem Varronem Columellam de re rustica et Iunii Phi-

largyrii commentarium in Vergilii bucolica et georgica eum ex suo codice, qui nunc est Vaticanus 3402, Romae a. 1587 edidit.*) de opera in Velio Longo collocata haec scribit, primum in epistula ad Cardinalem Carraffam, 'Et cum omnis locus edendis iis, quae studiosis prodesse possunt, opportunus habeatur, inserendum etiam duxi fragmentum quoddam Velii Longi de Orthographia, mendis a me quam plurimis expurgatum: habet enim is liber multos, et quidem erudite scriptos locos, qui non parum ad veterum scriptorum, et totius Romanae antiquitatis intelligentiam conferre possint'; deinde in praefatione ad lectorem, 'Quae vero habentur in fragmento Velii Longi de orthographia, eas, quia ita sunt a nobis repraesentatae, quomodo in archetypis exemplaribus reperiuntur, unicuique arbitratu suo interpretandas relinquimus. Sunt autem nonnullae ex iis mendosae. nec enim fieri potuit, quin ex infinitis prope mendis per nos in eo fragmento sublatis, aliqua remanserint, expurganda ab aliis, qui aut meliores codices nacti, aut acutiore ingenio praediti erunt'. sed quamvis Vrsinus mendis quam plurimis a se expurgatum esse librum praedicet, tamen ad emendationem non ita multum contulit et ne codicem quidem manu scriptum satis accurate expressit. nam saepe corruptam illius lectionem verbis omissis vel neglegentius exscriptis etiam magis corrupit vel temere mutavit. emendationes tamen quas in marginibus codicis adscriptas invenit, nisi potius ipse adscripserat, fere omnes in textum recepit et novas quasdam addidit. praeterea in erratis, quae in fine libri notata sunt, non solum non nullos typographorum errores correxit, sed etiam paucas coniecturas exhibuit. Vrsini editionem duobus annis post Hieronymus Commelinus repetivit in appendice editionis Vergilii Heidelbergae a. 1589 factae. quae appendix deinde etiam cum nova editione Vergilii Heidelbergensi a. 1599, non mutato tamen anno editionis, denuo coniuncta est. nam quoniam una cum Philargyrii commentario Longi liber primum editus erat, haec videtur causa fuisse, cur postea cum hoc repeteretur. in Heidelbergensi igitur exemplo lectio principis editionis ita expressa est, ut praeter pauca et manifesta vitia, quorum pars ab ipso Vrsino in corrigendis notata erat, nihil omnino mutaretur. sed additis in fine castigationibus non nullae emendationes et ipsius editoris et Francisci Iunii propositae sunt. hanc editionem deinde Putschius expressit. quo factum est ut apud eum eodem fere modo verba grammatici legantur, quo primum ab Vrsino edita

*) Romanae editionis titulus hic est: Notae ad M. Catonem M. Varronem L. Columellam de re rustica. Ad Kalend. Rusticum Farnesianum et veteres inscriptiones Fratrum Arualium. Iunius Philargyrius in Bucolica et Georgica Virgilii. Notae ad Seruium in Bucol. Georg. et Aeneid. Virg. Velius Longus de orthographia. Ex Bibliotheca Fuluii Ursini Romae in aedib. S. P. Q. R. MDLXXXVII. Apud Georgium Ferrarium.

erant. Romanae et Heidelbergensis editionis copiam mihi fecit bibliotheca Gottingensis.

Postea Ioannes Salomo Semlerus in corrupta editorum exemplarium lectione emendanda multam operam consumpsit et plurimas adnotationes, quas admodum adulescens conscripserat, ad Petrum Bondamum misit, qui earum emendationum mentionem fecit var. lect. p. 118. ipsae autem Semleri adnotationes una cum epistula ad Bondamum, ut videtur, data nunc in Leidensi bibliotheca in codice Perizoniano Q 92 servantur. ex quo codice epistulam Semleri cum non nullis eius coniecturis edidi ind. lect. Halens. aestiv. a. 1877. quamquam autem Semlerus complura quae corrupta in editis exemplaribus leguntur primus correxit, tamen ex magno numero coniecturarum paucas inveni quae dignae esse memoria viderentur. optime vero omnium de emendatione libri meruit C. L. Schneiderus, qui in grammatica linguae latinae multos huius grammatici locos a se emendatos exhibuit.

Mihi in nova editione ad restituendam scripturam codicis Bobiensis, quo omnis huius libri memoria continetur, codex Parrhasii, qui nunc Neapolitanus IV A 11 est, paratus erat. quo adhibito multa, quae inde a principe editione corrupta ferebantur, correxi. restabat tamen magna pars vitiorum, quae, quoniam ex Bobiensi codice ad apographum Parrhasii propagata sunt, coniectura tollenda erant. in quo cum veri inventio saepe valde impedita esset, fieri non potuit quin multa etiam quae quamvis incerta coniectura vel a me vel ab aliis inventa erant reciperentur, ut apta verborum sententia efficeretur. itaque ut appareret, quae esset receptae lectionis auctoritas vel a quo fundamento reliqua libri emendatio ducenda esset, aptum esse visum est scripturam Parrhasiani codicis separatam a reliqua adnotatione ponere. siquid in prima codicis scriptura a correctore mutatum vel additum erat, lectioni codicis maiorem litteram *C* apposui; ea quae correctori debentur minore littera *c* adscripta indicavi. in paucis quae tertia manu in initio codicis correcta esse dicuntur asteriscum apposui, *c**. in altera adnotationis parte lectionem principis editionis posui, ut et quid Vrsino in emendatione verborum tribuendum esset appareret, et qua lectione ii qui postea vel verba grammatici citaverunt vel in emendanda lectione operam collocaverunt usi essent perspiceretur. quare principis quoque editionis discrepantiam exceptis quidem levissimis quibusdam rebus, in quibus lectionem manu scripti libri revocasse sufficiebat, velut iis quae interdum in collocatione verborum mutata erant, integram indicavi. paucis locis, in quibus non inutile esse videbatur scire quid Vrsinus in codice scriptum invenisset, huius quoque scripturam addidi. saepius ex altero Vaticano codice emendationes correctoris adscripsi. quamquam ex his quoque multae cum principe editione consentiunt, neque opus

erat adnotare eadem quae Vrsinus edidit ante eum inventa in manu scripto libro legi. praeterea curavi ut quid a grammatico de iisdem rebus diversis locis disputatum esset, id quod saepe factum est, significaretur. ex aliorum autem grammaticorum locis eos qui ad Longi praecepta intellegenda vel ad verba emendanda maxime pertinebant indicavi. ceterum quod ab hac adnotatione discrepantiam Parrhasiani codicis separavi, illud sane incommodum habuit, quod non solum multa quae pariter corrupta et in codice et in principe editione leguntur bis ponenda erant, sed etiam quid ipse emendaverim, quid ab aliis receperim minus facile perspicitur. verum tamen in tam corrupta libri scriptura, cuius omnis auctoritas uno codice contineretur, utile esse iudicavi veram atque integram lectionis memoriam per se positam legentibus repraesentare.

De ipso libro pauca dicam. Velium Longum igitur Gellius tam quam suae aetatis grammaticum vel non multo superiorem, ut videtur, commemoravit noct. att. XVIII 9, 4, *alter autem ille eruditior nihil mendum, sed recte atque integre scriptum esse perseverabat et Velio Longo, non homini indocto, fidem esse habendam, qui in commentario, quod fecisset de usu antiquae lectionis, scripserit non 'inseque' apud Ennium legendum, sed 'insece'*. deinde apud Charisium saepius eius mentio facta est: nam et de inaequalitate derivationis libellus citatur p. 93, 31 *item cum sint Titus et lupus similia, thermas Titinas ut pelles lupinas non dicimus, sed Titianas. de qua quaestione a Velio Longo libellus scriptus est*, et commentarius in Vergilii Aeneidem p. 113, 29. 175, 14. 210, 7, quae omnia Iulio Romano auctore a Charisio relata esse puto. excerptae ex eodem commentario adnotationes leguntur in scholiis Veronensibus et apud Servium in Verg. Aen. X 245 et Macrobium saturn. III 6, 6: cf. Ribbeck prol. in Vergil. p. 169.*) libro de orthographia usus est Papirianus in excerptis Cassiodorii, qui nomen grammatici appellavit p. 2292. eiusdem libri excerpta Cassiodorius post excerpta Cornuti posuit.

In orthographia autem tractanda Longus simile consilium secutus atque Scaurus a potestate litterarum initium disputandi fecit. in qua disputatione praecipue de iis litteris, in quibus maxime quaestiones orthographorum versantur, de i et u, de litteris duplicibus x et z, de h, de c et k et q litteris copiosius disseruit. hinc ad 'quaestiones quae incidunt

*) Ad commentarium in Vergilii Aeneidem ea quoque referenda sunt quae in scholiis ad Stat. Achill. II 41 p. 441 ed. Lindenbr. corrupto auctoris nomine de Pholo centauro scripta feruntur, si modo verum in his est Velii Longi nomen, *aliqui dicunt quod eum Hercules occidit susceptus ab eo hospitio. Velius [Asper] Longus Pholum tradit adversus centauros ab Hercule adiutum, cum Herculem recepisset; Asper tradit, dum sagittas Herculis stupet, qui tot Centauros occiderat, unam ex illis in pedem cecidisse, cuius vulnere sanari non potuit.* nam eam fabulam interpretes Vergilii rettulerunt in Aen. VIII 294.

in rationem scribendi' transiens p. 2219 primum de iis vocabulis, in quibus diversa ab enuntiatione erat scriptio vel in quibus diversitatem significationis scribendo exprimere non nulli voluerunt, disputat. nam his quaestionibus ea omnia quae hoc loco tractata sunt continentur. deinde de praepositionibus in compositione mutatis, de quibus pauca apud Scaurum leguntur, dicit p. 2224—2228. deinceps post brevem adnotationem de eo quod interest inter *ὀρθογραφίαν* et *ὀρθοέπειαν* subiectae sunt quaestiones, quae ipsae quoque a diversitate enuntiationis et scriptionis proficiscuntur, de scriptura per i vel u, de adspiratione, de vocabulis per d vel t et per c vel q scriptis. sequuntur quaestiones in quibus *ὀρθοέπεια* et *ὀρθογραφία* confusa est p. 2232, item paucae quaestiones consuetudinis veteris et novae p. 2233 et quaestiones diversarum significationum p. 2234. postremo p. 2235 sqq. varium genus quaestionum, in quibus de sono enuntiationis quaeritur subiectum est. per omnes autem partes libri quam multa cum Scauri disputationibus consentiant facile apparet. neque potest dubitari quin maxima eius consensus pars ab antiquioribus auctoribus qui de iisdem rebus scripserant repetenda sit, praesertim cum et ante utrumque grammaticum Annaeus Cornutus et postea Marius Victorinus quaedam ex his quae illis communia sunt similiter tractaverint. de quo post Wilmannsium de Varr. libr. gramm. p. 86 sq. dixit Guilelmus Schady de Mari Victorini libri I capite IV (Bonnae a. 1869) p. 22 sq., qui Verrii Flacci libros de orthographia primarium eorum omnium fontem fuisse demonstrare studuit. quaedam tamen ita comparata sunt, ut ipse Scauri liber Longo ante oculos fuisse videatur. qua in re non multum tribuo iis locis, in quibus eaedem res a duobus grammaticis traditae sunt vel ubi similium rerum quaestiones eodem ordine uterque coniunxit, ut ea quae de h littera scripta sunt p. 2258 et p. 2217 et de geminatione vocalium ab Accio inventa una cum praeceptis Lucilii p. 2255 et p. 2220. nam haec ab antiquiore auctore recepta esse certum est. sed ea quae de v. *artibus* per i non per u scribendo Scaurus praecepit p. 2260, *ergo vox scribenda, quo modo et sonat; nemo autem umquam tam insulse per u artubus dixerit,* respexisse videtur Longus de eodem vocabulo disputans p. 2229, *ita tamen existimo enuntiandum, ut nec nimis i littera exilis sit, nec u litteram si scripseris, enuntiationis sono nimis plena,* eodemque pertinent quae generaliter adnotavit p. 2219, *ingredienti mihi rationem scribendi occurrit statim ita quosdam censuisse esse scribendum, ut loquimur et audimus.* similia sunt haec de v. *paulum,* quod cum geminata l littera scribi voluisset Scaurus p. 2256, *verum sine dubio peccant qui paulum et paululum per unum l scribunt, cum alioqui prima positio eius duplici hac littera enuntietur, ut pullum et pusillum,* eam rationem reiecit Longus p. 2238, *rursus quia pullum per duo l scribimus,*

observaverunt quidam ut paullum repetito eodem elemento scriberent, quod mihi non videtur, quoniam enuntiari nullo modo potest, et non est necesse id scribere, quod in verbo non sonet. item *reprensus* et *vemens* sine adspiratione scribenda esse docuerat Scaurus p. 2256, *similiter peccant — item qui reprehensus cum adspiratione scribunt, cum eam prima positio non habeat, et similiter vehemens, cum a vi mentis dicatur.* quo spectare possunt haec apud Longum p. 2229, *et de h littera quaeritur, quae se aut inseruit vocalibus aut praeposuit: inseruit, ut in his, vehemens reprehendit, cum elegantiores et vementem dicant et reprendit secundum primam positionem; prendo enim dicimus, non prehendo.* minus certa sunt quae de sono graecae litterae Ψ apud Latinos per ps vel bs efferendo leguntur apud Scaurum p. 2261, *quoniam per p et s ea scribuntur, quae apud Graecos in Ψ desinunt — sed nobis utrumque per ps videtur scribendum, quoniam ex his Ψ littera constet,* et apud Longum p. 2224, *quoniam ea quae apud nos Ψ litteram sonant putant plerique per p et s scribenda, quoniam et Graeci pronuntiaverunt Ψ litteram constare ἐκ τοῦ πῖ καὶ ῾σ,* et p. 2233 *quoniam quaecumque apud Graecos per Ψ scribuntur apud nos per p et s scribenda sint.*

Nomina auctorum, quorum praecepta grammaticus ad artem scribendam adhibuit, appellata sunt haec. Accius de geminatione vocalium nominatus est p. 2220. Lucilii de orthographia praecepta ex nono saturarum libro adscripta sunt p. 2220. 2225. 2227. ex Ciceronis Oratore petita sunt praecepta de praepositione *ab* p. 2224 et de v. *posmeridianus* p. 2237, ex libris de oratore, ut videtur, iudicium de rusticano sermonis sono p. 2216. eiusdem testimonium de gemina i consonantis loco posita unde petitum sit, non constat. Varronis doctrinam adscripto nomine ter commemoravit, de v. *harena* p. 2230, de v. *delirus* p. 2233, de v. *Mercurius* p. 2236, quae omnia libris de sermone latino tribuit Wilmannsius de Varr. lib. gramm. p. 92 sq. Verrii Flacci sententiae de litteris item ter relatae sunt p. 2215. 2216. 2238. has O. Muellerus praef. Fest. p. XIV ad libros de orthographia, quos Verrium scripsisse Suetonius de illustr. gramm. c. 19 auctor est, revocavit. Verrii Flacci aetate non multo inferiores fuisse videntur Antonius Rufus et Nisus. e quibus Antonius Rufus semel nominatus est p. 2237 de q littera; praeterea apud unum Quintilianum I 5, 43 eius mentio extat. Nisi nomen sub finem libri appellatum est quinquies p. 2235. 2236. 2237. denique suum ipsius nomen in exemplo posuit grammaticus p. 2224, *non dicebant a Longo, sed af Longo.*

VELII LONGI DE ORTHOGRAPHIA

p. 2213 P.

Necessarium arbitror de orthographia sermonem instituenti a litterarum potestate initium facere. primum igitur definitio litterae varia fuit apud plerosque. alii enim sic definierunt, 'littera est initium vocis explanatae': alii sic, 'littera est initium vocis significantis': alii 'littera est minima pars orationis' [et verbum est et coniunctio et praepositio]. hoc improbantes alii dixerunt 'littera est initium scriptilis vocis'. excluserunt autem omnes illam definitionem, quam quidam dixerunt, litteram esse initium vocis significantis, ideo quoniam quaedam voces scribi possunt, quamvis nihil significent, sicuti cum dicimus tittir: nam hoc scribi potest, nihil vero significat. verius est illud, initium scriptilis vocis aut initium vocis explanatae. quidam vero omnes litteras vocales esse dixerunt arbitrantes nullam magis minusve necessariam esse, et quia omnes litterae voces explanant. alii dixerunt omnes esse consonantes, quoniam in Catone scribendo non minus sonet a *littera cum c*, quam c littera cum a. scimus tamen subtiliorem factam esse divisionem, ut vocales illae quidem dicerentur, sine quibus syllaba fieri non possit, ceterae consonantes, quae cum his sonent: nam nihil mutatur ex syllaba. inventi sunt tamen qui et sine vocali putent posse syllabam fieri. nam animadvertimus apud comicos s et t pariter scriptas litteras, ut apud Terentium in Phormione 747

† non is obsecro est,
quem te semper dicunt. St quid has metues fores:

Codex Parrhasii 1 instituendi *C*: t *superscr. c** 2 finitio 7 finitionem 9 dicimus *om. C, in marg. add. c* 11 vocales *om. C, in marg. add. c* 12 litterae] litteras 14 non minus sonet a quam c littera cum a

---

R editio princeps Romae a. 1587

VELIVS LONGVS DE ORTHOGRAPHIA *R* 5 ut uerbum *codex Vrsinianus in marg.* et verbum est et coniunctio et praepositio, *quae seclusi, ex adnotatione de partibus orationis in margine adscripta illata esse videntur* 7 quam] qua *codex Vrsinianus in marg.* 12 *fortasse* nullam magis minusve necessariam esse quam aliam 13 explanent *Putschius. an* explanarent? 14 non minus sonet a quam c littera cum a *R* 16 *fortasse* fieri non posset — sonarent 17 mutatur in syllaba *R* 19 in Phormione] *V 1, 16* 20 non is obsecro es. quem semper te esse dictitasti? Ch. St. So. Quid has metuis fores? *R ex Terentio*

p. 2213. 14 P.

hoc s et t pariter renuntiat silentium. sed si hoc sectentur, | possint etiam plerasque consonantes et omnes semivocales pro syllabis ponere. nam apud Lucilium in nono, in quo de litteris disputat, omnes vicem syllabarum implent, cum dicit

† a re non multum abest hoc cacosyntheton atque canina
si lingua dico nihil ad me nomen hoc illi est,

item

† s nostrum et semi graece quod dicimus sigma
nil errroris habet.

apparet ergo haec nihil aliud quam locum syllabae tenere nec tamen syllabas esse. non ergo accedendum est iis qui putant sine vocali syllabam *fieri posse*, ut etiam significationem vocis terminet, quoniam *st* silentium denuntiet. et errant: nam et x significat aliquid (sic enim *litteram* vocamus), neque tamen ideo syllaba aut lexis est. et haec ipsa constat ex c et s, nec ideo et illam quisquam syllabam dixit, sed duplicem litteram. deinde quid quod et voces non scriptiles habent tamen significationem, quamvis scribi non possint? nam et digitorum sono pueros ad respondendum ciemus.

Incipiamus nunc de litterarum potestate disserere. ac primum eadem est nostrarum potestas vocalium, quae fuit Graecorum apud antiquos circa correptionem productionemque, siquidem apud illos quinque tantum fuere vocales, α ε ι ο υ, atque hae similiter producebantur corripiebanturque, sicut hodieque α ι υ, quae appellantur apud illos κοιναί. postea, ut

---

Codex Parrhasii 1 possent 9 nil] nihil 10 syllaba s esse 11 fieri posse *om.* 12 terminent quoniam silentium denuntiant: *littera* e *prima manu superscripta* 13 litteram *om.* 14 et haec etiam constat ex c et s *C*: ipsa *superscr. c, litteram* c *superscr. c** 16 scriptiles] simplices 18 ac prima 21 haec similiter

---

1 sed scilicet si hoc sectentur, possent *R* 5 *in Lucilii versibus retinui corruptam codicis scripturam, cuius certa emendatio inventa non est.* a r *pro* a re *coniecit F. Iunius.* At non multum abit hoc cacosyntheton, atque canina Si lingua dico, nihil ar me; nomen hoc illi est *I. Dousa Lucil. sat. rel. p. 44*, a re non multum abest r; Hoc cacosyntheton, atque canina si tibi lingua R dico, nihil adtinet ad me, nomen hoc illi est *Corssenus Philol. v. XVIII p. 726*, R nonnullum habet hoc cacosyntheton; utque canina Sic lingua dico 'nihil ar me': nomen ab hoc est Illi *L. Muellerus de re metr. poet. lat. p. 139 et Lucil. sat. rel. p. 48* 6 si tibi lingua *R*, si lingua *codex Vrsini* 8 s nostrum atque semigraece *F. Dousa Lucil. sat. rel. p. 123*, s nostrorum etiam graece *Muellerus* 9 nihil erroris *R*, nil erroris *Dousa* 11 syllabam scilicet esse *R* sine vocali syllabam ut etiam significationem vocis terminent, quoniam silentium denuntient *R* 13 sic enim vocamus *R* 15 *fortasse* sed duplicem litteram dicimus. quid quod *etc.* 16 voces non simplices habent *R* 18 ac primo *R* 19 quae sunt Graecorum *R*

p. 2214. 15 P.

quidam putant, Simonides invenit duas vocales, quas dixit *φύσει μακράς*, η et ω, ut essent *ἀντίστοιχοι τῷ ε καὶ τῷ* ο, ut quo modo hae litterae longae dicerentur, η et ω, ita et illae natura breves. quin etiam secundum naturam magis apud nos *has* quinque litteras efferri quam apud Graecos non est dubium iis qui aures habent. | vocales enim eaedem sunt et litterae et syllabae, non sicuti ceterae. cum enim dicimus *ἄλφα* a, in priore litteram, in sequente syllabam dicimus.

Ex his vocalibus quae apud nos sunt duae litterae et vocalium vim et consonantium obtinent, u et i. quo modo autem discerni possint in hac duplici potestate, breviter explicabimus. † constant omnes syllabae spiritu consonantis item accessionis loco esse, ut immutatis illis nihil e natura syllabae mutetur. sicut nihil interest utrum a dicamus an ba, sic nihil interest an et ia dicamus et va: cum duae vocales scilicet iunctae utique longam syllabam faciant, decebat et hac littera adiecta fieri longam syllabam. atque adeo consonans est, ut in metro idem praestet. cum enim lego

et iacit, arrectae mentes stupefactaque corda,

fit primus pes dactylus, ‘et iacit’, proinde ac si immutata hac ipsa i positaque pro ea alia consonante dicerem ‘et facit’. illud sane animadvertendum, hanc eandem litteram non numquam pro duabus consonantibus sonare, si modo sequente vocali interiecta sit. itaque nemo dubitabit quin et hic versus bonus sit,

jam vitulos hortare viamque insiste domandi.

nam ‘iam vitu’ dactylus est, quoniam prima syllaba longa est positione. consonante enim terminata m excipitur v littera, quae pro consonante

---

Codex Parrhasii 1 somonides *C*: i *superscr. c* 2 *ἀντίστοιχα* 4 has *om.* efferri quï apud graecos N̈ non est dubium sis qui aures habent *C*: N *litteram expunxit c* 5 eadem 9̈ optinent quo modo] quando 12 utrum sa dicam Ga an ba 13 an etiam dicam et ua scilicet] sint 17 arrecta mentis *ut videtur C, corr.* arrecta mente *c* 18 hac ipsa impositaque 21 sequenti uocali dubitauit 24 uitu] uitul 25 consonanti enim pro consonanti

---

2 *ἀντίστοιχα R* 4 apud nos quinque litteras *R* non est dubium, si quis aures habet *R* 6 ceterae] graecae *Semlerus* 7 *fortasse* in sequente et syllabam dicimus. *nam latinis vocalium nominibus non solum ipsam litteram, sicut apud Graecos, sed etiam syllabam ea littera factam indicari dicit grammaticus* 9 u et i] *p. 2220. 2228* 10 *fortasse* constat omni syllabae opus esse vocali, consonantes item accessionis loco esse 12 utrum sa dicam sa, an ba, sic nihil interest an etiam dicam et va. cum duae uocales sint iunctae, utique longa syllaba atque adeo consonans est *R* 17 et iacit] *Verg. Aen. V 643* arrecta mentem *R* 18 hac ipsa impositaque *R* 21 sequente vocali interiecta] *p. 2220* sed quotiens, ut supra diximus, duabus vocalibus interiecta haec littera est, duarum consonantium obtinet vicem itaque — bonus sit *om. R* iam] *Verg. georg. III 164*

p. 2215. 16 P.

posita est. ibi quoque, ubi cum littera q confusa est u, vicem consonantis habet, cum dico 'arma virumque cano' et 'quisquis es armatus', ideo quoniam et ante diximus numquam duas vocales coire, ut non longam syllabam faciant. at in eo quod est que manifesta brevitas est, ideoque in hoc pede, 'quisquis es', nemo dubitabit quin dactylus sit, cuius prima syllaba longa est. Verrio Flacco videtur eandem esse apud nos u litteram quae apud Graecos *est* Υ. namque his exemplis argumentatur: quod illi dicunt *κύμινον* nos cuminum, quam illi *κυπάρισσον* nos cupressum, *quem* illi *κυβερνήτην* nos gubernatorem; nec non ex eius modi, Theseus Menoeceus Peleus et similibus, adfirmat. Graecorum vero qui de antiquis litteris scripserunt commentaria, item Latinorum qui illos secuti sunt eadem littera veteres solitos scribere | ostendunt *μακρός μακροῦ μακρῷ*, et confusas fuisse o et *ου* et *ω*: apud nos quoque antiqui ostendunt, qui aeque confusas o et u litteras habuere. nam consol scribebatur per o, cum legeretur per u, consul. unde in multis etiam nominibus variae sunt scripturae, ut fontes funtes, frondes frundes. i vero littera interdum exilis est, interdum pinguis, ut in eo quod est prodit vincit condit exilius volo sonare * in eo vero quod significatur prodire vincire condire [aeque] usque pinguescit: ut iam in ambiguitatem cadat, utrum per i quaedam debeant dici an per u, ut est optumus maxumus. in quibus adnotandum antiquum sermonem plenioris soni fuisse et, ut ait Cicero, rusticanum atque illis fere placuisse per u talia scribere et enuntiare. erravere autem grammatici, qui putaverunt superlativa *per* u enuntiari. ut enim conceda-

Codex Parrhasii 1 ibi quamquam ubi cum littera i confusa est u 4 at] ut que] quae 7 est *om.* 8 *κύμινον*] cyminum *κυπάριστον* 9 quem *om.* nec non] et non 13 *o* et *v* et *ω* qui] quia 18 sonare in eo condire] prodire 19 pinguescit ut] pinguis citat *C, corr. in marg.* pinguescit ut *c* 20 debeant] habent 21 soni] sonus 22 enuntiare] enuntiauere 23 per *om.*

1 Ibi quanquam si cum littera i confusa est u *R*, ibi, quem ad modum si cum littera q confusa est v *Semlerus: cf. p. 58, 19* in his in quibus cum q confusa haec littera est, ut in eo quod est quis 2 arma] *Verg. Aen. I 1* quisquis] *Verg. Aen. VI 388* 4 ut in eo quod est * quae manifesta *R.* 'lego que manifesta *vel* ut in eo quod est quis et que manifesta' *Commelinus.* at *scribendum esse vidit Semlerus* 7 quae apud Graecos *v R* quod illi dicunt cyminum nos cuminum: quam illi *κυπάρισσον*, nos cupressum: illi *κυβερνήτην* nos gubernatorem *R* 11 ii item Latinorum *R et codex Vrsini* Latinorum] *Mar. Victor. p. 11, 9. 24, 2* 13 et confusas fuisse o et ω *R* quia aeque *R* 18 *lacuna quam indicavi ita fere videtur supplenda esse,* exilius volo sonare, si dico ab eo quod est prodere vincere condere, in eo vero quod significat prodire *etc.* 20 habeant dici *R*, debeant dici *Schneiderus gramm. lat. v. I p. 20* 21 plenioris sonus *R*, plenioris soni *Commelinus et Schneiderus* rusticanum] *Cic. de orat. III 11, 42* ut tuus, Catule, sodalis L. Cotta gaudere mihi videtur gravitate linguae sonoque vocis agresti et illud quod loquitur priscum visum iri putat, si plane fuerit rusticanum

p. 2216 P.

mus illis in optimo, in maximo, in pulcherrimo, in iustissimo, quid facient in his nominibus, in quibus aeque manet eadem quaestio superlatione sublata, manubiae an manibiae, libido an lubido? nos vero postquam exilitas sermonis delectare coepit, usque i littera castigavimus illam pinguitudinem, non tamen ut plene i litteram enuntiaremus. et concedamus talia nomina per u scribere *iis* qui antiquorum voluntates sequuntur, ne tamen sic enuntient, quo modo scribunt.

Ex semivocalibus excludunt quidam litteram x, ea scilicet ratione, qua antiqui nostri repudiaverunt id quod apud Graecos est Υ. nam z lingua latina non agnoscit, ideoque nec mentio illius umquam fuit, nisi postquam peregrina nomina hunc sonum ⁎ quod si cui *latinum* nomen videtur Mezentius, sciat solitum esse scribi per duo s et sic enuntiari.

Codex Parrhasii 5 et contendam est alia nomina per u scribere qui

6 ne] nec 7 enuntiant: *littera* e *prima manu superscripta* scribant 11 postquam] primo qui *Ç corr.* postquam *c* hunc sonum quod sic cui nomen uidetur Mezenti 12 per duos et sic *C corr.* per duos ss et sic *c*

---

5 Et contendam quosdam alia nomina per u scribere, 'qui antiquorum *R, ubi* concedam *coniecit Semlerus*, et contendam quosdam aliqua nomina *Schneiderus*

6 Nec tamen sic enuntient, quomodo scribant. Nam ex semivocalibus excludunt quidam litteram x ea scilicet ratione, qua antiqui nostri repudiaverunt id quod apud Graecos est *v*. nam z lingua Latina non agnoscit, ideoque nec mentio illius unquam fuit, nisi primo postquam peregrina nomina hunc sonum induxerunt. quod si cui nomen videtur Mezenti, sciat solitum esse scribi per duos ss et sic enuntiari. atque has tres litteras semiuocales plerique tradiderunt. Verrio Flacco placet mutas esse, quoniam a mutis incipiant, una a c, altera a p. quod si aliquos mouet, quod in semiuocalem desinant, sciant, inquit, z litteram sic scribi ab his qui putant illam ex c et d constare, ut sine dubio muta finiatur. Mihi videtur nec aliena sermoni fuisse, cum inueniatur in carmine Saliari, et esse aliud z aliud sigma *καὶ σδ*. nec eandem potestatem nec eundem sonum esse, si secundum diuersas dialectos .i. linguas enuntientur. Dores enim dicere *μελίσδειν*, alios *μελίζειν*. Alii *κεφαλὴν*, alii *ὄμματα*, alii *θάλαττα* dicunt, cum idem dicant. nam et ipsum *παίζειν*, apud alios dicitur *παίσδειν*. nam idem est *ξ* et *δ* sic quomodo non idem est *σίγμα* et *ζ*. Denique si quis secundum naturam vult excutere hanc litteram, id est z inueniet duplicem non esse, si modo illam aure sinceriore explorauerit. nam et simpliciter scripta aliter sonare potest, aliter geminata. quod omnino duplici litterae non accidit, ne geminetur. Scribe enim per unum z et consule aurem, non erit *ἄξηχας*, quomodo *ἄδηκας*, sed geminatae eaedem *ἄζζηχης* quomodo *ἄδδηκης*. Et plane si quid superuenerit me dicente sonum huius litterae, inueniet eundem tenorem quo coeperunt. Si quis *φ* aut *ξ* nouissimum audiet s ex prioribus litteris, unde hae duplices incipiunt sonum nullum ex mutis euellunt H littera *R. corruptam lectionem ex principe editione propagatam emendare studuerunt Schneiderus gramm. lat. v. I p. 378 et Ribbeckius mus. Rhen. v. XII a. 1857 p. 421, ex quorum coniecturis paucas adscripsi*

9 quod apud Graecos est *Ψ Putschius ex coniectura Commelini. retinui Υ a grammaticis vulgo cum* x *et* z *litteris compositum. Ψ litteram autem ab antiquis Latinis repudiatam esse dici non poterat.* 11 *lacunam, qua verbum excidit, indicavi. fortasse* nisi postquam peregrina nomina hunc sonum praebuerunt. quod si cui latinum nomen videtur Mezenti *Ribbeckius*

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK WUPPERTAL

p. 2216. 17 P.

atque has [tres] litteras semivocales plerique tradiderunt. Verrio Flacco placet mutas esse, quoniam a mutis incipiant, una a c, altera a d. quodsi quos movet, quod *in* semivocalem desinant, 'sciant' inquit 'z litteram *per* sd scribi ab iis | qui putant illam ex s et d constare, ut sine dubio muta finiatur'. mihi videtur nec aliena *latino* sermoni fuisse, cum inveniatur in carmine Saliari, et esse aliud z, aliud *σίγμα καὶ δ*, nec eandem potestatem nec eundem sonum esse, sed secundum diversas dialectos [id est linguas] enuntiari. Dores enim *scimus* dicere *μελίσδειν*, alios *μελίζειν*, et ipsum *παίζειν* apud alios dicitur *παίσδειν*. nec ideo tamen eadem littera est, non magis quam cum alii *κεβαλήν* alii *κεφαλήν*, alii *ὄππατα* alii *ὄμματα*, alii *θάλατταν alii θάλασσαν* dicunt, cum idem dicant. non idem est z et sd, sic quo modo non idem est *σίγμα καὶ δ* et z. denique siquis secundum naturam vult excutere hanc litteram [id est z], inveniet duplicem non esse, si modo illam aure sinceriore exploraverit. nam et simpliciter scripta aliter sonare potest, aliter geminata, quod omnino duplici litterae non accidit [ne geminetur]. scribe enim per unum z et consule aurem: non erit *ἀξηχής* quo modo *ἀδσηχής*, sed geminata eadem *ἀξξηχής* quo modo *ἀσσηχής*. et plane siquid supervenerit me dicente sonum huius litterae, invenies eundem tenorem, *a* quo coeperit. siquis Ψ

Codex Parrhasii 2 a d] a p 3 quod semiuocalem z litteram sic scribi ab iis 4 ex c et d constare 5 latino *om.* 6 Saliari] s̈alīri sigma *καὶ σ δ* 7 sed] si 8 Dores enim dicere *μελίσδειν* alios *μελίζειν* nec ideo tantum eadem littera est: non magis quam cum alii *κεβαλὴν* alii *κεφαλὴν* alii *ὄππατα* alii *ὄμματα* alii *θάλαττα* dicunt cum idem dicant nam et ipsum *παίζειν* apud alios dicitur *παίσδειν* nam idem est Z et D sic quomodo (non *add. c*) idem est *σιγμα* et z 14 explorauerint 17 non erit *ἀξηχὴς* quomodo *ἀδηης* sed geminatae eadem *ἀξξεσης* quomodo *ἀσσεχης* 18 me dicente] meditente *C corr. in marg.* me dicente *c* 19 inueniet eundem tenorem quo coeperunt siquis *φ* aut *ξ* nouissimum audiet s

---

1 atque has x et z litteras *Semlerus. an* has II litteras? *nam Ψ littera graeca ab hac Verrii quaestione aliena est* 2 altera a p] altera a d *R in corrigendis et editio Commelini,* altera a p *Putschius,* altera a p, tertia a d *Schneiderus* 3 z litteram sic (*hoc est* d s) non scribi *Ribbeckius. rectius erat* pro z littera sd scribi 4 sine muta finiatur (*om. v.* dubio) *vitio editionis Commelinianae ediderat Putschius* 5 in carmine Saliari] *Varro de l. l. VII 26* 11 at non idem est *ξ* et *σδ*, quomodo non idem est *σίγμα* et z *Semlerus. z litteram neque a muta incipere, sicut Verrius voluit, neque muta finiri, ut aliis placuit, praecepit Longus. quare dubitari poterat, utrum scribendum esset* non idem est z et sd, *an potius* non idem est z et ds. *sed de eo quod est δσ postea dixit* 16 ne geminetur *glossema esse indicavit Semlerus,* ut geminetur *coniecit Schneiderus* 17 non erit *ἄξηχας* quomodo *ἄσεχας* (*ἄδεχας Putschius*), sed geminatae eaedem *ἀξξηχὴς* quomodo *ἀσσηχής Iunius et Putschius,* nonne erit *ἀξηχὴς* quomodo *ἀσηχής*, sed geminatae eaedem *ἀξξηχής* quomodo *ἀσσηχής? Schneiderus,* non erit *ἀξηχής* quomodo *ἀδιεχής*, sed geminatae eaedem *ἀξξηχής* quomodo *ἀσσηχής Ribbeckius. non apparet, quid exemplo v. ἀξηχής probare voluerit grammaticus. ἀδσηχής scripsi propter ea quae de pronuntiatione ξ litterae sequuntur* 19 si quis *ψ* aut *ξ ex coniectura Commelini Putschius*

p. 2217. 18 P.

aut ξ *dixerit,* novissimum audiet s, ex prioribus autem litteris, unde hae duplices incipiunt, sonum nullum.

Ex mutis evellunt quidam H litteram, tamquam sonus magis sit, quam littera, et accedens litterae; et utuntur auctoritate Graecorum, apud quos ut supervacua sublata est. fuisse tamen et apud illos manifestum est ex veteribus scriptis et ex eo, quod hodie, cum apud illos numeri prima semper littera nominis quo significantur notentur, ut *Δ δέκα, Π πεντήκοντα, ἑκατόν* per *H* notant. unde apparet hanc litteram loco aspirationis non fuisse: alioquin per *E* notarent. qui igitur illam litteram vindicant, ostendunt eam eiusdem esse *potestatis,* quae consonantis est. nam et in metro asserit sibi hanc potestatem: unde et apud Homerum non videntur vitiosi versus qui hac adspiratione supplentur,

ἦ ὀλίγον οἱ παῖδα ἐοικότα γείνατο Τυδεύς.

et hoc amplius adeo littera est, ut possit videri etiam vicem duarum consonantium implere, ut

ὡς εἰπὼν τόξον μὲν ἀπὸ ἕο θῆκε χαμᾶζε.

et tale quidem | exemplum apud nos non animadverti, ceterum superioris similia multa, ut

ille latus niveum molli fultus hyacintho.

accedit huc quod, si accedens litterae esset, cum ipsa littera enuntiaretur. nunc vero et ante vocalem et post vocalem sonat: [sic] quo modo alia est syllaba ca, alia ac, et alia ba, alia ab, sic alia ha, alia ah. nam quod ex hoc quoque existimant quidam colligi posse consonantem *esse* et adsignificantem, quod aut accedens aut recedens immutat significationem, siquidem aliud est hira, aliud ira † canam exemplum. nam multa nomina et correpta syllaba aliud significant et producta, quo modo aliud *est,* si pro-

---

Codex Parrhasii 7 ut *δέκα πεντήκοντα ἑκατον* per *H* notantur 10 potestatis *om.* 16 *ὡς εἰπών — χαμᾶζε om. C, add. c* *μὲν*] *αλεν* 20 huc] huic 22 ex h. quoque 23 esse *om.* 24 quod aut ā accedens aut ā recedens *C:* aut *superscr. c* 25 ira] dira multa] muta 26 correpta] contracta aliud si producas pila et corripias pila

---

6 hodieque cum *Semlerus* 7 ut *δέκα, πεντήκοντα, ἑκατὸν* notentur *R,* ut *δ δέκα, π πεντήκοντα, ε ἑκατὸν* notentur *Iunius: cf. Priscian. de figur. num. p. 406, 8. Terent. Scaur. p. 23, 4* 9 notarent] notaretur *R* 10 potestatis *om. R, addidit Semlerus* 12 suppleturi *R* 13 *ἦ ὀλίγον*] *Hom. Il. Z 800* 16 *ὡς εἰπών*] *Hom. Od. φ 136* *τόξον εἵλεν ἀπ' ἕο R* 17 *fortasse* apud nostros 19 ille] *Verg. bucol. 6, 53* 20 accedit huic, quod si accedens littera *R* 21 *fortasse* scilicet quo modo 22 nam quod ex h quoque existimant quidam colligi posse consonantem et adsignificantem apparet ex eo, quod aut accedens *R* 25 aliud est hira aliud dira canam, exemplum *R.* aliud est hira aliud ira *scribendum esse vidit Semlerus, dubitans de eo quod sequitur,* canam exemplum. *conieci* parum expeditum est *vel* causa non est apta 26 contracta syllaba *R,* correpta syllaba *Semlerus*

p. 2218. 19 P.

ducas pīla et *si* corripias pĭla; et loco rursus transmutatus accentus partes quoque orationis immutat, ut aliud est circum, aliud circúm, aliud érgo, aliud ergô. illa igitur quae superius dixi valentius adspirationem hanc adserunt, ut loco litterae habeatur.

Hinc supersunt ex mutis k et c et q, de quibus quaeritur an scribentibus sint necessariae. et qui k expellunt, notam dicunt esse magis quam litteram, qua significamus kalumniam kaput kalendas: hac eadem nomen Kaeso notatur. non magis igitur in numero litterarum esse oportere quam illam notam, qua centuria, et [qua] ↄ conversum, quo Gaia significatur: quod notae genus videmus in monumentis, cum quis libertus mulieris ostenditur: Gaias enim generaliter a specie omnes mulieres accipere voluerunt. at qui illam esse litteram defendunt, necessariam putant esse nominibus quae cum a sequente hanc litteram inchoant. unde etiam religiosi quidam epistulis subscribunt karissime per k et a. quod si ideo necessaria videtur, verendum est ne et alias litteras requiramus, quibus aut Cicero scribatur aut commodus. de q quoque littera quaesitum est, et multi illam excluserunt, quoniam nihil aliud sit quam c et u et non minus possit scribi quis per c et u et i et s. nam ipsa quoque nota qua scribitur, si modo antiquam litterae figuram spectes, ostendit c esse et u pariter litteras inter se confusas: | ideoque non nulli quis et quae et quid per q et i et s scripserunt et per q a e et per q i d, quoniam scilicet in q esset et u. et de hoc quidem in posterioribus, ubi loquendum de orthographia, dicemus: nunc ad quaestiones quae incidunt in rationem scribendi transeundum est.

Codex Parrhasii 2 aliud est círcum aliud circũm aliud érgo aliud ergõ 7 kapud hac] hac *C corr.* haec *c* 8 Kaeso] Kato 9 Gaia: *prima manu* c *superscripta* 11 Caias enim generaliter aspĭcies (*deleta ultima littera* s) omnes 12 putantes nominibus quae cum a sonante hanc litteram 14 epistolis 15 necessaria uidentur 18 quis] qŭod 20 inter se] in se quae] quęret 21 per q i d] per q a i d 22 in q esse c et u

---

1 et corripias pila *R* 8 nomen Kato notatur *R*, nomen Kaeso notatur *Iunius* 9 et qua ↄ conuersum *R*, et quam ↄ conuersum *Commelinus. malim* quam illam notam qua centuria et qua Gaia significatur. *nam* c conversum, *qua nota non minus* centuria *quam* Gaia *significabatur, sicut ea quae supra de* k *littera scripta sunt,* hac eadem nomen Kaeso notatur, *postea videntur adscripta esse* 11 generaliter prisci has omnes *R* 12 defendunt] definiunt *R* necessariam putantes nominibus, quae cum a sonante hanc litteram inchoant *R* putant esse nominibus *Brambachius orthogr. lat. p. 210. an* putant iis nominibus? 14 Quod si adeo necessariae uidentur *R* 16 quoque *om. R* 19 spectes] species *R*, spectes *Commelinus* 20 litteras in se confusas. ideoque nonnulli quis et quaeret et quid *R* 22 in q esset c et u *R* in posterioribus] *p. 70, 18. 72, 8*

p. 2219 P.

Ingredienti mihi rationem scribendi occurrit statim ita quosdam censuisse esse scribendum, ut loquimur et audimus. nam ita sane se habet non numquam forma enuntiandi, ut litterae in ipsa scriptione positae *non* audiantur enuntiatae. sic enim cum dicitur, ‘illum ego’ et ‘omnium optimum’, illum et omnium aeque m terminat nec tamen *in* enuntiatione apparet. *at* cum dicimus ‘hic est ille’, unum c scribimus et duo audimus, quod apparet in metro. nam

hoc erat alma parens, quod me per tela, per ignes
eripis,

si unum c hanc syllabam exciperet, acephalus esset versus nec posset a longa syllaba incipere, quae est heroico metro necessaria. ergo scribendum per duo c ‘hocc erat alma parens’ aut confitendum quaedam aliter scribi, aliter enuntiari. nam quibusdam litteris deficimus, quas tamen sonus enuntiationis arcessit, ut cum dicimus ‘virtutem’ et ‘virum fortem consulem Scipionem’ [isse], pervenisse fere ad aures peregrinam litteram invenies. et in plerisque Cicero videtur auditu emensus scriptionem, qui et Aiiacem et Maiiam per duo i scribenda existimavit: quidam unum esse animadvertunt, siquidem potest et per unum i enuntiari, ut scriptum est. unde illud *quod* pressius et plenius sonet per duo i scribi oportere existimat, sic et Troiiam, et siqua talia sunt. inde crescit ista geminatio, et incipit per tria i scribi coiiicit, ut prima syllaba sit coi, sequentes duae iicit.

Codex Parrhasii 2 sane re habent 3 positae audiantur enuntiare 5 e̊quem terminat *C*: m *expunxit c* nec tamen enuntiatione apparet cum dicimus 10 possit 13 defficimus 15 Scipionem ïsse perisse fere 16 Aiiacem] aiiace 17 per duo ii quidam] quoniam unum esse *C corr.* una esse *c* 18 ut scriptum sit unde illud pressius 20 Trojam 21 syllaba sit communi coi̇ sequentes duo iicit *C*: communi *expunxit c*

---

1 quosdam] *Scaur. p. 25, 11* ergo vox scribenda quo modo et sonat 3 positae audiantur enuntiatae *R*. non *addidit Santenius in Terent. Maur. p. 253. fortasse* positae non audiantur in enuntiatione 5 aeque terminant: nec tamen ex enuntiatione apparet *R*, *ubi* aeque terminat m *coniecit Santenius* 8 hoc erat] *Verg. Aen. II 604* 11 quae est in heroico metro *R* 14 cum dicimus virtutem] *p. 75, 15* 15 Scipionem esse periisse fere *R*, Scipionem esse perisse fere *codex Vrsini* pervenisse fere *Brambachius orthogr. lat. p. 125. malim* personare fere (*vel* obrepere) ad aures peregrinam litteram y invenies 16 Cicero] *Quintil. I 4, 11* sciat etiam Ciceroni placuisse aiio Maiiamque geminata i scribere 17 per duo i scribenda] *p. 66, 18. 72, 2* quoniam unum esse animadvertunt. si quidem potest et per unum i enuntiari, ut scriptum sit. unde illud pressius *R*, quod tamen unum esse animadvertunt: siquidem posse et per unum i enuntiari, ut scriptum sit. unde quod illud pressius *coniecit G. Schmitzius quaest. orthoep. et orthogr. (Marcoduri a. 1860) p. 6* 20 sic et Troiam R 21 coniiicit ut prima syllaba sit communis, sequentes duo iicit: nam si est aliud, iacit, pro a i substituitur, ut vocalis obtineat *R*

p. 2219. 20 P.

nam si est aliud, iacit, pro i a substituitur, ut *vim* vocalis obtineat manente priore i, quae consonantis vicem implebat. at qui Troiam et Maiam per unum i scribunt, negant onerandam pluribus litteris scriptionem, cum sonus ipse sufficiat. | hanc enim naturam esse quarundam litterarum, ut morentur et enuntiatione sonum detineant, quod accidit et in eo quod dicimus 'hoc est', cum ipsa vastitas litterae in enuntiatione pinguescat. atque ipsa natura i litterae est ut interiecta vocalibus latius enuntietur, dum et prior illam adserit et sequens sibi vindicat. et cum appareat per unum *i* Troiam scribi apud Graecos et Maiam, non est nobis altera i necessaria, cum in *latino* nomine non scriptio immutetur, sed sola enuntiatio. sic apud illos *μνῖα* per unum i scribitur, item *Θυιάς*. licet repugnent Graeci quo minus haec i littera in unitatem cum aliqua vocali veniat, ut unam syllabam faciant, velintque *μνῖα καὶ Θυῖάς* trisyllaba nomina esse, vincet tamen illos natura teste praeclaro, qui ait

υἱός θ' υἱωνός τ' ἀρετῆς πέρι δῆριν ἔθεντο,

nisi [si] hic versus a duobus anapaestis incipit, quod nullo modo potest fieri. sed quotiens, ut supra diximus, duabus vocalibus interiecta haec littera est, duarum consonantium obtinet vicem. sic non erit acephalus versus

Thyias ubi audito trepidant trieterica Baccho

et

Troiaque nunc stares

et

aio te, Aeacida, Romanos vincere posse.

nam nec Accium secuti sumus semper vocales geminantem, ubicumque producitur syllaba, quoniam expedita debet esse condicio scribendi.

Hic quaeritur etiam an per e et i quaedam debeant scribi secundum consuetudinem graecam. non nulli enim ea quae producerentur sic scripse-

---

Codex Parrhasii 1 pro i a] pro a i vim *om.* 2 At et qui Trojam et Majam *C*: At *superscr. c* 5 detineat qui accidit 8 per unum Trojam 9 Majam 10 latino *om.* 11 *μνῖα*] *μαια* 13 uelintque *μνιαν αιθνιαν* trisyllaba 15 *υἱός — ἔθεντο om. C, υιος θε υιωοσταρετης περι δηριν εθεντο add. c* 18 acefalus: *prima manu superscr.* ph. 20 thyas ubi auditos trepidant trieteria 22 nun stares *C corr.* nunc stares *c* 25 actium

---

1 pro i a substituitur *Schmitzius p. 11* 3 negant onerandam] *cf. p. 78, 1* quamvis idem dicat non esse onerandam supervacuis litteris scriptionem 5 quod dicimus hic est *R* 10 in nomine *R* 11 item *Θυιάς*] item *αἴθνια R fortasse* licet repugnent grammatici 13 velintque *μνίαν ἀίθνιαν* trisyllaba *R* 14 illo natura *R* 15 *υἱός*] *Hom. Od. ω 515* 17 ut supra diximus] *p. 48, 20* 20 Thyas *R*: *Verg. Aen. IIII 302* Thyias, ubi audito stimulant trieterica Baccho Orgia 22 Troiaque] *Verg. Aen. II 56* 24 aio] *Enn. annal. fragm. l. VI 186 ed. Vahl.*

p. 2220. 21 P.

runt, alii contenti fuerunt huic productioni i longam aut notam dedisse. alii vero, quorum est item Lucilius, varie scriptitaverunt, siquidem in iis quae producerentur alia per i longam, alia per e et i notaverunt, velut differentia quaedam separantes, ut cum diceremus 'viri', si essent plures, per e et i scriberemus, si vero esset unius viri, per i notaremus. et Lucilius in nono

'iam puerei venere', e postremum facito atque i,
ut *puerei* plures fiant. i si facis solum,
pupilli, pueri [et] Lucili, hoc unius fiet:

item

'hoc illi factum est uni', tenue hoc facies i:
'haec illei fecere', adde e, ut pinguius fiat. |

idemque peila quibus milites utuntur per e et i scribenda existimat, at pilam qua pinsitur per i. hoc mihi videtur supervacaneae esse observationis. nam si omnino in scribendo discernenda casuum numerorumque ambiguitas est, quid faciemus in his nominibus quorum scriptio discrimen non admittit, ut aedes sedes nubes, cum et una et plures eodem modo dicantur et scribantur? quid cum dicimus gestus fluctus portus, cum et genetivus singularis et nominativus et accusativus et vocativus pluralis eodem modo scribantur? quid denique in iis quae ambiguitatem habent inter nomina et verba, *ut* rotas feras? nam tam hae rotae rotas faciunt, quam

---

Codex Parrhasii 5 unius] unus 7 iam puerbi uenere et postremum 8 ut plures faciant i si facis 9 pueri et Lucilli 12 haec ille facere addes e ut pinguius facit 13 at pila in qua pinsetur 15 casuum errorumque *C corr.* casuum numerorumque *c* 17 non admittitur ut dessedes nubes 19 eodem modo describantur *C*: de *expunxit c* 21 et uerba rotas feras et fer ferras sic nec aliter scribitur: amor *C corr.* et uerba rotas feras Nam cum hae rotae rotas faciant quam roto rotas rotat et fero ferras et fera feras sic nec aliter scribitur: amor *c verbis quae in prima scriptura omissa erant in margine additis*

---

1 i *post* productioni *omiserat Putschius* 2 item *seclusit L. Muellerus Lucil. sat. rel. p. 45. fortasse* etiam 3 per i solam *coniecit Ritschelius mus. Rhen. v. XIV (a. 1859) p. 316, ne i longa tribui videretur Lucilio* notaverunt videlicet ut differentia quadam separantes *R*, *ubi* separarent *coniecerat Ritschelius* 5 unus, viri per i *R*, unus [viri] per i *Ritschelius*, unius viri per i *Muellerus et Lachmannus Lucil. sat. p. 35* ut Lucilius *Muellerus* Lucilius in nono] *cf. Quintil. I 7, 15. Charis. p. 79, 1* 8 ut plures faciant: i si facis solum pupilli pueri huc unius fiet *R*: ut pueri plures fiant *Quintilianus* 9 pupillI puerI LuceiII, hoc unius fiet *collato Charisio Scaliger apud Dousam Lucil. sat. rel. p. 44* 11 tenue heic (*vel* huic) facies i. haec illi fecere *Muellerus* 12 ut pinguius faciat *R* 13 idemque peila] *Terent. Scaur. p. 18, 23. Mar. Vict. p. 18, 3* pila in qua pinsatur *R*, pilam qua pinsitur *Muellerus Lucil. sat. rel. p. 46* 17 ut dessedes nubes *R*, ut aedes sedes nubes *Commelinus* 21 et verba, rotas, rotat, feras, ferat. Nam cum hae rotae tam rotas faciant, quam roto, rotas, rotat; et fero, feras, ferat: sic nec aliter scribitur: amor et ex nomine facit amoris et ex verbo amaris *R*

p. 2221. 22 P.

roto rotas [rotat], et fera feras et fero feras. sic nec aliter scribitur amor, et ex nomine facit amoris, ex verbo amaris. satis ergo collectum quaedam per e et i non debere scribi, sed tantum per i, cum apud Graecos quoque ex veteri illa consuetudine inveniantur nomina quae per i scribuntur, quamvis producte enuntientur.

Quaeritur item, Iulii et Claudii et Cornelii utrum per unum i productum an per duo debeant scribi. et ratio exigit ut huius Iulii per duo i scribamus, tam hercule quam huius pallii et huius graphii. non enim tantum in masculinis hoc quaeritur, sed etiam in neutris, quoniam id postulat ratio. nam quaecumque dativo singulari o littera terminantur, o in i mutant manentibus ceteris litteris et sic genetivum faciunt, ut maximo maximi, candido candidi. sic ergo in Iulio nihil aliud quam o debet mutari et in pallio, [atque] ut fiat Iulii et pallii. aeque hanc eandem *rationem* servare debemus in nominativis pluralibus, etiamsi pauciores habeant syllabas in nominativo singulari. sed quoniam invenimus et nominativum pluralem et dativum eiusdem numeri esse, ut i littera terminatus nominativus | adsumpta s faciat dativum, detracta redeat rursus ad nominativum, ut in eo quod est boni bonis, mali malis, docti doctis, sic rursus e contrario, Iuliis et Claudiis si detraxeris s, relinquetur Iulii et Claudii.

Illud etiam adnotandum circa i litteram est, quod ea quae nos per ae antiqui per ai scriptitaverunt, *ut* Iuliai Claudiai. sed et quidam in hac quoque scriptione voluerunt esse differentiam, ut pluralis quidem numeri nominativus casus per a et e scriberetur, genetivus vero singularis per a et i, hoc quoque argumentantes, quod diaeresis, sive dialysis illa dicetur, a nominativo plurali non fit, sed ex singulari obliquo, cum dicitur ‘aulai in medio’ et

dives equum, dives pictai vestis et auri,

item rei nostrai, faciendai, magnai. sed nihil obstat quo minus hoc aut

---

Codex Parrhasii 4 scribantur quamuis productae enuntientur 7 debeat 8 herculem enim *om. C, in marg. add. c* 10 terminatur 12 debeat 13 rationem *om.* 16 terminatur 18 rursus *posteriore loco om. C, add. c* 19 relinquetur ut Iulis et Claudis 21 scriptitauerunt Iuliai 23 scriberetur] scribebatur 24 diheresis siue dialypsis illa diceretur 28 magnai s nihil *C*: sed *superscr. c*

---

1 *fortasse* et fera feras et feram feras 4 scribantur *R* 6 per unum i producte an per duo debeat *R* 13 atque, *quod seclusi, ex eo quod sequitur* aeque *videtur ortum esse* hanc eandem seruare debemus rationem in nominatiuis pluralibus, etiam si pauciores habent syllabas *R* 16 *fortasse* eiusdem numeri syllabarum esse 21 scriptitauerunt Iuliai Claudiai. sed quidam *R* 23 per a et e scribatur *R* 24 diaeresis siue dialepsis illa diceretur *R*. dialysis *scripsi, quamquam hoc nomine de diaeresi quae vulgo dicitur proprie non usi sunt grammatici* 25 aulai] *Verg. Aen. III 354* aulai medio 27 dives] *Verg. Aen. VIIII 26* 28 sed scilicet nihil obstat *R*

p. 2222. 23 P.

illo modo in utroque numero scribamus, cum multa alia quoque nobis excogitanda sint, si velimus diversitate scriptionis ambiguitatem casuum numerorumque discernere.

Transeamus nunc ad v litteram: a plerisque superiorum primitivus et adoptivus et nominativus per v et o scripta sunt, scilicet quia sciebant vocales inter se ita confundi non posse, ut unam syllabam [non] faciant, apparetque eos hoc genus nominum aliter scripsisse, aliter enuntiasse. nam cum per o scriberent, per u tamen enuntiabant. sed ratio illos praesumpta decepit. ante enim respicere debebant, an hae duae vocales essent. sed cum in superiore disputatione demonstraverimus v totiens consonantis vim habere, quotiens pro eo ponitur, quod apud Graecos dicitur digamma, nihil vetat hic quoque tantum speciem v litterae animadvertere, *sed* tamen aliam potestatem. sic nominativus duas quidem v litteras habebit, sed priorem pro consonante, posteriorem pro vocali scilicet positam. aeque ab eisdem equus [equum] per v et o scriptus est, et quaeritur, utrum per unum *v* an per | duo debeat scribi. sed priusquam de hoc loquamur, v litteram digamma esse interdum non tantum in his debemus animadvertere, in quibus sonat cum aliqua adspiratione, ut in valente et vitulo et primitivo et genetivo, sed etiam in his *in* quibus *cum q* confusa haec littera est, *ut* in eo quod est quis. nam si omnino haec vocalis esset, pro-

---

Codex Parrhasii 1 alia quae nobis 2 diuersitates scriptionis 4 ac plerisque superorum primitiuus et adoptiuus ista nomina per u et o 12 specie aut an litterę *C*: aut *superscr. c* animaduertere tamen aliam potestatem sit nominatiuus duas quoque u litteras 14 positam atque ab eidem equus equum per u et o 16 per unum an sed priusquam] et priusquam 19 in his quibus confusa haec littera est in eo 20 haec uocalis est u procul dubio

---

2 diuersitates scriptionis *R*, diversitate scriptionis *Suerdsioeus vindic. praec. Bentlei. p. 24* 4 a plerisque — 14 pro vocali scilicet positam *p. 66, 22 Papirianus apud Cassiodorium p. 2292* ac plerisque superiorum in primitiuis et adoptiuis ista nomina per u et o scripta sunt *R*. Sed Velius Longus per rationem praesumptam decipi eos putat, qui primitivus et adoptivus et nominativus et alia per u et o scribant *Papirianus* 5 *fortasse* quia sciebant easdem (*vel* similes) vocales inter se ita confundi non posse: *cf. Papirian. l. c.* vulgus vultum parvum torvum sunt qui putant per duo u scribi non debere, quia similis vocalis vocali adiuncta non solum non cohaereat, sed etiam syllabam augeat, ut est vacuus *etc. nam hoc certe hoc loco Longus voluit, non quod 'in superiore disputatione' p. 49, 3 dictum erat,* numquam duas vocales coire ut non longam syllabam faciant. 12 speciem litterae animaduertere; sed tamen aliam potestatem. si sit nominatiuus duas quoque u litteras habebit *R* 13 sic nominativus] ac sic fieri ut nominativus duas quidem v litteras habeat *Papirianus* 14 atque ab eisdem aequus per u et o *et item postea* aequo aequus aequi aequo *pro* equo equus equi equo *R* 16 per unum an per duo debeat scribi. Et priusquam *R* 19 in his quibus confusa haec littera est, in eo quod est quis. nam si omnino haec vocalis est v procul dubio haec syllaba longa esset *R* cum q confusa] *p. 49, 1* ibi quoque, ubi cum littera q confusa est, vim consonantis habet

p. 2223 P.

cul dubio haec syllaba longa esset, quoniam numquam duae vocales conveniunt, nisi ut longam syllabam faciant. unde et in equo v pro consonante posita erit; et auribus quidem sufficiebat ut equus per unum v scriberetur, ratio tamen duo exigit. nam cum sit genetivo casu equi, dativo equo, atque novissima vocalis declinationis differentiam faciat nullam mutationem recipientibus consonantibus, necessarium est ut equus quoque salvam habeat consonantem quae est in equo et postea aliud v habeat, ut adsumpta i faciat nominativum pluralem. animadvertimus tamen quibusdam partibus orationis v litteram vitiose insertam, ut in eo quod est urguere *et unguere.* itaque testis in utroque Vergilius, qui ait 'quibusve urgentur poenis' sine v, item

ungere tela manu ferrumque armare veneno.

nam quo minus unguo debeat dici apparet ex eo, quod nullum verbum *est* vo terminatum sive *iunctim sive* solute *ut* non eandem v servet in praeterito, ut volvo volvi, eruo erui. at ungo unxi facit, quo modo pingo pinxi, fingo finxi. et tamen in nomine quod hinc fingitur sic insertum rursus u agnoscitur, ut evelli non possit, ut apud eundem Vergilium 'et pinguis unguine ceras'; et *in* consuetudine usurpatur unguentum. idem accidit et in hircis, quos antiqui hirquos dicebant. nam quamvis nos in

---

Codex Parrhasii 2 in aequo u pro consonanti 4 dativo] dem *C corr.* dativo *c* 5 equo ęque nouissimo *C*: at *superscr. c* differentia 7 postea] primo 8 quibusdam] quibus 9 quod est ąrguere itaque *C*: u *superscr. c* 10 quibusue ąrguentur *C*: u *superscr. c* 13 nam comminus unguo nullum uerbum uo terminatum siue solutum non eandem u seruare in praeterito 15 at ungo] et ungo 17 rursus uel agnositur 18 et consuetudine 19 quamuis nos uiro hirquos littera non: *prima manu superscr.* uno

5 atque nouissimo vocalis declinationis differentia faciat *R* 7 quae in aequo et primo illud u habeat *R* 8 animadvertimus — 18 unguentum *p. 67, 15 Papirianus apud Cassiodorium p. 2295* quibusdam partibus] v littera in quibusdam partibus orationis vitiose inseritur *Papirianus* 9 ut in eo quod est urguere: itaque testis in utroque Virgilius, qui ait quibusve urguentur poenis *R.* unguere *addendum esse post* urguere *viderunt Iunius et Brambachius orthogr. lat. p. 128* 10 quibusve] *Verg. Aen. VI 560* 12 ungere] *Verg. Aen. VIIII 770* 13 nam cur minus unguo debeat dici, apparet ex eo, quod nullum verbum .u. o. terminatum, siue solutum, non eandem u seruare in praeterito, ut uolo uolui, eruo erui, et ungo unxi facit *R*, nam quominus unguo debeat dici evidenter apparet quia nullum verbum est vo terminatum sive iunctim sive solute, ut non eandem v servet in praeterito, ut volvo volvi, eruo erui. ungo vero non ungui, sed unxi facit *Papirianus* nullum verbum vo terminatum sit solitum non eandem u seruare in praeterito *Putschius* 15 at ungo *Commelinus,* sed ungo *Brambachius* 17 rursus uel agnoscitur *R*, rursus u agnoscitur *Brambachius* et pinguis] *Verg. georg. III 450* 18 Sed consuetudine *R*, et in consuetudine *Papirianus* 19 nam quamuis nos in uno hirquos litteram i non interponamus *R, ubi* nos *omisit Commelinus,* in uno hircos litteram u non inter-

p. 2223. 24 P.

ipso hirco u litteram non interponamus in enuntiatione, tamen videmus remanere in derivatione nominis quod hinc tractum est, ut eos qui sunt in adulta aetate hirquitallos vocemus. in antiquo etiam videmus locum *hanc* litteram habere et in postico non habere † nam et antiquum ab eo quod est quod apparet | ex scriptione temporum.

Nunc ad praepositiones transeamus atque incipiamus ab illa quam Cicero in Oratore adnotavit. varia enim *est* consuetudo in eo quod est ab et a et abs et au, ut cum dicimus a me, deinde ab illo, deinde abstulit, deinde aufert, quod sane tantum in duobus verbis usurpatum est, aufert et aufugit. adicit his praepositionibus et illam quae scribitur per f litteram, quam ab antiquis usitatam ait maxime in rationibus et in accepti tabulis. nam quotiens acceptam pecuniam referebant, non dicebant a Longo, sed af Longo. et ait religionem hanc scribendi apud paucissimos remansisse saeculo suo. antiquos scimus et abs te dixisse: nos contenti sumus a te dicere. scimus ipsos et ab Lucio dixisse: nos observamus ut *ab* praeponatur his nominibus quae a vocali incipiunt, ut cum dicimus ab Olympo. non adsumitur autem haec b littera, quotiens nomina a consonante incipiunt, ut a Romulo. siquis itaque quaesierit, quare non ab Iunone dicamus, sed a Iunone, meminerit hic litteram i pro consonante positam, de quo latius et supra disputavimus. abs vero neque nominibus

Codex Parrhasii 3 in adultam aetatem inquit alios uocemus locum litteram 6 praepositionem 7 uaria enim consuetudo in aequo est ab 10 adiicit per b litteram 11 accepti] acceptis 13 sed ab longo 15 ab lucidio dixisse ut praeponatur 17 non] N̄ a consonanti incipiuntur ut 19 pro consonanti 20 de qua

ponamus *coniecit idem. fortasse* nam quamvis nos u litteram non interponamus in hircorum enuntiatione

2 ut in eos qui sunt adulta aetate *ediderat Putschius* 3 in antico uidemus locum litteram habere *R* 4 at in postico *Semlerus* nam et anticum ab eo quod est post, quod apparet *R, ubi* ante *pro* post *substitutum est in corrigendis et in editione Commelini.* nam et antiquum ab eo quod est post quod apparet *codex Vrsini. fortasse* nam et antiquom ab eo quoque est, quod apparet ex scriptis antiquorum. *diversa ab hac quaestione sunt ea quae de scriptione v.* antiquus *scripta sunt p. 77, 1* 5 temporum] templorum *Niebuhrius in margine editionis Putschianae adscripsit de antica et postica templorum, ut videtur, cogitans* 6 Nunc ad praepositionem transeamus atque incipiemus *R* 7 Cicero in Oratore] *c. 47 § 158* varia enim consuetudo in aequo est Ab *R* 10 per b litteram *R*, per f litteram *Freundius lex. latin. praef. p. 63* 13 sed ab Longo *R*, sed af Longo *Freundius* 15 ab Lucilio *R* ut praeponatur his nominibus *R* 17 non adsumitur] absumitur *R* a consonanti incipiuntur ut a Romulo *R* 20 de qua latius *R* supra disputavimus] *p. 48, 8* Absque vero, neque nominibus, neque his partibus orationis, cum quibus in confusionem non venit, adiungitur, abs te enim duae partes orationis sunt. scilicet verbis cum quibusdam unitate consensit, ut abstinet, abscondit. haec enim pars orationis composita est: et quoniam et accondit * habet, et abscondit durius sonabat, interuenit p littera quae exornaret auditum *R*. Abs vero *Commelinus*

p. 2224. 25 P.

neque his partibus orationis cum quibus in confusionem non venit adiungitur: abs te autem duae partes orationis sunt: sed cum quibusdam verbis in unitatem concessit, ut abstinet, abscondit. haec enim pars orationis composita est, et quoniam et acondit hiabat et abcondit durius sonabat, intervenit s littera, quae exornaret [et] auditum. de qua scriptione illud quaeritur, utrum per p an per b et s debeat scribi, quoniam ea quae apud nos Ψ litteram sonant putant plerique per p et s scribenda, quoniam et Graeci pronuntiaverunt [per] Ψ litteram constare ἐκ τοῦ πῖ καὶ σ. sed qui originem verborum propriam respiciunt, per b scribunt.

* et in eo quod ēst appello, quod alterum sit navem appellentis, aliud verbi causa pecuniam appellantis. videmus autem prope in omnibus verbis quae a p littera incipiunt hanc praepositionem cogi ut d littera omissa | p geminet, ut in eo quod est paret apparet et in eo quod est ponit apponit et pungit appungit. sic in his partibus orationis quae incipiunt a littera c non facile potest hac praepositione admota sonare d littera. haec similiter littera geminatur in eo quod est capio accipio. itaque Lucilius

---

Codex Parrhasii 1 in confusione abiungitur 2 autem] enim sed uerbis cum quibusdam unitatem consensit 4 et quoniam et accondit habet et abscondit durius 5 s littera] p littera 6 apud nos T litteram sonat 8 ἐκ τοῦ πιξσ *C corr.* ἐκ τοῦ πι .καὶ. σ c 9 originem (*deleta* m *littera prima manu, ut videtur, ut esset* origine) uerborum propriores sunt uerbum scribunt et in eo 11 pecuniam appellantes 12 ut b littera 13 in eo] ab eo *priore loco* ponit opponit et pungit oppungit 16 haec] hac

---

1 *fortasse* neque aliis partibus orationis — sed verbis, cum quibus in unitatem concessit 4 quoniam et accondit habet et ascondit durius sonabat, intervenit p littera *Iunius*, quoniam et accondit habetur et abcondit durius sonabat, intervenit s littera *Schneiderus gramm. lat. v. I p. 221 et 631.* quoniam et accondit *vel* acondit hebet *coniecerat Semlerus.* hiabat *scripsi, ut contrarium esset ei quod supra dictum erat* in unitatem concessit 5 de qua scriptione — 9 per b scribunt *p. 73, 12 Scaur. p. 27, 3* 6 apud nos t litteram sonant *R*, apud nos Ψ litteram sonant *Iunius* 8 pronuntiauerunt per χ litteram constare ἐκ τοῦ πίονος. Sed qui origini verborum propriores sunt, verbum scribunt: et in eo quod est appello, quod alterum sit naue appellentis, aliud verbi causa, pecuniam appellantes *R* sed qui origini verborum proniores *vel* propensiores sunt *coniecit Wilmannsius de Varr. libr. gramm. p. 178.* sed qui originem verborum propriam respiciunt *scripsi, quo verbo usus est Longus p. 58, 9* ante enim respicere debebant *et p. 81, 9* antiquorum consuetudo respicienda est 9 per b scribunt, et in eo quod est appello *Putschius. lacunam indicavit Schneiderus gramm. lat. v. I p. 631. praeter praepositionem* ad *autem, ad quam ea quae sequuntur pertinent, de* in *praepositione hoc loco dixisse videtur Longus, quem secutus est Papirianus apud Cassiodorium p. 2293* 12 ut b littera omissa p geminet, ut ab eo quod est paret, apparet: et in eo quod est ponit, opponit, et pungit oppungit *R.* ut d littera omissa *et deinde* apponit *et* appungit *restituerunt Semlerus et Schneiderus* 13 ut ab eo *utroque loco Schneiderus*

p. 2225 P.

atque accurrere scribas
dne an c, non est quod quaeras atque labores.

ille quidem non putavit interesse scripturae; sed si sonus consulitur, interest aurium ut c potius quam d scribatur. at siquis in his quaerat vocibus, quae incipiunt a littera t, merito indifferenter scribuntur attinet attentus et adtinet adtentus, quoniam utralibet littera scripta eundem auribus sonum reddunt. nec minus ea quae a g littera incipiunt variant huius praepositionis enuntiationem. nam interdum elisa d littera g geminatur, ut aggerat. est etiam ubi necesse est hanc d litteram interire nulla alia substituta, ut in eo quod est aspicio ascendo. at ubicumque t littera scribitur nec in unitatem venit cum alia parte orationis, sine dubitatione vicem alterius partis orationis ostendit, et est coniunctio disiunctiva at, ut Persius

at te nocturnis iuvat impallescere chartis.

quod si erit per *d* scriptum ad, non tantum orthographia peccabit, sed etiam significatio errabit. est etiam ubi transeat d in l, si ab hac eadem littera vox sequens incipiat, ut est alligere, nec semper tamen, quoniam dicimus adluere et adloqui et adlabi. abbitere etiam quidam geminata b

---

Codex Parrhasii 1 scribes 2 an c] an T quod] quot atque] aeque 4 ut T potius at] ut 5 scribatur attineat attentus attantas quoniam 8 praepositionis enuntiationem] enuntiationis praepositionem 9 d *posteriore loco om. C, add. c* 10 at] ęt *C*: a *superscr. c* 12 disiunctiua ita ut 14 inpallescere 15 per d scriptum] perscriptum non tantum] notandum peccauit 16 errauit ubi] ab *C*: ubi *superscr. c* 17 semper T tamen 18 adlabi] adlaui abbitere] abbire

---

1 utque accurrere scribas *coniecit F. Dousa Lucil. sat. rel. p. 44*, accipere atque accurrere scribas *Schmidtius Lucil. sat. l. IX (Berolini 1840) p. 14* 2 Dne an T non est *R*, Dne an C non est *Commelinus et Dousa* quod quaeras seive labores *Muellerus Lucil. sat. rel. p. 47* 3 sed scilicet si sonus consulitur, interest aurium, ut T potius quam D scribatur. Vt si quis in his quaerat vocibus, quae incipiunt a littera T merito indifferenter scribant attineat, attentus, attentas, quoniam *R* sed si] sed .s. si *codex Vrsini* 4 ut c potius quam d *Commelinus* at si quis *Schneiderus l. c. p. 632* 5 indifferenter scribantur adtineat attineat adtentus attentus *Schneiderus* 7 variant huiusmodi enuntiationis praepositionem. Est etiam ubi necesse est *R* 10 at — 14 chartis *Velius Longus apud Cassiodorium p. 2287. cf. p. 69, 20* 12 disiunctiua ita ut Persius Ac (At *R in corr.*) te *R*: *Pers. sat. 5, 62* 15 Quod si erit praescriptum ad, non tantum orthographia peccauit, sed etiam significatio errauit *R* 17 ut est alligere *R*, ut est allegere *Iunius.* alligo duo l *Papirianus. cf. Scaur. p. 26, 7* similiter lego alligo colligo pelligo 18 adloqui et alibi *R*, adloqui et adlabi *Commelinus* Abbire etiam quidam geminata b maluerunt et dicere et scribere, ut intermissa D et in hoc nullam differentiam putat esse Lucilius, qui ait, Abbire non multum est d si et an b habet. Ex praepositio habet obseruationem *R.* abbitere *restituit Schneiderus l. c. p. 633*

p. 2225. 26 P.

maluerunt et dicere et scribere intermissa d. et *in* hoc nullam differentiam putat esse Lucilius, qui ait

abbitere non multum est d siet an b.

Habet *et* ex praepositio observationem, in qua *interit* interdum x littera, ut in eo quod est ebibit enuntiavit emovit. nec tamen possis ita definire, ut dicas tunc hanc litteram interire, quotiens sequens vox incipit a consonante. hoc enim arguit ipsa loquendi consuetudo, cum dicimus excellere et extollere et exquirere. in eo quod est expectatus duplicem scriptionem quidam esse voluerunt, ut, quotiens cum | verbo quod est expecto opperior praeposita haec pars orationis fuerit, e et x littera contenta sit; quotiens autem cum verbo quod est specto ludos, † necessaria esse s litterae insertior sit, ut in ipsa quoque scriptione ambiguitas de-

---

Codex Parrhasii 1 et hoc 3 abbitere] abbire an b habet Ex praepositio obseruationem in quam interdum 6 deffinire 8 expectatum

---

1 et in hoc non nullam differentiam putat esse Lucilius, qui ait Abbire multum est D siue an B habet *F. Dousa Lucil. sat. rel. p. 44 et 123*, sed in hoc multam differentiam putat esse Lucilius, qui ait 'abbitere multum est d sive an b habet' *Schneiderus*, set in hoc multam differentiam putat esse Lucilius, qui ait 'abbitere: multum hic refert d siet an b' *Muellerus Lucil. sat. rel. p. 47*, at in hoc nullam differentiam putat esse Lucilius, qui ait 'scriptumque abbitere, nullum est d siet an b' *Corssenus Philol. v. XVIII p. 724* 3 Abbire multum est D siue, an B habet *editio Commelini* '*operarum nempe vitio*', *ut scribit in adnotationibus subiectis. inde omisso* non *edidit Putschius* Abbire multum est D si et an B habet, *quod iis qui postea de Lucilii versu quaesiverunt fraudi fuit, ut duo verba inter se diversa,* abbitere, *id est abire, et* adbitere, *id est adire, a poeta posita esse existimarent.* abbitere *autem cum* ab *praepositione compositum nihili est. nec poterat grammaticus non indicata significationis differentia eam sententiam Lucilio tribuere. itaque sic potius Lucilii verba videntur restituenda esse*, atque abbitere, non multum est hic d siet an b. *nam* habet, *quod in principe editione cum versu Lucilii coniunctum, deinde post* Ex praepositio *repetitum erat, a verbis poetae removendum esse intellexerunt Suerdsioeus vindic. praec. Bentlei. p. 24 et Schmidtius Lucil. sat. l. IX p. 13* 4 in qua interdum interit X littera *R* 8 expectatum *R*: *cf. Ter. Scaur. p. 22, 13* item cum exul et expectatus sine s littera scribuntur, cum alioqui adiecta ea debeant scribi 9 ut quotiens cum uerbo, quod est expecto, praeposita haec pars *R*, *ubi* pecto *coniecit Commelinus.* ut, quotiens cum verbo quod est pecto composita haec pars orationis (*i. e. praepositio ex*) fuerit, e et x littera contenta sit, quotiens autem cum verbo quod est specto, necessario s littera insertior sit; ut in ipsa quoque scriptione ambiguitas deducatur (*i. e. tollatur*) eius quod est expectare illum volo et expectare ludos mihi placet *Schneiderus gramm. lat. v. I p. 636. conieci* ut quotiens a verbo quod est expecto, id est opperior, praeposita haec pars orationis (*h. e.* expectatus) fuerit, e et x contenta sit; quotiens autem a verbo quod est specto, ut specto ludos, necessario et s littera inserta plenior sit, ut in ipsa quoque scriptione ambiguitas discernatur eius quod est 'expectare illum volo' et 'expectare mihi placet'. *cf. Quintil. I 7, 4 Caesell. apud Cassiod. p. 2315 Cap. p. 2422 Agroec. p. 2267. sed eorum nemo id quod Longus tradidisse videtur,* expecto *de opperiendo dictum sine* s, *de spectando inserta* s *littera a quibusdam scriptum esse, dixit* 12 s littera insertior *R et codex Vrsini*

p. 2226 P.

ducatur eius quod est 'expectare illum volo' et 'spectare mihi placet'. verum uno modo utrumque scribi licet nec timere eam ambiguitatem, quae est multis verbis familiarissima, cum in hac littera x etiam s posita sit, siquidem tam apud nos quam apud Graecos duplex sit et composita.

Transeamus nunc ad aliam praepositionem. ob praepositio interdum ponitur plena, ut est obire oberrare, interdum ad eam litteram transit, a qua sequens vox incipit, ut est offulsit ommutuit: item et si p sequatur, ut opposuit. similiter quidam et in eo quod est obstitit p servare maluerunt, quia haec littera semivocali s confusa eius litterae sonum exprimit, quae est apud Graecos Ψ, atque hanc illi duplicem constare dicunt ex p et s.

Huic similis est et sub praepositio, quae interdum b litteram servat, ut in eo quod est subdit; interdum mutat, ut supra dixi, in eam litteram a qua sequens incipit verbum, ut in eo quod est sufficit suffodit et in eo quod est summovit sumministravit atque in eo quod est supposuit. atque animadvertimus in semivocalem *s* transire, ut in eo quod est sustulit et suscepit. nec non variat significationem gemina enuntiatione litterae sequentem vocem inchoantis, ut est succipere: aliud est enim 'amicum suscipere', aliud 'aquam succipere'.

At in praepositione de minimum est observationis, quantum ad orthographiam, non quod ad significationem pertinet. plena enim in compositionibus ponitur, ut deducere depellere demonstrare destruere. nam si quando e in i litteram transit, ab alia praepositione originem ducit. cum enim dicimus dimovit, ut est 'dimovit obstantes propinquos' et

---

Codex Parrhasii 6 oberrare] obarare 7 offusit omminauit 9 semiuocalis confusa 13 verbum] uerum 15 s *om.* 16 geminum enuntiationem 17 ut est suscipere aliud est enim amicum suscipere *bis scriptum est* (?) 20 pertineat enim *om. C, in marg. add. c* 23 propinquas

---

3 siquidem — duplex sit *om. R* 5 ob praepositio — 65, 10 ut diffudit *Papirianus apud Cassiodorium p. 2293* 6 obire obarare *R*, obire oberrare *Papirianus* interdum in eandem litteram transit *Papirianus* 7 ut est offusit omminauit *R*, ut est offulsit ommutuit *Papirianus* item si p sequatur *R* 8 *fortasse* p scribere maluerunt 9 semiuocali confusa *R* 12 mutatur ut supra dixi in eam litteram a qua sequens incipit. Verum *R*, mutat in eam litteram a qua sequens inchoat verbum *Papirianus* 14 *fortasse* aeque animadvertimus 15 in semiuocalem transire *R*, in s semiuocalem transire *corrector codicis Vaticani et Schneiderus gramm. lat. v. I p. 637* 16 variat significationem, geminam enuntiationem litterae sequentem vocem inchoantis, ut est suscipere *R* 16 geminans enuntiationem *corrector codicis Vaticani*, gemina enuntiatione *vel* per geminam enuntiationem litterae sequentem vocem antecedentis *Schneiderus*. geminatione *coniecerat Semlerus* 17 ut est succipere *corrector codicis Vaticani* 20 pertineat *R* 21 ut deducere demonstrare detrudere *Papirianus* 22 in l litteram *R et codex Vrsini*, in i litteram *R in corrigendis* 23 dimovit] *Horat. carm. III 5, 51* propinquas *R*

p. 2226. 27 P.

'tua terris didita fama', iam non est a de praepositione, sed *dis, et* unitatem quandam complectitur vocis. in hac tamen | de praepositione, quam dixi plenam praeponi, animadvertendum illud, quod imminuitur, si quando sequens vox a littera e incipit, ut est derrare desse, *in* qua enuntiatione sufficit ipsa productio. et quatenus incidimus in mentionem praepositionis dis, adnotabimus et illam plenam praescribi ceteris, nisi his partibus orationis quae incipiunt a littera m, ut dimovit, aut n, ut dinoscit, aut l, ut diluit, aut b, ut dibucinat, aut g, ut digerit, aut si *a* d littera incipit, ut diditus, quo modo Vergilius 'tua terris didita fama', aut in f litteram transire, si ab hac eadem sequens vox incipiat, ut diffudit.

cf Lachm. Lucr. 20

Per vero praepositio omnibus integra praeponitur, nisi cum incidit in l litteram, adfinem consonantem, quam elegantioris sermonis viri geminare malunt quam r litteram exprimere, ut cum pellabor malunt dicere quam perlabor. nec aliter apud Lucilium legitur,

† in praepositionem per l liciendo quod est inducendo
geminat l.

pellicere malunt quam perlicere. unde et apud Vergilium non aliter legimus, 'pellacis Vlixi'; et a pelluendo pelvis et apud antiquos τρισυλλάβως pelluis, quae nunc in synaeresi pelvis dicitur.

Quatenus praepositiones persequimur, non alienum est re quoque

---

Codex Parrhasii 1 non est ad praepositionem sed unitatem 4 a littera e] aliter De deerrare deesse qua enunciatione 8 aut si d littera 9 diditus] dedidit didita] dedita 13 malunt] uolunt *priore loco* cum pellabor] compellabor 14 quam perlabor *C corr.* quam comperlabor *c* 18 pellacis *om. C, in marg. add. c* a pelluendo pelvis] a perluendo perluis τρισυλλάβως] trisyllabos 19 pelvis] pelluis 20 prosequimur

---

1 tua] *Verg. Aen. VIII 132* non est ad praepositionem, sed veritatem quandam amplectitur vocis *R.* non est a de praepositione, sed varietatem quandam amplectitur vocis dis *coniecit Semlerus.* non est a praepositione de, sed dis, ut distraho dispereo *Papirianus* 3 si quando sequens vox aliter incipit, ut est deerrare deesse, qua enuntiatione *R* 9 ut dedidit *R*, ut dididit *editio Commeliniana,* ut didit *corrector codicis Vaticani* 10 in f litteram transit *R* 11 *fortasse* omnibus partibus orationis integra praeponitur 12 geminare malunt *corrector codicis Vaticani* geminare magis voluerunt quam r litteram exprimere, ut compellabor malint dicere quam compelabor *R* 13 ut quum pellabor malunt dicere, quam perlabor: '*ita enim in emendatis eius auctoris codicibus habetur*' *Pierius Valerianus castig. in Verg. Aen. I 151*, hinc pellabor malunt dicere quam perlabor *idem in Verg. Aen. VI 33* 15 '*Lucilii versus videtur in hunc modum emendari posse*, in praeposito per Pelliciendo, hoc est in ducendo, geminato l, *id est in* pelliciendo, *quod fit* per *praeposito*, l *litteram geminare debes*' *Lachmannus in Lucret. p. 409.* apud Lucilium legitur in praepositione per: 'L liciendo' (quod est inducendo) 'congeminat l' *Iunius. alia temptaverunt Schneiderus gramm. lat. v. I p. 628 et Schmidtius Lucil. sat. l. IX p. 19* 18 pellacis] *Verg. Aen. II 90* et a perluendo perluis et apud antiquos trisyllabum pelluis *R* 20 persequimur *codex Vaticanus*, prosequimur *R* re quoque praepositionem — 66, 10 traduxit *Papirianus apud Cassiodorium p. 2294*

p. 2227. 28 P.

praepositionem notare vel ideo, quia non contenta quibusdam partibus orationis plena praeponi d litteram adsumit, ut in eo quod est redire et redolere, quia duae vocales in concursu hiabant. sed interdum haec d littera geminatur, quotiens ab eadem littera sequens vox incipit; nec tamen semper, siquidem reddere dicimus geminata d, reducere *autem* simplici utimur. unde adnotanda imperitia eorum qui sic redducere geminata d littera volunt enuntiare, quasi reddere, tamquam necesse sit totiens eam duplicem esse, quotiens sequens vox ab eadem littera incipit.

Trans quoque praepositio non nullam habet observationem. nam interdum plena est, ut transtulit, interdum minuitur, ut traiecit | traduxit. nec non ab aliis plene ponitur, ab aliis lenitatem intuentibus minuitur, ut in eo quod est transmisit et tramisit: alii transposuit, alii traposuit. quae observatio orthographiae mixta est *et* ὀρθοεπείας, quae etiam si habet instructionem suam, tamen huic quaestioni familiariter implicata est. in ὀρθοεπείᾳ enim quid decentius sit et quid lenius quaeritur, nec laborat ille qui scribit circa id quod dicitur χαριέστατον. in ὀρθογραφίᾳ eo scrupulosior quaestio est, quod non numquam unus sonus est aut perexigua suspicione diversus. interim quaeritur scriptio, ut cum dico eiecit, et alius per unam i litteram scribit, alius per duas, cuius iam mentionem fecimus, cum de litterarum potestate loqueremur: quapropter supersedendum existimo.

Nec minus de v littera locuti sumus, quam interdum vicem consonantis obtinere diximus, ut cum scribimus vultum et geminata v diversa potestate ponitur. sic rursus cum scribitur nominativus genetivus et omnes deinde casus, item primitivus, et siqua his nomina similia sunt, eandem

---

Codex Parrhasii 2 redire] redis 5 reducere] renouare autem *om.* 10 traiecit] traiicit 11 lentatem *C*: ni *superscr. c* 13 mixta est ὀρθοεπείαι quaeritur etiam si habet destructionem 16 ille quis scribit cum id quod dicatur εχριαστατ in ὀρθογραφία 24 omnis

---

2 b litteram adsumit ut in eo quod est redis et redolere *R*, sed et d litteram adsumit, ut est redire redolere *Papirianus* 5 reddere dicimus geminata d, reducere autem simplici utimur *Papirianus* renouare simplici utimur *R.* redonare *coniecit Commelinus* 10 ut traiicit traduxit *R*, ut traicit traducit *Papirianus* 12 quae observatio — 18 diversus *p. 71, 8* quae obseruatio orthographiae mixta est .s. ὀρθοεπείαι. quaeritur etiam si habet destructionem suam *R* 13 habet demonstrationem suam *coniecit Semlerus* 16 ille qui scribit, cum id quod dicatur χαριέστατον *R.* cum id quod χαριέστατον est dicatur *Brambachius orthogr. lat. p. 6. an* num id quod dicatur χαριέστατον sit? *quamquam ipsum* χαριέστατον, *quod ex principe editione retinui, non satis certum est* 20 de litterarum potestate] *p. 48, 8. sed ibi de geminatione* i *litterae dictum non est.* coicit *in ea quaestione positum est p. 54, 20,* coicit *et* eicit *infra p. 72, 4* 22 de v littera] *p. 48, 8. 58, 4* 23 retinere *R*

p. 2228. 29 P.

observationem habebunt; et illam scriptionem, qua nominativus v et o littera nominabatur, relinquemus antiquis.

Varie etiam scriptitatum est mancupium aucupium manubiae, siquidem C. Caesar per i scripsit, ut apparet ex titulis ipsius, at Augustus [i] per u, ut testes sunt eius inscriptiones. et qui per i scribunt, *manibias*, illam rationem secuntur, quod aliae quoque denominationes per eandem litteram exeant, ut cum manicas *dicimus et* maniculam, quibus tamen opponi potest, quod per u manuleus dicimus. item qui aucupium per u scribunt, putant ab ave occupanda dictum; at qui aucipium, ab ave capienda, cum a litterae in i familiaris transitus sit. quibus aeque opponi potest non minus in u transire quam in i: nam et ab amico fit inimicus tantum et a salso insulsus. relinquitur igitur electio, utrumne per antiquum sonum, qui est pinguissimus et u litteram occupabat, | velit quis enuntiare, an per hunc qui iam videtur elegantior exilius, id est per i litteram, has proferat voces.

Sunt etiam quaedam voces in quibus u littera videtur esse supervacua, ut cum et scribimus et pronuntiamus urguere *et unguere*, siquidem et urgeo et ungo hanc non desiderant litteram, ut apparet ex scriptis antiquorum, *quorum* elegantiam et auctoritatem sequendam supra diximus, cum enuntiandi et scribendi † soluta sit difficultatem. hinc non nulli inventi sunt qui distinguere quoque sine u littera et scribere et dicere maluerunt adicientes et illam rationem, quod distinguere est interposito puncto dividere atque diducere. nec non quidam hoc ipsum distinguere arbitrantur dictum *παρὰ τὸ τέγγειν*, sive quod distingatur res illa quae

---

Codex Parrhasii 5 manibias *om.* 7 cum manicas maniculum tamen] nomen 9 at qui aucipium] aut quia aucupium a litterae] a littera .ẽ. 10 non minus in i transire quam in u 11 tantum] tamen 12 insulsus] insolsus relinquitur] sequitur 16 pronuntiamus arguere siquidem et urgueo et unguo 18 quorum *om.* 21 adiicientes ut illam est] et 22 deducere 23 *παρὰ τὸ τέλει* siue quod distinguatur

---

2 nominabitur *ed. Comm. fortasse* notabatur 3 mancupium aucupium manubiae] *cf. p. 49, 19. 75, 12* 4 at Augustus per u *Schneiderus gramm. lat. v. I p. 21,* at Augustus per i et u *coniecit Brambachius orthogr. lat. p. 120* 5 et qui per i scribunt illam rationem sequuntur *R.* manibias *addidit Schneiderus* 7 ut cum manicas maniculum, quibus nomen apponi potest *R*, ut cum manicas maniculam, quibus tamen opponi potest *Schneiderus* 8 putant ab aue occupanda dictum; aut quia aucupium ab aue capienda, cum a littera .e. in i familiaris transitus sit *R* 9 at qui aucipium *corrector codicis Vaticani* 10 non minus in i transire quam in u: nam et ab amico fit inimicus et a salso insulsus. sequitur igitur *R* 11 inimicus nam et a salso insalsus *codex Vrsini* 14 has proferat voces, in quibus v littera *R* 16 pronuntiamus arguere siquidem et urgeo et ungo *R*: *cf. p. 59, 8* 19 soluta sit. * difficultatem hanc. Nonnulli inuenti sunt *R. conieci* cum enuntiandi et scribendi consuetudo difficultatem habet. nonnulli *etc.* 21 adiicientes illam rationem *R* 23 *παρὰ τῷ τέλει* siue quod distinguatur *R. παρὰ τὸ* tingere *Semlerus*

p. 2229. 30 P.

scribitur, sive quod tingat id quod inscribitur. tamen in hac voce sic u litteram occupavit consuetudo, ut non facile possit evelli.

Non nulli etiam varie modo per u modo per i scripserunt *artubus et* artibus, ut, *si* cum significatione artus essent, ut arcus et partus, u littera in dativo *et ablativo* servaretur; si vero essent artes, ut arces et partes, tunc idem illi casus per i litteram scriberentur. mihi videtur nimis rusticana enuntiatio futura, si per u extulerimus. ita tamen existimo enuntiandum, ut nec nimis i littera exilis sit nec, u litteram *si* scripseris, enuntiationis sono [cum] nimis plena. ac meminerimus artis ὀρθοεπείας esse ut, sive hanc sive illam litteram scripseris, enuntiationis sonum temperet. idem puto et in clipeo per i scripto observandum, nec audiendam vanam grammaticorum differentiam, qui alterum a clependo, *alterum a cluendo* putant dictum.

Et de H littera quaeritur, quae se [cum his] aut inseruit vocalibus aut praeposuit: inseruit, ut in his, vehemens reprehendit, cum elegantiores et vementem dicant et reprendit secundum primam positionem; prendo enim dicimus, non prehendo. [at] praeposuit, ut cum dicimus [hostis harena harenae] halicam et haliculam, cum ab alendo possit alica dici et aliculam | existiment dictam, quod alas nobis iniecta contineat. hortus quoque non desiderabat adspirationem, quod ibi herbae oriantur, id est

---

Codex Parrhasii 1 inscribitur] inscribi 2 littera auelli 3 scripserunt artibus ut cum significationem 5 et ablativo *om.* 6 casu 7 extolerimus 8 u litteram scripseris 9 ὀρθοεπείαι 10 siue haec siue illa littera 13 alterum a cluendo *om.* 14 vocalibus] uocibus 16 vementem] uehementer reprendit] reprehendit 17 cum dicas hostis harena harenae .ha. halicam et halicam et aliculam cum ab alendo 19 existimet 20 id est] idem *C*: st *superscr. c*

---

2 auelli *R*: *p. 59, 16* sic insertum rursus u agnoscitur, ut evelli non possit 3 scripserunt artibus, ut cum iuxta significationem arcus essent, ut arcus et partus, v littera in datiuo seruaretur *R*: *cf. Scaur. p. 25, 1* 8 nec u litteram scripseris enuntiationis sono cum nimis pleno *R* 9 *fortasse* enuntiationis sono currat *vel* fiat nimis plena ὀρθοέπειαι esse ut siue hac siue illa littera scripseris *R* 11 *fortasse* in clipeo per i vel per u scripto 12 qui alterum a clependo putant dictum *R*, qui alterum a cluendo alterum a clependo putant dictum *Brambachius orthogr. lat. p. 121: cf. Charis. p. 77, 20* 14 et de hac littera quaeritur, quae se cum his aut inseruit vocibus *R*. Et de H littera *Commelinus* cum his *tamquam ortum ex eo quod sequitur* ut in his *seclusi, nisi potius scribendum erat* quae se omnibus aut inseruit vocalibus 15 vehemens reprehendit] *p. 75, 1* 16 et vehementer dicant. In reprehendit *R*, et veementer dicant et repreendit '*vel potius* vementer et reprendit' *Commelinus*. vehemens et vemens apud antiquos et apud Ciceronem lego, aeque prehendo et prendo *Cornutus apud Cassiodorium p. 2286: cf. Scaur. p. 19, 14* 17 aut praeposuit *Iunius* ut cum dicas hostis, harena halicam, et aliculam, cum ab alendo *R*, *ubi* et haliculam *scribendum esse vidit Commelinus*. hostis *vel potius* hortus *et* harena *ex margine illata esse videntur*

p. 2230. 31 P.

nascantur; sed tamen a consuetudine accepit. et cohortes aeque a cooriendo ex eodem loco dictae sunt; sed tamen differentiam quidam esse maluerunt, ut cohortes militum cum adspiratione a mutua hortatione dicantur.

Item non nulli harenam cum adspiratione, sive quoniam haereat, sive quod aquam hauriat, dicendam existimaverunt; aliis sine adspiratione videtur enuntiandam. nos non tam propter illas causas quas supra proposuimus *harenam dicimus*, quam propter originem vocis, siquidem, ut testis est Varro, a Sabinis fasena dicitur, et sicut s familiariter in r transit, ita f in vicinam adspirationem mutatur. similiter ergo et haedos dicimus cum adspiratione, quoniam faedi dicebantur apud antiquos: item hircos, quoniam eosdem aeque fircos vocabant. nam et e contrario quam antiqui habam dicebant, nos fabam dicimus.

Cilonem quoque et cocleam et cocleare sine adspiratione scribemus, et quicquid per consuetudinem aurium ita licuerit enuntiare. non enim firmum est catholicum grammaticorum, quo censent adspirationem consonanti non esse iungendam, cum et Carthago dicatur et pulcher et Gracchus et Otho et Bocchus.

T quoque et d litterae, quae sunt inter se adfines, non nullam habent observationem, ne intempestive invicem succedant. nam scimus diversas partes orationis fieri, cum modo per d, modo per t scribimus. *at* cum t coniunctionem disiunctivam facit, *ut*

at regina gravi iam dudum saucia cura:

ad per d praepositionem, ut

ad te confugio et supplex tua numina posco.

item quit [verbum] per t scriptum verbum est tertiae personae, cuius prima est queo: at per d pronomen neutri generis. similiter quot per t adverbium numeri est, cui contrarium est quod per d, pronomen aeque generis neutri. | aliud est enim 'quod volumen' et 'quot volumina'. nam

---

Codex Parrhasii 2 sed tamen differentiam] et tam differentiam 5 dicenda 6 propter illas] per illas 7 harenam dicimus *om.* 8 fasena] fassana 9 hedos 10 foedi 11 fircos] fercos 16 gracchos et otho et bochus 20 scribimus cum 21 facit at regina 26 ad per d *eadem manu superscripta* t *littera*

---

1 et cohortes] *p. 74, 16* a coercendo *R* 2 dictae sunt: et eam differentiam quidam esse voluerunt *R* et tamen differentiam *corrector codicis Vaticani* 4 Item nonnulli — 12 dicimus *p. 81, 3* 5 videtur enuntianda: nos non tam per illas *R* 7 harenam dicimus *om. R* 8 quoniam apud antiquos fasena erat *p. 81, 11* 9 hoedos dicimus cum aspiratione, quoniam foedi dicebantur *R* 13 Cilonem] *p. 74, 13* 20 scribimus: cum t coniunctionem disiunctiuam facit At regina *R.* at *ante* cum *addidit corrector codicis Vaticani* at] *p. 62, 10* 22 at regina] *Verg. Aen. IIII 1* 24 ad te] *Verg. Aen. I 666* 25 'item quit — 28 neutri generis *Velius Longus apud Cassiodorium p. 2287* 27 pronomen et generis neutri *R*

p. 2231 P.

'quod volumen' per d debet scribi, 'quot volumina' per t, et est adverbium numeri, quod solet quosdam apud poetas confundere, ut est

quot prius aeratae steterant ad litora naves.

qui enim per d scribunt, turbant sententiam, cum pronomen accipiunt pro adverbio numeri: est enim tot nymphae, quot naves ante fuerant. non dubitatur vero quin apud per d scribi *debeat*, quia nulla praepositio t littera finitur [statim melius sonat] propter nimiam t litterae exilitatem. 'sed' vero coniunctio, quamvis lex grammaticorum per t litteram dicat, quoniam d littera nulla coniunctio terminatur, nescio quo modo tamen obrepsit auribus nostris et d litteram sonat, cum dicimus

progeniem sed enim Troiano a sanguine duci
audierat.

ubi quaerendum erat, contrane ac loquimur scribendum sit, an secundum scriptionem loquendum.

Q quoque littera facit differentiam vocum ab antiquis maxime observatam. *nam* '*cum*' quotiens pro adverbio temporis scribebant, q littera utebantur; *quotiens* pro praepositione, c ponebant. aliud est enim 'cum subito adsurgens', aliud 'cum fluctu'. et haec pronomina, cuius et cui, per q censuerunt quidam scribenda, quo magis servaretur origini fides, ut, quo modo quis inciperet a q, sic quius qui. hoc amplius, quo pinguior esset enuntiatio, o quoque inserebant et per quo quoius quoi

Codex Parrhasii 1 scribi et quot uolumina per t est aduerbium 3 aeratae steterant] aerata est et erant 6 debeat *om.* 8 dicatur 11 progeniu̇m *C*: e *superscr.* c 13 contrane adloquimur, *sed adscripto in margine eadem manu* ac 15 obseruata quotiens pro aduerbio 17 utebantur pro praepositione 18 cuius et cui] quis e qui 20 inciperet a q si quis hoc amplius 21 et per quoi quis scribebant

1 quot volumina per t est aduerbium numeri, quod solent quidam apud poetas confundere: Quot prius *R* 3 quot prius] *Verg. Aen. X 223* 5 ante fuerunt *R* 6 apud praepositio per d scribi debet *Velius Longus apud Cassiod. p. 2287* 7 statim melius sonat, *si modo incorrupta sunt verba, ex adnotatione de* apud *praepositione adscripta videntur illata esse* 8 quamvis lege grammaticorum per t litteram dicatur *R. fortasse* quamvis lex grammaticorum per t litteram dici iubeat 10 ut d litteram sonet *R* 11 progeniem] *Verg. Aen. I 19* 13 contra ne adloquimur *R*, contra ne ac loquimur *Commelinus* 15 obseruata. quotiens pro aduerbio temporis scribebant, q littera utebantur; pro praepositione *R*, observatam: cum quotiens pro adverbio *sqq. Brambachius orthogr. lat. p. 227* 17 Quum subito *R*: *Verg. Aen. I 535* 18 et haec pronomina, quis et qui per q *R*. cuius et cui pronomina per q scribebant. nos autem ad brevitatem festinavimus scribendi et illam pinguedinem limare maluimus *Papirianus apud Cassiod. p. 2295: cf. infra p. 72, 8. 77, 9* 20 ut quom quis incipiet, a q siquis quod, hoc amplius, quo pinguior esset enuntiatio, o quoque inserebant, et pro qui, quoi scribebant: nos ad breuitatem festinauimus scribendi, nullam pinguitudinem limare maluimus, tam hercule, quam quo magis quod qui genus est ἐτυμολογίας * est enim cui res *R*

p. 2231. 32 P.

scribebant. nos ad brevitatem festinavimus scribendi et illam pinguitudinem limare maluimus, tam hercule quam 'cur' magis *scribimus, quam* 'quor', quod genus est *ἐτυμολογίας*. est enim 'cui rei', quod significat 'ob quam rem': ex hoc retinuit consuetudo hodierna ut diceremus quare, quod una syllaba castigatum fit cur, quod nos contenti sumus per c scribere. et de quaestionibus quidem ad rectam scriptionem pertinentibus, quantum memoria suppeditavit, [et] in praesentia interim satis sit.

Ad ceteras igitur quaestiones transeamus, in quibus animadverto apud plerosque | confusam tractationem *ὀρθοεπείας* et *ὀρθογραφίας*, cum inter se distent. nam *in ὀρθοεπείᾳ* non quaeritur, quo modo scribendum sit, cum ad vocem legentis adlegatus sit ille qui scripsit, sed est quaestio in loquendo, ut forpices et forcipes et arcesso et accerso. *in* his enim minimum erit dinoscere, quo modo dicantur: proinde ac dixero scribes. in quibus tamen adnotabimus veteres per transmutationem syllabae forcipes dixisse. nam et Vergilius 'versantque tenaci forcipe massam': forcipes dicimus ab eo quod formum capiant, id est calidum. et in eo quod est arcesso et accerso putaverunt quidam differentiam esse, ut accerso sit voco tractum ab acciendo, arcesso summoveo ab arcendo tractum. sed erraverunt: arcesso enim pro eo quod est arceo numquam positum est. verum quod putant r litteram obstare significationi, errant: d enim non minus in r litteram transit, quam in c, cum dico et accedo et accommodo, † quam apud antiquos in arvorso, in arvorsario. unde pro audiculis ab audiendo auriculas dicimus et meridiem pro medio die loquimur. ideo ergo

---

Codex Parrhasii 1 et illam] nullam 2 tam hercule quam quo magis qui genus est *ἐτομολογῖαι* est enim cui res 5 quod una] quo una 6 quaestionibus] praepositionibus 9 *ὀρθοεπειαι* et *ὀρθογραφειαι* 10 nam *ὀρθοεπεια* non quaeritur 11 legentis] legis 12 accerso his enim 14 adnotauimus 17 quidam] quandam 20 putant a litteram 22 pro auriculis *C*: d *superscr. c* 23 ideo ergo] id ergo

---

3 est enim cui re *vel* qui re *Commelinus*. est enim cui rei *Putschius* 4 quare quo una syllaba castigatum sit *R*, *ubi* castigatum fit *edidit Commelinus* 6 et de praepositionibus quidem *R* 10 nam *ορθοεπεια* non quaerit *R*: *cf. p. 66, 12* 11 ad vocem legis *R*, ad vocis legem *R in corrigendis et editio Commelini* 12 ut forcipes et forpices. et arcesso et accerso: his enim *R*. in his enim *Semlerus* 13 scribes mihi quibus tamen adnotauimus *R* 15 versantque] *Verg. georg. IIII 175* 17 putauerunt quandam differentiam esse *R*. sed quidam differentiam esse voluerunt, ut arcesso quidem ab eo verbo esset, quod est arceo, accerso vero ab eo quod est accio *Scaurus p. 26, 5: cf. Papirian. apud Cassiod. p. 2295* 20 quod putant a litteram *R*, quod putant r litteram *Schneiderus gramm. lat. v. I p. 639* 21 *fortasse* cum dicimus et accedo et accommodo, et apud antiquos invenimus in arvorso, in arvorsario. *nam* quam, *pro quo* tamquam *scribendum esse Schneiderus coniecit, ex superioribus videtur repetitum esse* 23 id ergo *R*

p. 2232. 33 P.

nihil interest, utrum arcesso an accerso dicamus eadem significatione manente. at proprium ὀρθογραφίας est, quotiens in vocis enuntiatione nihil videmus ambiguum, at in scriptione tota haesitatio posita est, ut, cum dico Troia, per i unum an per duo scribere debeam; et coicit utrum per unum i an per duo an per tria † utcumque est non littera succedat i tacita et alterae i succedat rursus altera i manente priore, quae pro consonante posita est, et sic fiat eiiicit et coiiicit, de qua re in superioribus plenius dictum est. item cui utrum per q an per c debeat scribi, quia non nulli inventi sunt qui q litteram illo catholico tuerentur, quod in nulla voce per declinationem prima littera immutetur. ita cum sit quis, quius et qui per q litteram censent scribendum. nec *non* potest in quibusdam ὀρθογραφία cum ὀρθοεπείᾳ misceri, ut enuntiatio cum scriptione pariter titubet, ut in accusatore | *et* comisatore, ubi quaeritur geminatis consonantibus an simplicibus scribendum et enuntiandum *sit*. in quibus mihi placet ut accusator per duo c et [comisator] per unum s scribatur: nam, quo modo in eo quod est incusare, cusare nihil est, et *in eo quod est* accendere cendere per se nihil est, dicimus tamen et accendere et incendere. at in comisatore utramque consonantem simplicem ponamus: nam aut a comitate vox dicta est aut a graeco *παρὰ τὸν κῶμον*. s vero geminata vocis sonum exasperat. sic pariter et elegantiam enuntiandi et scribendi brevitatem consequimur.

Nec non et ibi ὀρθοέπεια ορθογραφίᾳ coniuncta est, ubi quaeritur faenoris an faeneris dicamus, quoniam nomen inde tractum dicimus

---

Codex Parrhasii 1 dicamus] dicant 2 ὀρθογραφειαι 3 in scriptionem totam *C*: m *utroque loco expunxit c* 4 per duos scribere 8 item cui] item qui 9 illo] illi 10 cum sit quis cuius et qui 11 nec potest 12 ὀρθογραφεία cum ὀρθοεπεία 13 et *om.* 14 sit *om.* 16 in eo quod est *posteriore loco om.* 18 utranque 21 scribendi] sequendi 22 ὀρθογραφεια 23 foenoris an foeneris dicant

---

1 accerso dicant *R* 4 Troia per i unum an per duo scribere debeamus et eicit coicit utrum per unum i an per duo an per tria: utcunque est, non e aut o litterae succedat i tacita, et altera i succedat rursus, altera manente priore, quae pro consonante posita est, et sic fiat eiiicit et coiiicit *coniecit Schmitzius stud. orthoep. (Marcoduri a. 1860) p. 11. in iustam sententiae formam hoc fere modo corrupta verba restitui poterant,* ut cum dico Troia, per unum i an per duo scribere debeam, et coicit utrum per unum i an per duo an per tria, ut cum sit con, n litterae succedat i, et iacit, a litterae succedat rursus altera i manente priore, quae pro consonante posita est, et sic fiat coiiicit 7 in superioribus] *p. 54, 16. 66, 18* 8 item qui utrum per q *R*: *cf. p. 70, 18. 77, 9* 9 quod nonnulla vice *R* 10 cum sit quis cuius et qui per q *R* 11 nec potest *R*, nec non potest *vel* sed potest *Schneiderus gramm. lat. v. I p. 393* 13 accusatore comisatore *R* 14 enuntiandum. In quibus *R* 16 et accendere *R*, et in accendere *corrector codicis Vaticani. an* ut cendere per se nihil est? 19 vox ducta est *R* 23 foenoris an foeneris dicant *R*, foenoris an foeneris dicamus *Wilmannsius de Varron. libr. gramm. p. 178. rectius erat* faenoris an faeneris dicendum sit, et per e faeneris dicamus

p. 2233 P.

faeneratorem. item facineris, non facinoris, quoniam facinerosum vocamus. sic etiam delirus placet Varroni, non delerus: non enim, ut quidam existimant, a graeco tracta vox est, *παρὰ τὸ ληρεῖν*, sed a lira, id est sulco. ita sicuti boves, cum se a recto actu operis detorserint, delirare dicuntur, sic qui a recta via vitae ad pravam declinant, per similitudinem translationis item delirare existimantur. placet etiam ut Delmatiam quoque, non Dalmatiam pronuntiemus, quoniam a Delmino, maxima *eiusdem provinciae* civitate, tractum nomen existimatur. ferias etiam, non fereas, quoniam apud antiquos fesiae, non feseae dictae sunt. item arispex ab ariga, quae est hostia, non aruspex. et quamvis commendo dicamus, tamen commando in consuetudine est.

Hinc nascuntur etiam quaestiones interdum, quae consuetudinem novam a vetere discernunt, utrum absorbui an absorpsi *dicamus*, cum ad hanc disputationem pertinere non debeat, nisi quod proprium est *ὀρθογραφίας*, utrum per b *absorbsi* an per p absorpsi scribi debeat. et placet aliis scribendam b litteram, quoniam sorbere dicamus, aliis p, quoniam quaecumque apud Graecos per Ψ scribuntur [et constat haec littera *ἐκ τοῦ πῖ καὶ σίγμα*], apud nos per p *et s* scribenda sint; idemque in similibus

---

Codex Parrhasii 1 foeneratorem 2 delirus] delis *C*: rus *superscr. c* rus delerus] delerum 3 *παρὰ τὸ ληριν* sed est latine sulco 4 actu] acto 7 maximo civitate 8 existimetur 9 ab ariuga quae esset hostia 11 commando] domando 12 quae consuetudines nouam a uetere discernantur 13 dicamus *om.* 14 *ὀρθογραφειαι* 15 absorbsi *om.* 16 scribendam] sequendam 17 *ἐκ τοῦ π καὶ σι*: apud nos per p scribendum ideoque in similibus

1 foeneratorem *R* item facineris an facinoris *coniecit Semlerus* 3 sed est latine sulco *R*, sed est latine a lira, id est sulco *Ritschelius quaest. Varron. p. 29.* delirus a lira, aratri ductu, appellatur *Charisius p. 76, 19* 4 Itaque sicuti *R* 6 placet etiam ut Delmatiam — 9 feseae dictae sunt *Velius Longus apud Cassiod. p. 2287* 7 quoniam a Delminio maxima ciuitate tractum nomen existimetur *R*, quoniam a Delmino, maxima eiusdem provinciae civitate, tractum nomen existimatur *excerpta Cassiodorii* 8 etiam] quoque *R* 9 Item arispex ab ariuga, quae esset hostia *R*. 'ariga *ut quae ad aram ageretur: sed et alii scripserunt* arugam' *Iunius.* ab ariga *scripsisse apparet Longum, qui ab eo* arispicem *dictum esse voluit.* ariuga *codex Varronis de ling. lat. V 98*, haruga *Donatus in Ter. Phorm. IIII 4, 29,* harviga *Paul. exc. Fest. p. 100, quod defendit Corssenus de enuntiat. latin. v. I p. 509.* aringa *coniecerat Scaliger coniect. in Varr. de ling. lat. p. 42* 10 tamen mando *R* 12 Hinc noscuntur etiam quaestiones interdum, quibus noua a veteribus discernantur. Vtrum absorbui, an absorpsi, cum ad hanc disputationem pertinere non debeat, nisi quod proprium est *ὀρθογραφίαι*, utrum per b an per p absorpsi scribi debeat: et aliis sequendam b litteram *R, ubi* an absorpsi vel cum *etc. et deinde* et aliis servanda b littera videtur *scripsit Wilmannsius de Varr. libr. gramm. p. 177* 17 et constant hac littera *π ϱ σ*, apud nos per p scribendum. Ideoque in similibus seruandum, ut in eo quod est urbs, et nupsi, et plebs *R*. et constat haec littera *ἐκ τοῦ πῖ καὶ σίγμα ex superiore disputatione p. 61, 8, ut videtur, repetita seclusi. aliena ab hoc loco esse verba adnotaverat Semlerus* 18 idemque in similibus *corrector codicis Vaticani*

p. 2233. 34 P.

servandum, ut in eo quod est urps et nupsi et pleps ac ceteris. mihi vero placet ut in latino sermone antiquitatis religio | servetur, ut potius sorbui [ut] secundum auctoritatem eruditissimorum et eloquentium virorum dicamus, quam sorpsi, cum recens haec declinatio a sordidi sermonis viris coeperit. item terui et trivi non adscribo huic disputationi, sed consuetudinis novae et veteris adnotationi. nam et Vergilius secutus antiquos, cum posset dicere teruisse non impediente metro, maluit dicere

nec te paeniteat calamo trivisse labellum

et 'hinc radios trivere rotis'.

Hinc nascuntur etiam diversarum significationum quaestiones, actarios an actuarios et dicere et scribere debeamus, cum actuarios generaliter quidem ab actu appellemus, actarios vero scriptores actorum. nec non et eum qui actum agit actuarium vocari voluerunt: item alium esse cilonem, alium chilonem, et cilones vocari homines angusti capitis et *ob*longi, chilones vero improbioribus labris homines a graeco *παρὰ τὰ χείλη*. talis quaestio est *et* circa cohortes et coortes, ubi diversam voluerunt significationem esse grammatici, ut coortes sint villarum, unde homines cooriantur pariter (oriri enim apud antiquos surgere frequenter significabat, ut apparet ex eo quod dicitur 'oriens consul magistrum populi dicat', quod est surgens): at cohortes militum a mutua cohortatione. nam chortes audimus quidem vulgo, sed barbare dici. de superiore differentia mihi aliud videtur (cum superius de adspiratione loquerer, ostendi id quoque,

---

Codex Parrhasii 1 urbs et nupsi et plebs 4 declinatio aut sordidi sermonis uiris coeperint 5 sed consuetudini sed nouae et ueteri adnotationi 7 possit 8 poeniteat 11 generaliter] canes 14 et oblongi] et longi 15 inprobioribus] in proprioribus 16 est circa 19 apparet in eo 20 chortes] cohortes 22 de adspirationem, *sed* de *prima manu deleto*

---

3 sorbui secundum auctoritatem *R* 4 haec declinatio sordidi sermonis virus ceperit *R* 5 sed consuetudini, sed nouae et ueteri adnotationi *R* 7 cum possit dicere *R* 8 nec te] *Verg. bucol. 2, 34* 9 hinc] *Verg. georg. II 444* 10 actarios an actuarios — 15 *χείλη Velius Longus apud Cassiod. p. 2287* 11 cum actuarios canes quidem *R*. actuarii nominantur diversis actibus generaliter occupati *excerpta Cassiodorii* 13 item alium esse cilonem — 75, 5 possent *p. 68, 14* 14 item aliud est esse cilonem, aliud chilonem. cilones vocantur homines angusti capitis et longi, et adspirationem non habet. chilones vero cum adspiratione scripti a brevioribus labiis homines vocitantur *excerpta Cassiodorii*. cilones dicuntur quorum capita oblonga et compressa sunt, chilones autem cum adspiratione ex graeco a labris improbioribus, quae illi vocant *χείλη Charisius p. 102, 1*. cilones quorum capita oblonga *Placidi glossae p. 25, 5 ed. Deuerling* 16 talis quaestio est circa *R* 19 apparet in eo *R* 20 nam cortes audimus *R* 21 *fortasse* sed barbare dicitur mihi aliud videtur, quod cum superius de aspiratione loquerer, ostendi. Id quoque illum sibi locum fecisse *R. haec quae ex superiore disputatione de adspiratione p. 68, 14 sqq. a grammatico repetita, sed non satis apte hoc loco interposita sunt, vel post* 15 *παρὰ τὰ χείλη vel post* 75, 6 *φῦλα δὲ φύλοις videntur transponenda esse*

p. 2234. 35 P.

illam sibi locum fecisse, cum alioquin non desideraretur, ut in vehemente et in reprehenso, cum vemens et reprensus sine adspiratione emendatius dicatur): nam tam militum quam rusticorum cohortes sunt, siquidem et milites e rusticis et ex eiusdem regionis hominibus conscribebantur, ut et agnoscere et tueri invicem possent. quod genus utilitatis etiam apud Homerum est, qui ait

ὣς φρήτρη φρήτρηφιν ἀρήγῃ, φῦλα δὲ φύλοις.

Sane aspergo et aspargo habent differentiam suam, siquidem aspergo verbum *est*, aspargo nomen. itaque et Vergilius | ait 'salsa spumant aspargine cautes'.

Aquam quoque per q scribentes nomen ostendimus [et trisyllabum], per c vero verbum ab eo quod est acuo [et acuere], utinam acuam.

Aurifex melius per i sonat, quam per u. at aucupare et aucupium mihi rursus melius videtur sonare per u quam per i; et idem tamen aucipis malo quam aucupis, quia scio sermonem et decori servire et aurium voluptati. unde fit ut saepe aliud scribamus, aliud enuntiemus, sicut supra locutus sum de viro ⌈vero⌉ et virtute, ubi i scribitur et paene u enuntiatur. unde Ti. Claudius novam quandam litteram excogitavit similem ei notae quam pro adspiratione Graeci ponunt, per quam scriberentur eae voces quae neque secundum exilitatem *i* litterae neque secundum pin-

Codex Parrhasii 1 illam] illum 2 vemens et reprensus] uehemens et reprehensus tius emendamus tur dicamus *C*: tius *et* tur *superscr. c* 5 possint genus etiam utilitatis apud 6 φρήτρη — φύλοις *add. c, cum prima manu solum* ὡς *scriptum esset* 8 est *om.* et] ut 10 per q̄ ū ā m scribentes 11 utinam] antinam 12 per u ut aucupare et aucipium 18 scriberentur eas uoces 19 exilitatem litterae pinguitudinem litterae sonant

1 illam sibi locum fecisse *corrector codicis Vaticani* 2 cum vehemens et reprehensus *R* 5 possint, quod genus etiam utilitatis apud Homerum est *R* 6 ὡς φρήτρη] *Hom. Il. B 363* 7 aspergo verbum, et aspargo nomen. Itaque ut Virgilius ait *R* 8 salsa] *Verg. Aen. III 534* 10 Aquam quoque per q .a.q.u.a.m. scribentes *R* 'lege disyllabum, *aut hoc modo* ostendimus: at trisyllabum per c verbum' *Commelinus. poterat transpositis verbis scribi* nomen ostendimus, per c vero verbum ab eo quod est acuo acuis, et est trisyllabum, utinam acuam. *probabilius tamen visum est* et trisyllabum *et deinde* et acuere *ex margine illata esse. nam* aquam *etiam trisyllabe dici vix poterat hoc loco Longus commemorare* 12 ut aucupare et aucupium *R*, at aucupare et aucupium *Iunius. cf. p. 67, 3* 16 locutus sum. De viro vero et virtute *R*, locutus sum de viro et virtute *Taylorus in marmor Sandvicense (Cantabrigiae a. 1743) p. 47, quem secutus est Schneiderus gramm. lat. v. I p. 22: cf. p. 54, 13* 18 eae voces *R et codex Vrsini* 19 quae neque secundum exilitatem litterae neque secundum pinguitudinem litterae sonant *R*, quae neque secundum exilitatem litterae i neque secundum pinguitudinem litterae u sonant *Taylorus et Schneiderus, item Seyfertus gramm. lat. v. I p. 100.* quae neque secundum exilitatem I litterae neque secundum pinguitudinem V litterae sonarent, ut in eo quod est bibit pudet, neque rursus secundum latum litterae sonum enuntiarentur, ut in eo quod est lugere scribere *coniecit Büchelerus de Ti. Claudio Caesare grammatico (Bonnae a. 1856) p. 17*

p. 2235 P.

guitudinem *u* litterae sonarent, ut in viro et virtute, neque rursus secundum † latum litterae sonum enuntiarentur, ut in eo quod est legere scribere. itaque audimus quosdam plena oi syllaba dicere quoi et hoic pro cui et huic, quod multo vitiosius est, quam si tenuitatem y litterae custodirent. est autem ubi pinguitudo u litterae decentius servatur, ut in eo quod est volumus nolumus possumus. at in contimaci melius puto i servari: venit enim a contemnendo, tametsi Nisus et contumacem per u putat posse dici a tumore.

Comprimo quoque per i malo scribi, quamvis compressus dicatur; et e contrario decem audacius dixerim, quamvis inde decies trahatur, quoniam, ut supra dixi, sono usitatiore gaudet auditus.

Niso etiam placet ut benificus per i scribatur, quo modo malificus, quod video consuetudinem repudiasse. non enim, si hae duae litterae, e et i, per ius adfinitatis recipiunt immutationem, ideo necesse est illas uti-

---

Codex Parrhasii 3 plena omni syllaba dicere quoec tooeos pro qui et tibi quod multo 6 quod est nolumus uolumus possumus at in contumacie melius 7 et contumaci $\overline{\text{T}}$ per u 9 et a contrario 12 malificus] maleficus 13 video] uide 14 utique] ubique

---

2 latum litterae sonum, *si verum est, grammaticus hoc loco dixit productam litterae* i *vel* u *enuntiationem.* latius *enuntiari* i *litteram interiectam vocalibus dixerat supra p. 55, 7. an* secundum naturalem i litterae sonum? *quo modo de eadem littera disputans locutus est Priscianus partit. duod. vers. Aen. p. 465, 17,* video videbam videbo: quia in his temporibus vi corripitur, mutavit sonum in y, in praeterito autem perfecto et in aliis, in quibus producitur, naturalem servavit sonum, ut vidi videram vidissem videro. *Longus quid voluerit, corruptis exemplis quae adscripserat dici vix potest. videtur autem post* u *et* i *litteram significatio graecae litterae* y *desiderari, quae in hunc modum restitui poterat,* neque rursus secundum graecae y litterae sonum enuntiarentur, ut in eo quod est gula (*vel* Ligures) et scripulus: *cf. Mar. Vict. p. 20, 1.* gula *legitur apud Charisium p. 103, 28,* scriptulum *vel* scripulum *ib. p. 105, 5* legere scribere *tuetur Brambachius orthogr. lat. p. 125 medium inter* e *et* i *sonum significari existimans.* legere *eodem modo defenderat Seyfertus,* dicere scribere *coniecit Schneiderus* 3 Itaque audimus quosdam plena omni syllaba quoi et tibei pro cui et tibi, quod multo vitiosius est, quam si tenuitatem i litterae custodirent *R, ubi* omnino *pro* omni *scribendum coniecit Semlerus.* quoi et hoic *scripsi, ut emendata lectio exhiberetur, quamvis ea non satis certam fidem a corrupta codicis scriptura habeat.* u autem, quamvis contractum, eundem tamen, hoc est y, sonum habet inter q et e vel i vel ae diphthongum positum, ut que quis quae *Priscianus l. I p. 7, 19.* cui *et* huic *composuit idem l. VII p. 303, 14,* hoic *pro* huic *dictum adnotavit Marius Victorinus p. 12, 2* 6 at in contumaci melius *R et codex Vrsini. fortasse* at in contimacia melius *et deinde* et contumaciam per u 7 et contumaci per u putat *R* 12 ut beneficus per i scribatur, quomodo maleficus, quod vides consuetudinem repudiasse *R* quomodo et maleficus *coniecit Semlerus* 13 e et i prius affinitatis *R* 14 illas ubique semper immutari. Item antiquos ait per e et i scribendum, quod significat antiquei, quod mihi frigidum *R.* '*malim* item antiquei *et mox pro* antiquei, antiquos' *Commelinus.*

p. 2235. 36 P.

que semper immutari. item antiquos ait per e et i scribendum, quoniam significet ante. quod mihi frigidum et ineptum videtur, et multo frigidius illud, quod 'illi' quoque apud illum in utraque syllaba per e et i scribuntur, quod vitiosum est. in superiore enim nomine est saltem aliqua mentio e litterae *in ἐτυμολογίᾳ*, hic nulla.

Sane basim et pelvim per i | scribamus, quoniam et basicula et pelvicula scribitur, et ablativo casu i finiuntur, ab hac basi et ab hac pelvi.

Alimenta quoque per i elegantius scribemus, quam alumenta per u.

Quasdam vero scriptiones antiquis relinquamus, ut in eo quod est eur. illi enim per quor scribebant, ut supra dixi: nam et ipsum cui per quoi, quo pinguius sonaret, *scribebant. nos* contenti sumus per cur scribere, ut plenitudine quoque sufficiat: nam est 'cui rei'. mium et commircium quoque per i antiquis relinquamus, apud quos aeque et Mircurius per i dicebatur, quod mirandarum rerum esset inventor, ut Varro dicit. nostris iam auribus placet per e, ut et Mercurius et commercia dicantur. item miis per i, non meis per e, ut Terentius Ha. 1. 699

at enim istoc nihil est magis, Syre, miis nuptiis adversum.

Coniunx et seiunx sine n [non] putat Nisus esse scribendum, quoniam genetivo casu faciant coniugis et seiugis. mihi videtur non evellen-

---

Codex Parrhasii 1 quoniam significat antiqui quod 3 per e et i scribantur quod sit uisum in superiore 5 e litterae *ετὸμλογια* hic nulla 6 basim] v̄ ausim basicula] uasicula 7 scribitur] scribatur casui finiantur ab hac uasi 11 sonaret contenti sumus per qur scribere ut plenitudine quo sufficiat nam quae nimium et commercium 13 mercirius per i dicebantur 14 ut Varro] et uarro 15 auribus sed per e et ut mercurius 17 magis *om. C, in marg. add. c*

---

1 *fortasse* quoniam significet eos qui ante fuerunt 3 illei quoque *R* per e et i scribantur, quod sit visum: in superiore enim nomine est saltem aliqua mentio e litterae, etymologia nulla sane. basim *R* 4 quod vitiosum est] *an potius* quod facit risum? 6 basim *et deinde* basicula *et* basi *ex principe editione recepi, quamquam haud scio an potius* tussim tussicula tussi *scripserit Longus* peluicula scribatur, et ablatiuo casu finiantur *R* 10 supra dixi] *p. 71, 2* 11 quo pinguius sonaret, contenti sumus per cui scribere, ut plenitudine quoi sufficiat. Namque nimium et commercium *R* 12 nam est cui rei *scripsi coll. p. 71, 3* est enim 'cui rei', quod significat 'ob quam rem'. mium *restituit Commelinus*, commircium *et deinde* Mircurius *Iunius* 13 Mercirius per i dicebatur, quod mirandarum esset rerum inuentor. et Varro dicit nostris iam auribus scilicet per e, et ut Mercurius *R* 14 ut Varro dicit: nostris iam auribus secus placet, scilicet per e, ut et Mercurius et commercia dicantur *Ritschelius quaest. Varr. p. 29* 16 Terentius] *heaut. tim. IIII 3, 21* 18 Coniunx — 78, 3 plenior veniat *Velius Longus apud Cassiod. p. 2287* sine n putat *R in corrigendis et editio Commelini* 19 faciat *R* mihi autem videtur non evellendam exinde hanc litteram, qua sonus enuntiationis exprimitur. nam quamvis asserat non esse onerandam supervacuis litteris dictionem, ego tamen non fraudandum sonum existimo suis litteris, quibus integer et plenus auribus intimatur *excerpta Cassiodorii*

p. 2236. 37 P.

dam hanc n litteram, quam sonus enuntiationis insistit. nam quamvis idem *dicat* non esse onerandam supervacuis litteris scriptionem, rursus non fraudandum sonum existimo, cum et levior ad aures et plenior veniat, ut in abstinente *s* arcessitum est et in ambitu b. sit ergo licet coniugis genetivo casu et seiugis, coniux tamen et seiux subtracta n littera et difficilius enuntiabitur et asperius auribus accidet. sane illo catholico se Nisus tuetur, quo dicit in declinationibus *numquam n* litteram perire, quae sit in primis positionibus, ut pudens pudentis, prudens prudentis, decens decentis. ita si coniux habet n litteram, necessarium, inquit, erit ut genetivus quoque n litteram habeat. etsi id quoque ipse spectare debuit, numquid amphiboliae tollendae gratia consuetudo n litteram omiserit, *ne sit* ambiguum, utrum ab eo quod est coniunx trahatur, ut *sit* a nomine, an a verbo quod est coniungo. non esse item illud verum, quod quidam putant, servandam esse utique n litteram a prima positione per ceteras declinationes, manifestum est vel ex his, quod fingor dicimus et tamen fictus et pingor et tamen pictus. nec non et ipsa n littera in locum | m *litterae* succedit, ut cum dicimus clandestinum, cum ab eo trahatur quod est clam, item sinciput, quod est semicaput. sed non ubique obtinendum. nam et non numquam plenius per n quam per m enuntiatur, ut cum dico 'etiam nunc', quamvis per m scribam, nescio quo modo tamen exprimere non possum. sequenda est vero non numquam elegantia eruditorum virorum,

Codex Parrhasii 2 dicat *om.* 3 ueniatur in abstinente arcessitum est ut in ambitum b si erga licet 7 numquam n *om.* 9 necessariam inquit erit et genitiuus quoque n litteram habeat ut sit quod ipsam spectare debuit nam quid amphilogiae (*corr. in marg.* amphiboliae *c*) tollendae gratiae consuetudo n litteram omiserint ambiguum 12 ut a nomine 14 utique] utrique 16 et tamen pinguor et tamen pictus *C*: tamen *priore loco expunxit c* in locum m redit 18 obtinendam 19 ut cum] ac tum 21 possum] possunt elegantiam

1 quam] qua *R* Nam quamuis idem ait non esse onerandam *R*: *cf. p. 55, 3* negant onerandam pluribus litteris scriptionem 2 non fraudandum sonum existimo suis litteris *Schmitzius stud. orthoep. p. 12 ex Cassiodorii excerptis* 3 ut in abstinente arcessitum est, ut in ambitum B. si ergo licet coniugis genitiuo casui *R*. in abstinens s arcessitum *vel* in abstinente arcessitum est s *Commelinus* 7 in declinationibus litteram perire *R*, in declinationibus litteram non perire *Iunius* 8 decens decentis *om. R* 9 Ita si coniunx habet n litteram, necessarium inquit erit, et genitiuus quoque n litteram habeat, ut sit quo ipsa spectare debuit: nam quod amphiboliae tollendae gratia consuetudo n litteram omiserit, ambiguum: verum ab eo quod est coniunx trahatur ut a nomine an a verbo, quod est coniungo, non esse. Item illud verum, quod quidam putant seruandam esse utrique n litteram *R*, *ubi* ambiguum utrum ab *scribendum esse monuit Commelinus* 14 utique *scribendum esse vidit Semlerus* 16 pingor] pinguor *R*, pingor *Commelinus* in locum m redit *R* 19 enuntiatur ac tum dico etiam nunc *R*, *ubi* cum dico etiam nunc *vel* etiamnum *legendum adnotavit Commelinus* 20 non possint *R*, non possim *Commelinus* 21 sequenda est nonnunquam elegantia eruditorum, quod quasdam *R*

p: 2237 P:

qui quasdam litteras lenitatis causa omiserunt, sicut Cicero, qui foresia et Megalesia et hortesia sine n littera libenter dicebat et, ut verbis ipsius utamur, 'posmeridianas quoque quadrigas' inquit 'libentius dixerim quam postmeridianas'. sic et dossum per duo s quam per r dorsum quidam ut lenius enuntiaverunt. ac tota r littera sublata est in eo quod est rusum et retrosum.

Cocum non nulli in utraque syllaba per q scribunt, non nulli et inserta *u:* in verbo etiam quoquere per quo. Nisus censet ubique c litteram ponendam tam in nomine quam in verbo, quod mihi nimium videtur exile. nam sicut non est prima syllaba oneranda, sic sequens videtur explenda. eo decentius apud Vergilium legitur 'et † caeteram coquit improbus hastam', secunda syllaba per q scripta, quam ut utraque per c *scripta* enuntietur k. locutionem quoque Antonius Rufus per q dicit esse scribendam, quod sit ab eo quod est loqui; item periculum et ferculum. quae nomina contenta esse c littera existimo, tam hercule quam illos vitiose et dicere et scribere, *qui potius* per quo quotidie dicunt, quam per co cotidie, cum et dicatur melius et scribatur. non enim est a quoto die quotidie dictum, sed a continenti die cotidie tractum.

Nimiae rursus elegantiae sectatores non arbitror imitandos, tametsi Nisus auctor est ut comese et consuese per unum s scribamus et dicit rationem, quia iuxta productam vocalem *geminata* consonans progredi non

---

Codex Parrhasii 1 leuitatis 5 lenius] leuius 8 inserta in uerbo etiam quoquere per quoquere nesuscëns et et ubique 12 per c enuntietur k loqutionem 15 existumo 16 illos] illo qui potius *om.* 17 non enim est a quotidie quotidie dictum 19 nimium tamen si 20 comesę et esÿesę per unum s 21 geminata *om.*

---

1 lenitatis *corrector codicis Vaticani*, leuitatis *R* 3 posmeridianas] *Cic. orat. 47, 137.* foresia *et* Megalesia *et* hortesia *ubi Cicero dixerit non constat* 5 lenius] leuius *R* sublata est in eo rusum *R* 8 in verbo etiam coquere pro quoquere Nisus censet, et ubique c litteram *R* 11 et decentius *Semlerus* et certam quatit improbus hastam *R, ubi lacunam post* hastam *indicavit Semlerus. corruptam codicis lectionem, ad quam id quod sequitur,* secunda syllaba per q scripta, *pertinet, retinui, quamquam Longum* coquit, *non* quatit, *apud Vergilium legisse parum probabile est. sed duo versus georg. II 523* mitis in apricis coquitur vindemia saxis, *quo exemplo Papirianus apud Cassiod. p. 2295 usus est, et Aen. XI 767* et certam quatit improbus hastam, *qui de verbo* quatere (*nam illud quoque in hac quaestione a grammaticis adhibitum est: cf. Mar. Vict. p. 13, 21*) *adscribi poterat, neglegentia librariorum videntur confusi esse* 12 per c enuntietur k *R*, per c enuntietur (*omisso* k) *Semlerus* 15 quam illa vitiose et dicere et scribere: Per quo quotidie dicunt *R* 16 quotidie] *Papirianus apud Cassiod. p. 2290* 17 non enim est quotidie a quoto dictum *R* 19 Nimium rursus *R* 20 Nisus auctor est, comesae et esuesae per unum s *R.* comese et suese *Pierius Valerianus in Verg. Aen. VIII 184 et Commelinus,* comese et asuese *Seyfertus gramm. lat. § 132 p. 90* 21 iuxta productam vocalem consonans progredi non soleat *R, quod ita defendi poterat, ut post productam vocalem*

p. 2237. 38 P.

soleat, et quoniam antiqui non geminaverint *consonantes,* sed loco geminationis notam superposuerint. in quibus error eius manifeste deprehenditur. nam geminari consonantes productis vocalibus iunctas usus ostendit, in quo dicimus etiam errasse saltasse abisse | calcasse. quis autem nescit malum una l littera scriptam multum distare a Mallo eodem elemento geminato? illud vero argumentum quod dicit, notam solitam superponi, ostendit in enuntiatione solere geminari. et quid iam interest, utrum notam an litteram ponas, cum alterutram tibi necessitas exprimat? sane in eo quod est narrare observatum est ut unum r scriberemus, quoniam venit a gnaro, cui est contrarium ignarus. rursus quia pullum per duo l scribimus, observaverunt quidam ut paullum repetito eodem elemento scriberent. quod mihi non videtur, quoniam enuntiari nullo modo potest, et non est necesse id scribere, quod in verbo non sonet. hic autem mihi a longitudine syllabae antecedentis huic litterae obstatur. est enim quam Graeci dicunt *δίφθογγος*, iuxta quam omnino geminari consonans non potest.

Non nulli circa synaliphas quoque observandam talem scriptionem existimaverunt, sicut Verrius Flaccus, ut, ubicumque prima vox m littera finiretur, sequens a vocali inciperet, m non tota, sed pars illius prior tantum scriberetur, ut appareret exprimi non debere. est etiam ubi vocales

cf Klotz, Fr. Stoll-weither (1950) 99 ff

Codex Parrhasii 1 consonantes *om.* 2 superposuerunt 3 geminare s 4 errasse baltasse abiesse calcasse *littera* s *prima manu superscripta* 5 una] unam 6 illud uero argumento quo dici 11 repetito] repetitio 15 geminari] geminaturi *litteris* tu *subducta lineola notatis, ut esset* geminari 17 Nonnulli synaliphas quoque circa obseruandam qualem scriptionem 19 m non totam sed 20 ut apparet

---

in eadem syllaba s *consonantem procedere non solere in enuntiatione diceretur, sicut de* lusu *et* plausu *praecepit Scaurus p. 21, 17. scripsi tamen* geminata consonans *propter ea quae sequuntur* 80, 3 geminari consonantes productis vocalibus iunctas usus ostendit *et* 80, 15 iuxta quam omnino geminari consonans non potest. *de geminatione* s *litterae dictum est p. 72, 14*

1 non geminauerint s sed loco geminationis *R* 3 nam geminare consonantes *R* 4 errasse saltasse abiesse calcasse. Quis enim nescit malum una l littera scriptum distare a malo *R*, *ubi* abiecisse *pro* abiesse *dedit Putschius,* a mallo *edidit Commelinus* 5 a mallo *si verum est, ad urbem Ciliciae videtur referendum esse. pro graeco nomine μαλλός vel pro verbo* malo *dictum esse putavit Schneiderus gramm. lat. v. I p. 392, de pomo interpretatus est Brambachius orthogr. lat. p. 261* 6 illud uero argumentum quo dicit *corrector codicis Vaticani,* illo uero argumento quo dicit *R* 8 alterutrum *R* 9 narrare] *Papirian. apud Cassiod. p. 2290* 11 observaverunt quidam] *Scaurus p. 20, 15* 13 hic autem in longitudine syllabae antecedentis huic litterae obstatur *R. fortasse* hic autem etiam longitudo syllabae antecedentis huic litterae obstat 17 Nonnulli synaloephas quoque obseruandas circa talem scriptionem existimauerunt *R* 20 ut appareat *R*

p. 2238 P.

subducebantur, si id aut decor compositionis aut metri necessitas exigebat, ut 'adeo in teneris consuescere multum est'.

De adspiratione, nisi fallor, aliquid iam locuti sumus. repetendum tamen existimavi sermonem propter eos qui Hymnidem hyacinthum et hymenaeum varie scripserunt. alii enim praeponendam adspirationem putaverunt, alii tamquam non necessariam omiserunt, quoniam scilicet in communi lingua Graecorum numquam non adspirationem in se habet y littera, quotiens inchoat voces. nam quod ad latina pertinet, in quibus late aliquid ambigitur, antiquorum consuetudo respicienda est, quibus moris fuit pro hac adspiratione litteram dicere f. itaque harenam iustius quis dixerit, quoniam apud antiquos fasena erat, et hordeum, quia fordeum, et, sicut supra diximus, hircos, quoniam firci erant, et haedos, quoniam faedi.

Codex Parrhasii 1 exigat 6 tanquam necessariam *C corr.* tanquam non necessariam *c* 8 vices: *littera* o *prima manu superscripta* 9 antiqua consuetudine respicienda 11 fordeum] fordeam 12 haedos quoniam foedi.| Veli Longi de orthographia | Liber expl. foeliciter

1 exigat *R* 2 ade' in teneris assuescere multum'st *Commelinus*: *Verg. georg. II 272* 3 locuti sumus] *p. 68, 14* 7 u littera *R* 9 antiqua consuetudo *R et codex Vrsini* 12 et hoedi, quoniam Foedi *R*

CAPRI ET AGROECII

DE ORTHOGRAPHIA

LIBRI

In duobus libris Capri de orthographia et de dubiis verbis et in libro Agroecii, qui vulgo una cum illis in codicibus scriptus est, quattuor usus sum codicibus nono vel decimo saeculo scriptis, Montepessulano H 306 et Bernensibus 330. 338. 432.

Codex Montepessulanus 306 olim Buherii saec. IX duos Capri libros nulla subscriptione vel praescriptione interposita distinctos et post hos Agroecii librum continet f. 15—27, *incipit horthografia Capri Haec uia — recte. epistula Agroecii ad Eucherium episcopum Domino — precibus expl.* cf. catalogue général des manuscrits des bibliothèques publiques des départements v. I p. 409.

Codex Bernensis 330 saec. X, cuius supra, cum de Scauro dicerem, mentio facta est, post orthographiam Cassiodorii et Albini habet Capri libros additis in fine paucis, quae Putschius Capro continuavit, f. 25—38*, *incipit ortografia Capri Haec uia — stillarum. item de uerbis dubiis In singularibus — recte. metor metaris — paruulorum explicit. hecho. imitatio uocis.* deinde post Scauri orthographiam pars libri Agroecii scripta est, sed pluribus locis mutata f. 43*—44*, *item ortografia Agroetii Domino* — p. 2269 *ueneunt si uenduntur Dilectum a diligendo Delectum ab eligendo Delictum a peccando.*

Codex Bernensis 338 olim Bongarsii 'ex libris Petri Danielis Aurelii 1564', saeculo nono vel decimo scriptus est. post orthographiam Albini legitur prior Capri liber et liber Agroecii in fine mutilatus f. 11 sqq., *incipit ortografia Capri Haec uia — stillarum. explicit. incip. ars Agroecii rethoris de ortographia feliciter Domino* — p. 2273 *scribendum est in compositione.* alter Capri liber in una scheda postea inserta scriptus est, *item Caper de verbis dubiis In singularibus — recte.* cf. Hagen catal. cod. Bern. p. 334.

Codex Bernensis 432 saec. IX vel X post artem Consentii habet orthographiam Agroecii f. 30*—35*, *incip. ars Agroecii de ortografia Domino — precibus.* cf. gramm. lat. v. V p. 329, Hagen anecd. Helvet. p. XLIII, catal. cod. Bern. p. 378.

Excerpta utriusque grammatici leguntur in codice Montepessulano H 160 decimo saeculo scripto, qui olim Buherii fuit, f. 1—3* *incipit libri Capri de ortografia seu et de verbis dubiis Haec uia quo ducit dicemus non ubi Cato descendit dicemus non discendit et interrogemus quo qua hora solet ire foras et esse foris. Ad gramaticum uado Apud medicum disco — Uir ducit mulier nubet.* cf. catalog. génér. des man. p. 340. pleraque ex minore Capri libro petita, sed multa etiam ex maiore et ex libro Agroecii addita, omnia autem ordine litterarum disposita sunt. haec dixi excerpta Montepessulana et pauca, quae praeter ceterorum librorum scripturam videbantur memoria digna esse, ex iis adscripsi.

Praeter hos codices veteres eorundem librorum codices superesse novi hos. Agroecii orthographia et duo libri Capri in codice Neapolitano IV A 34 saec. XI vel XII scripti sunt teste Iannellio catal. bibl. lat. mus. Borbon. p. 27. prior Capri liber cum Agroecio in codice Sangallensi 249 saec. IX, cuius in Scauro mentionem feci, post orthographiam Bedae legitur, *incipit ars Capri de ortographia amen Haec — stellarum explicit ars Capri incipit prologus Egroecii Domino — precibus. finit ars Agroecii de ortographia:* item in codice Reginensi 2078 s. XI, *incipit ars Capri de orthographia Haec — stillarum expl. ars Capri de ortografia incipit ars Agroetii Domino — supplicia de tormentis dicemus:* et cum parte libri Agroecii in Parisino 7491 saec. X f. 85—88, *incipit ars Capri de ortographia Haec — stellarum. explicit ars Capri incipit prologus Agroecii Domino* — p. 2267 *positiuum habet multi superlatiuum plurimi.* excerpta Agroecii, quae in codice Bernensi 330 scripta esse dixi, inter alia excerpta orthographica leguntur etiam in codice Sangermanensi 1180 s. IX f. 35—36, *Item orthographia Agretius libellum capri de ortographia misisti mihi — delictum a peccando.* ex libris quinto decimo saeculo scriptis Capri librum de orthographia inveni in codice Parisino suppl. 294, cum Agroecio in codice Reginensi 1818 et in codicibus Vaticanis 1491 et 1492, solum Agroecii librum in codice Vrbinate 308 et Leidensi bibl. publ. 156.

Lectiones autem codicum quos ad editionem adhibui vel accuratius examinavi ita inter se dissentiunt, ut veterem et incorruptam horum librorum vel excerptorum formam in nullo servatam, sed studio grammaticorum et usu scholarum in omnibus mutatam esse appareat. sed quoniam in tanta scripturae diversitate unius codicis recensio sequenda erat, ne diversorum librorum lectiones miscerentur, dubitari non potuit quin reliquis praeferretur Montepessulanus. nam quamquam in hoc quoque multa, quae rectius scripta leguntur in Bernensibus, mutata vel omissa, quaedam etiam quae ab illis absunt postea addita sunt, tamen pleraque rectius scripta exhibet quam illi. itaque huius libri recensionem (*M*), quantum fieri poterat, exhibui eamque, ubi manifesto corrupta erat, ex Bernensibus

codicibus correxi vel supplevi. ex his autem in Capro primum locum tenet codex 330 (*B*), in Agroecio codex 432 (*B*), secundum in utroque grammatico codex 338 (*C*). et in Capri quidem libris cum Bernensis codex 330 maxime diversam a Montepessulano recensionem exhibeat, alter Bernensis medium quendam inter utrumque locum tenet. sed idem postea ab alio homine ita correctus est, ut plerumque deleta priore scriptura lectiones alterius recensionis substituerentur. in his igitur locis cum utraque scriptura adnotanda esset, modo simpliciter quid correctum esset in priore scriptura indicavi, modo, si ita commodum esse videbatur, addita *c* littera ea quae correctori debentur a prima scriptura distinxi. omnia tamen quae correcta esse in codice indicavi uni et antiquo correctori videntur tribuenda esse. ceterum haec manu scriptorum librorum condicio quam dixi effecit necessario ut magna et saepe molesta variarum lectionum copia editio instrueretur, quoniam non solum librariorum errores indicandi, sed etiam diversarum recensionum lectiones et posteriorum grammaticorum mutationes proponendae erant. ac ne leviores quidem discrepantiae sine damno praeteriri poterant. similem rationem in Agroecii libro secutus sum, quamquam is per se eandem diligentiam non requirebat. codices autem quibus usus sum ipse cum Putschii editione olim contuleram. in Montepessulano praeterea schedas Duebneri, qui eum codicem in usum Lindemanni excusserat, habebam. quare in hoc quidem nihil a me omissum esse puto. in Bernensi 330 quoque excutiendo meam operam liberaliter supplevit Hermannus Hagenus.

Editorum exemplarium, in quibus hi libri adhuc valde corrupti ferebantur, raro rationem habui. primum autem Nicolaus Ienson Capri librum de orthographia et librum Agroecii una cum Diomede et aliis grammaticis edidit Venetiis circa annum 1476. in qua editione hi libri ex codice aliquo eius recensionis quam nobis Montepessulanus repraesentat expressi sunt; sed vel vitio codicis vel neglegentia editoris plurimis locis lectio corrupta est. deinde iidem libri non mutata lectione cum reliquis grammaticis, quibuscum in principe editione coniuncti erant, saepius repetiti sunt. postea Putschius ex libris Bongarsii, ut ait, hoc est Bernensibus, qui tum Bongarsii erant, novam recensionem paravit. secutus autem est in Capro Bernensem codicem 330, ex quo libellum de dubiis verbis primum edidit, in Agroecio Bernensem 432; sed ex tertio quoque libro 338 quaedam recepit. his igitur libris adhibitis multa quae in antiquioribus editionibus corrupta erant emendavit, plura tamen emendanda reliquit, quaedam vero etiam quae olim rectius edita erant corrupit. nunc lectionibus codicum Bernensium, quibus Putschius usus est, propositis plerumque opus non fuit editi exemplaris lectionem indicare. non nullis tamen locis utile esse videbatur scire quid

olim editum esset. in his igitur Putschii editionem littera *p*, antiquiores littera ꝑ significavi.

Flavii Capri duo scimus opera fuisse, de latinitate et de dubiis generibus vel dubii sermonis, ex quibus ii qui postea de grammatica arte scripserunt, in primis Iulius Romanus, cuius excerpta Charisius dedit, et Priscianus, plurima receperunt. utrumque opus Pompeius de declinatione v. *fames* disputans commemoravit p. 175, 30 *habes hoc in Capro de lingua latina, non de dubiis generibus.* libros de latinitate bis appellavit Iulius Romanus apud Charisium p. 194, 31 *alias — ubi Fl. Caper de latinitate 'non ausim adfirmare pro aliter dici'* et p. 207, 31 *novissime — ubi Fl. Caper de latinitate 'miror' inquit 'id dixisse Tironem';* libros de dubiis generibus commemoravit Priscianus l. VI p. 212, 14 *inveniuntur tamen quidam veterum etiam haec allex feminino genere protulisse, quod Caper ostendit de dubiis generibus* et una cum Probo l. V p. 171, 14 *supra dictorum tamen nominum usus et apud Caprum et apud Probum de dubiis generibus invenis,* deinde Servius in Verg. Aen. X 377 *Caper tamen in libris dubii generis probat dici et hic obex et haec obex.* ad libros de latinitate videntur pertinere haec apud Servium in Verg. Aen. VI 545 de v. *explere* post versum Ennii, *quem Caper secutus, cum de praepositione ex tractaret, hoc exemplum posuit,* et in Verg. Aen. X 344 *licet Caper in libris enucleati sermonis dicat femen, sed non ponit exemplum.* ad libros autem de dubiis generibus apud Charisium p. 77, 20 referenda esse conieci quae de v. *clipeus* omisso nomine auctoris ibi scripta sunt, *quare dubii sermonis II indistincto genere dici ait, sed littera differre.* ex alterutro igitur horum librorum reliqua quae non indicato libro huic grammatico tribuuntur petita sunt, quae Osannus in commentatione de Fl. Capro et Agroecio grammaticis (Gissae a. 1849) composuit. nam ex his quoque magna pars ad definienda genera et formas nominum pertinet, alia ad declinationem verborum et ad varias formas temporis perfecti vel ad usum et derivationem adverbiorum spectant. de quibus ita disputaverat Caper, ut usum latini sermonis inde ab antiquissimis temporibus demonstraret et plurimis scriptorum exemplis appositis confirmaret. in primis autem ad vetustissimorum scriptorum sermonem eius studia pertinuisse et ex exemplis, quae ab his potissimum petiverat, intellegitur, et iudicio comprobatur grammaticorum, e quibus Priscianus l. V p. 188, 22 doctissimum antiquitatis perscrutatorem eum dicit. vetustissimorum vel antiquissimorum usum exemplis ab eo probatum commemorat idem Priscianus p. 212, 4. 390, 26. 392, 6. 393, 11. 508, 27: veteres appellat idem p. 204, 6. 212, 14. 561, 10 et Charisius p. 145, 20; 23. praeterea maxime Vergilii eum rationem habuisse Servii quaedam adnotationes testantur.

Sed quam late usus et auctoritas huius grammatici apud posteriores

artium scriptores pateat, non ex iis solis quae nomine eius adscripto relata sunt existimandum est. neque enim dubitari potest quin permulta in quibus nomen appellatum non est ex eius libris recepta sint. certissima eius generis indicia sunt apud Priscianum. is enim et in quinto libro de generibus nominum Caprum sibi auctorem fuisse indicat verbis supra positis, quae ei disputationi subscripta sunt p. 171, 14, *supra dictorum tamen nominum usus et apud Caprum et apud Probum de dubiis generibus invenis,* et in octavo libro adnotationes de activa vel passiva verborum declinatione ex eodem fonte ductas esse similiter significat p. 393, 8, *sed et eorum et superiorum omnium usus tam apud Caprum quam Plinium et Probum invenies. passivas quoque pro activis vel neutralibus vocibus ex contrario idem antiquissimi proferebant, careor pro careō dicentes et obsonor pro obsono et copulor pro copulo et caleor pro caleo, quorum auctores apud Caprum legant qui eos scire desiderant.* nam quod una cum Capro Probum et Plinium appellat, sicut p. 490, 9 et 534, 26 Probum et p. 513, 7 Probum et Pollionem et Plinium cum illo coniunxit, non ipse antiquiorum grammaticorum libros legisse putandus est, sed apud Caprum nomina et praecepta eorum invenerat. Probum quidem ab illo nominatum legimus in excerptis Iulii Romani apud Charisium p. 118, 1 *Fl. tamen Caper Allecto monoptoton esse Valerium Probum putare ait.* sed apud Priscianum illud etiam longius pertinet. nam quoniam in expositione verbi eum saepe cum Diomede, quem Probi copiis in hac parte usum esse scimus, consentientem invenimus, hoc duorum grammaticorum consensu eo ducimur, ut quae Diomedes Probo auctore posuerat eadem ex Capri libris Priscianum recepisse dicamus, sicut dixi gramm. lat. v. I p. LII et v. IV p. XVIII. in nominibus vero praeter eum locum quem supra indicavi certis aliorum auctorum testimoniis Capro vindicantur haec, de v. *fames* l. VI p. 243, 12 et l. VII p. 349, 13 coll. Pompei. p. 175, 30, explan. in Don. p. 496, 8, et de v. *femur* l. VI p. 238, 9 coll. Serv. in Verg. Aen. X 344. 788. apud Charisium quoque manifesta vestigia doctrinae ex Capri libris ductae apparent. praeter excerpta Iulii Romani, in quibus haud dubie multa quibus nomen grammatici adscriptum non est ab eo desumpta sunt, in primis huc pertinent ea quae de declinatione et de generibus nominum scripta sunt in titulo de extremitatibus nominum et de diversis quaestionibus p. 50—112. quem titulum olim Christius Philol. v. XVIII p. 169 ex libris de latinitate excerptum et huc translatum esse coniecit. rectius nuper C. de Morawski accurata de hac parte disputatione Herm. v. XI (a. 1876) p. 339 sqq. fontes et compositionem eorum omnium quae eo loco scripta sunt demonstravit. sed illud certum est, in quaestionibus nominum huic parti adiectis, quarum pars in excerptis Iulii Romani repetita est, multa Capro deberi. aliorum quidem auctorum

testimoniis ei tribuuntur haec, de v. *penus* p. 74, 28 coll. Prisc. l. VI p. 260, 17, de v. *femur* p. 87, 2 coll. Serv. in Verg. Aen. l. c., de v. *lac* p. 102, 4 coll. Prisc. l. VI p. 212, 5. deinde in commentario de dubiis nominibus gramm. lat. v. V p. 571 sqq. plurima, quae quidem in illo ex antiquiore doctrina petita sunt, huic potissimum grammatico deberi dixi ib. p. 570. denique apud Nonium multa quae a Capro tractata esse constat inveniuntur, quae ex illius libris ad Nonium pervenisse haud improbabile est. etiamsi enim dubitari saepe potest, utrum ab hoc ipso an ab antiquioribus auctoribus quos ille adhibuerat ea petita sint, qua de re post Hertzium annal. philol. nov. a. 1862 p. 786 Paulus Schmidtius de Nonii auct. gramm. p. 148 sqq. dixit, tamen vel propter frequentem Capri usum ad hunc potius quam ad antiquiores grammaticos ea revocanda sunt.

De aetate autem grammatici hoc constat, post Probum, quem ipse appellavit, et post Plinium (nam hoc quoque usus est) eum vixisse, Iulio Romano autem, qui eius copiis usus est, antiquiorem fuisse. et quoniam similem fere rationem atque ipse Romanus secutus esse videtur maximeque de antiquissimorum scriptorum sermone quaesiverat, non ita multo ante hunc, hoc est sub finem fere secundi saeculi, eum vixisse putabimus. incertis enim rationibus usus Osannus aetatem eius angustioribus finibus circumscribere studuit, cum ad Flaviorum imperatorum tempora eam revocaret.

Ex his quae dixi iam de duobus libellis qui nunc Capri nomine inscripti feruntur recte iudicari posse puto. quamvis enim ab uberrimis copiis veteris grammatici et eximia eruditione quae in fragmentis librorum eius apud posteriores grammaticos apparet hi libri plane diversi sint, tamen in his quoque non solum reliquiae antiquitatis et vestigia doctrinae a bono auctore petitae inveniuntur, verum etiam ipsi Capro quaedam ex iis quae hic legimus ab aliis tribuuntur. plurima vero iis rationibus quas supra dixi eidem auctori vindicari poterunt. nam magna pars eorum quae hic breviter tractata vel uno verbo indicata sunt uberius exposita et exemplis scriptorum confirmata invenitur apud eos grammaticos quos Capri libris usos esse scimus, Charisium, Priscianum, Nonium et eum qui de dubiis nominibus scripsit. illud quoque a rationibus huius grammatici haud alienum est, quod de non nullis vocabulis ex certis Vergilii versibus depromptis adnotationes scriptae sunt. itaque cum minime improbabile sit ut ex veteris grammatici libris hos qui nunc eius nomen prae se ferunt excerptos, sed studiis recentiorum grammaticorum valde obtruncatos et mutatos esse credamus, ipsi tituli librorum qui manu scriptis codicibus memoriae proditi sunt facile in hanc partem trahi possunt, ut maior liber qui dicitur de orthographia ad libros de latinitate, alter qui est de dubiis verbis ad libros de dubiis generibus referatur, quod Christius Philol. v. XVIII p. 168 defendit. verum haec nunc non persequar. nam longa disputatione opus est ut

demonstretur, quid propter consensum aliorum grammaticorum veteri auctori iure vindicari possit, et quae vis his libellis tribuenda sit ad ea quae ab aliis ex illo fonte derivata sunt indaganda. in editione autem ex magno numero locorum qui huc pertinent eos adscripsi, in quibus nomen Capri appellatum est vel qui ad emendandam et constituendam lectionem aliquid conferunt.

Recentiorum autem grammaticorum studia, quibus libri ita mutati sunt, ut admodum pauca ex vetere ubertate relinquerentur, cum aliis indiciis tum eo apparent, quod in libello de orthographia saepe hexametris versibus adstricta traduntur praecepta. quod primus Lachmannus in Lucret. p. 357 animadvertit. quamquam autem in libris manu scriptis qui nunc sunt omne hoc versuum artificium omissum et saepe etiam transpositis vel omissis verbis deletum est, tamen vestigia numerorum satis certa etiam nunc relicta sunt. e quibus haec in quibus integri versus aut ipsa codicum scriptura servati erant aut facili coniectura restitui poterant ad suos numeros revocavi; in aliis, in quibus non minus certa numerorum indicia apparent, sed ad versus reconcinnandos vel supplendos maiore mutatione opus fuit, codicum lectionem retinere quam incertis coniecturis uti malui.

Apud grammaticos inferioris aetatis non inveni horum librorum mentionem factam esse ante Agroecium, qui in epistula ad Eucherium episcopum, cui suum librum dedicavit, p. 2265 Capri libellum de orthographia ab eo ad se missum seque ea re commotum esse ut huic quaedam adicienda subiceret scribit. Eucherium autem scimus episcopum Lugdunensem fuisse ab anno 432 usque ad annum fere 450 vel 452. ad Agroecium data est epistula Sidonii Apollinaris VII 5 tum, cum ille apud Senonenses episcopus erat. hoc igitur tempore librum in hanc formam quae deinde codicibus propagata est redactum esse putabimus. neque ab ipsius Eucherii studiis illud negotium alienum fuit: in glossis quidem componendis et explicandis eum operam collocasse scimus, cf. Pitra spicil. Solesm. v. III praef. p. XVIII, Loewe prodrom. corp. gloss. lat. p. 170. ad unum autem librum qui est de orthographia ea opera pertinebat: nam hunc dicit Agroecius l. c., *libellum Capri de orthographia misisti mihi*, et deinde *huic ergo Capri libello qui est de orthographia et de proprietate ac differentia sermonum quaedam adicienda subieci.* a Beda quoque, qui et ex Capri et ex Agroecii orthographia multa in suum librum recepit, minorem librum de dubiis verbis, nisi me fallit memoria, non inveni usurpatum esse. hunc igitur alteri, aliquanto post quam is in hanc formam redactus erat, adiectum esse dicemus, praesertim cum multo magis etiam quam ille alter mutilatus sit.

ORTHOGRAPHIA CAPRI

p. 2239 P.

'Haec via quo ducit?' dicemus, non ubi. [cato] descendit dicimus, non discendit. interrogamus 'quo die' vel 'qua hora solet ire foras' et 'esse foris?'

Eiecti in litus dicamus, delati in portum.

Intro imus vel inrumpimus, intus sumus.

Vado ad grammaticum vel ad medicum, disco apud istos dicendum.

In profundum nummi et in arcam conduntur. invehor et iocor in Marcum, incidit in manus meas inimicus, et in manus aquam poscimus. veteres autem aquam manibus pedibusque dixerunt. in mentem venit, non in mente.

Oblitus ne sis nostri, non nos: veteres tamen et hoc modo dixerunt: et invideo tibi divitiis, non divitias.

Comesor comesa comesum uti dicas, messor messura messum.

M codex Montepessulanus 306
B codex Bernensis 330
C codex Bernensis 338
c eiusdem codicis corrector
ς editiones antiquissimae ex editione Veneta Nicolai Iensoni expressae, ex quibus pauca adscripta sunt
p editio Putschii, ex qua item pauca adscripta sunt

INCIPIT HORTHOGRAFIA CAPRI *M* INCIPIT ORTOGRAFIA CAPRI *BC* CAPRI VETVSTISSIMI AC ILLVSTRIS GRAMMATICI DE ORTHOGRAPHIA ET LATINITATE VERBORVM LIBER INCIPIT ς Flavii Capri grammatici vetustissimi de Orthographia libellus *p* 1 dicemus *priore loco MC* dicimus *Bc*. *hexametrum versum posuisse videtur grammaticus,* haec via quo ducit dicemus, non ubi ducit. *nam* cato, *quod seclusi, ex graeca interpretatione* κάτω *ortum esse puto* 2 non discendit *Bc* non discedit *MC* interrogemus *M* et interrogamus *B* et interrogemus *C* 4 eiecti *M* iactati *B et in rasura C*, iacti ς 6 vel ad medicum] et ad medicum *B* 7 conduntur et inuehor *BC* in marcum *MC* in marco *Bc* 9 autem] et *p*, *om. BC* 12 diuitiis non diuitias *MC* diuitias non diuitiis *Bc* 13 comesor comesa uti dicas mesor mesura mesum *M* commestor commesta commestum uti dicas mestor mesta mestum scribis *B* comessor comesa comessum ut dicas mesor mesura messum scribis *C* commessor et commessa uti dicas messor messura messum scribes ς commestor et commesta commestum uti dicas, mestor mesta mestum scribis *p*

p. 2239. 40 P.

Sevi messem, non serui dicendum.

Pulchrum cum h scribendum, sepulcrum sine h.

Cella penaria, non pinaria dicendum.

Praecoqua dicendum, praecocia deridendum.

Peperaria mola non dicendum est, sed piperaria

Thesaurum sine n scribendum, non thensaurum et cetera.

Misertus mei per genetivum dicimus, at per accusativum miseratus me.

Pecto caput, non pectino, et pexum, non pectinatum. sic et ‘pexi memet hodie’ et ‘pectam cras’. sic nexi a necto.

Ructo et nausio dicendum, quamvis quidam veteres ructor et nausior dixerint. non egeo, non eges, non eget dicendum, non autem egeor et egeris.

Dico me victurum, dico illum victurum, non vinciturum. sic quoque ficturum et picturum dicendum, non pinciturum.

Fido mihi, confido tibi, et fidimus nobis, | confidimus vobis. sic fidere media correpta. nam si esset fideo, ut tepeo rideo, faceret fidere, ut tepere ridere.

Sordet acet anet floret calet squalet aret splendet viget, haec perfecta sunt; at inceptiva sordescit acescit anescit florescit calescit squalescit arescit splendescit vigescit.

Suffragor, non suffrago. sic suffragatus sum, non suffragavi.

---

1 Sevi — 2 sine h *om. BC*ς*p, add. M* 3 cella penaria non pinaria dicendum *Bc* cella pinaria non penaria dicendum *C* cella penaria (*corr.* pinaria) dicendum *M* 4 praecoqua] praequoqua *M* precoca *BC.* praecox et praecoqua *Nonius p. 150, 18* praecocia] praecotia *MC* precotia *B. fortasse* praecoctia 5 peperaria mola non dicenda est sed piperaria *M* pepiraria (pepiralia *B*) mala non dicendum est sed piraria *BC* pepiraria mola dicendum non est, sed piraria *p* 6 Tesaurum sine n scribendum et non thensaurum et cetera *M* Thesaurum sine n scribendum et cetera *B* thesaurum sine n et cetera *C* 7 dicimus at per *M* dicendum per *BC* 8 sic pectam memet hodie et pectam cras *M* sic et pexi memet et pectam cras *BC* 10 ructo et nausio *M* Eructo (E *ras.*) et nausio *B* et ructo et nausio *C* et ructo et nauseo ς ructor et nausior dixerint *M* dixerunt ructor et nausior *BC* dixerunt ructor et nauseor ς 13 dico me uicturum dico illum uicturum uel uicturum non uicturum et picturum dicendum non picturum uel picturum *B* dico me uicturum dico illum uicturum non uictiturum non piciturum (*corr.* pictiturum) *C. dedi scripturam codicis M, quae ita videtur emendanda esse,* dico me victurum, dico illum victurum, non vincturum. sic quoque ficturum et picturum dicendum, non fincturum et pincturum 16 tepeo rideo] torpeo sordeo *C* fidere ut tepere ridere Sordere. sordet acet anet floret squalet splendet uiget aret haec perfecta sunt at inceptiua sunt sordescit acescit anescit florescit squalescit splendescit uigescit arescit *B* fidere tepere sordere sordet annet floret scalet (*corr.* squalet) splendet uiget aret haec perfecta sunt at inceptiua sunt sordescit accessit annescit florescit squalescit splendescit uigescit arescit *C* 19 sordescit] sordes *M*

p. 2240 P.

Eventura mihi praesago praesagis praesagit, nos praesagimus, vos praesagitis, illi praesagunt.

Hic pecten, hic lien, hic rien, sic tibicen fidicen liticen dicendum. praeses praesidis facit.

Ambos et duos accusativo dicimus, ambo et duo nominativo.

Acer inermus infirmus faciunt pluraliter acri inermi infirmi. at acris inermis infirmis in plurali numero faciunt acres inermes infirmes. sic hilarus hilari facit, hilaris hilares.

Nostri nostrorum nostrum venit a nos: sic vestri vestrorum vestrum venit a vos.

Vas vasis facit genetivo singulari; et dativo plurali vasis facit, non vasibus, et genetivo vasorum, non vasuum.

Odea musea serapea isea mausolea caducea dicendum.

Non est sorbo, sed sorbeo, nec sorbsi, sed sorbui. sic et absorbui, non absorbsi, ut Lucanus.

Coactus, non coctus dicendum. abscondi, non absconsi. sic et absconditus, non absconsus dicendum, et lassatus, non lassus.

Alter e duobus, unus e tribus vel pluribus.

Descendi in solium maius, non maiorem.

Bina ac trina dicenda sunt quae sunt semper pluralia, ut 'binos ludos plerumque spectavimus uno die'; sic trinos circenses.

Fruitus sum illa re: veteres dixerunt 'fruitus vix illam rem'.

---

1 praesago — praesagunt] *immo* praesagio — praesagiunt: *cf. Priscian. l. VIII p. 397, 3* praesagio et praesagior, *Beda p. 2795* praesagio praesagis praesagiunt 4 facit *om. BC* 5 Ambos et duos (in *add. c*) accusativo Ambo et duo (in *add. c*) nominatiuo *C* Ambo et duo in nominatiuo ambos et duos in accusatiuo *B* 6 Acer inermis infirmus facit (*corr.* faciunt) pluraliter acerrimi infirmi at acris inermis infirmis pluralem (*corr.* -les) faciunt acres inermes infirmes sic hilarus hilari facit hilaris et hilares *C* Acer inermis infirmus faciunt acres inermes infirmes sic hilarus hilari facit hilaris et hilares *B* 9 sicut uestri *B* 11 Uas uasis facit non uasibus et uasorum uasis genetiuo singulari Odea *M* Uas . . (uas . . . *corr.* uasa *C*) uasis facit non uasibus et uasorum non uasuum uasis facit genitiuum singularem et datiuo plurali uasis genitiuum uasorum Odea *BC.* vasuum, *quod ex BC recepi, legitur in codice Charisii p. 146, 24. an* vasum? 13 serapia *BC* issea mausolia *C* cauducea *M* 15 ut] et *BC* Lucanus] *Pharsal. IIII 100* absorpsit penitus rupes, *quo exemplo usus est Priscianus l. IX p. 491, 14* 16 Abscondi non abscondidi absconditus non absconsus *excerpta Montepessulana.* abscondidi *defendunt Priscianus l. X p. 516, 11 et Nonius p. 75, 21,* abscondor absconsus et absconditus *Diomedes p. 375, 25* sic *om. BC* 17 dicendum et lassatus non lassus *om. BCςp, add. M* 18 alter de duobus unus ex pluribus uel tribus ς e tribus vel pluribus] e pluribus uel tribus *MBC* 19 in solium discendi (*corr.* descendi) maius *C. fortasse* ascendi in solium maius non in maiorem *M* 20 Bina — circenses *om. BCςp, add. M* 21 expectauimus *M* 22 fruitus sum illa re ueteres dixerunt, fruitus nos illam rem ς fruitus sum illam rem ueteres dixerunt non fruitus illa re *p* fruitus uix illam rem *M* fruitus uex illam rem *C* non fruitus sum illam rem *Bc*

p. 2240. 41 P.

Somnio dicendum, non somnior, et somniavi, non somniatus sum.

Illud scamnum dicendum, at ipsum, non ipsud. pauper vir et mulier dicendum, non paupera mulier.

Graeca nomina, ut Phryne et phalanx et Phronimus, per p et h scribenda: | latina, ut fallere et facile, per f scribenda.

Cum, si praepositio erit, per c scribendum; si adverbium temporis aut causale, per q.

Omnia adverbia numeri sine n scribenda sunt, ut milies centies decies: quotiens totiens per n scribenda sunt.

Nullum pronomen per t scribitur, sed per d, ut quid dicis? quid agis? quid scribis? quid facis? per t autem, verbum ubi erit, scribitur, ut inquio inquis inquit, eo is it, et adverbium numeri, ut quot tot, et monoptoton, ut lact: licet quidam negent illud nomen muta posse finiri, et ideo dicant lacte esse dicendum, non lac aut lact. ad praepositio per d, at coniunctio per t scribi debet.

Exsul cum addito s scribendum est etymologiae causa, a solo quoniam venit.

Formosus sine n scribendum est ab etymologia, quod est a forma. nactus uno n scribendum, at nanciscor duobus.

Quicquid in priore syllaba per c litteram scribendum, quoniam d

---

1 Somnio non somnior dicendum est *C* dicendum est *B* 2 Illud scamnum — paupera mulier *om. BC*ꝝ*p, add. M* at] et *M* 3 paupera mulier] pauperam *M* 4 Graeca nomina ut phirne phalanx Phronimus phalerae per p et h latina ut facile per f scribenda sunt ꝝ phyrine et phallanx et phronimus *M* chrynae et phalanx et phronimus *B* chrinae et phlancx ut prohronimus (*corr.* phronimus) *C* scribenda sunt *utroque loco BC* 5 fallere et facile *BC* falerae facile *M* 6 Cum — per q *om. C*, si praepositio erit cum per c scribendum si aduerbium temporis aut casuale per q *B* 8 Omnia aduerbia numeri sine n scribenda sunt ut milies centies decies quoties toties (*om.* per n scribenda sunt) *M* Sine n scribenda sunt milies centies deties ⁊ quotiens totiens cum scribitur per n scribenda sunt *B* sine n milies centies decies quoties toties scribitur per n scribenda sunt *C*. *fortasse* at quotiens et totiens cum scribimus, per n scribenda sunt 10 Nullum — facis] Per d scribitur quid dicis quid agis quid legis quid scribis quid facis *B* Quid quid agis quid scribis quid facis per d *C* 11 verbum ubi erit] ubi uerbum fuerit *C* 12 eo is it aduerbium numeri tot quot *BC* 13 licet quidam negent] plurimi negant *BC* posse finiri muta *C* 14 dicunt lacte esse dicendum non lac aut lact *M* lacte dicunt esse non (non esse *C*) lact aut lac *BC*. *cf. Priscian. l. VI p. 212, 4* lac lactis, quod antiquissimi etiam hoc lacte protulisse inveniuntur teste Capro 16 cum s addito *C* a solo quo uenit *M* a solo quo uersatur *BC* a solo quod uertit ꝝ 18 Formosus sine n scrib' ethimologia quod est forma *B* formosus per n scribendum est ab ethimologia quod est a forma *C* Formosus sine n scribitur ab aetymo quod est forma ꝝ 19 nactus] *Priscian. l. X p. 513, 7* nanciscor etiam nactum facit absque n, ut Probo et Capro et Pollioni et Plinio placet scribendum nanciscor duobus n *B* scribendum est nanciscor duobus n *C* 20 Quicquid in priore syllaba c littera in secunda per d scriben-

p. 2241 P.

dividit in duas voces. sic quanquam *in* priore syllaba n habere debet, non m, ne similiter duas esse voces ostendat.

Atqui caret n, similiter alioqui.

Hau dolo per d recte scribitur. etenim d inter duas vocales esse debet. quod si consonans sequitur, d addi non debet, ut hauscio.

Narro narratio per duo r, querela loquela per unum l.

Mas erit in positione, in diminutione masculus, non, ut quidam putant, mascellus.

Pronomina nostrum ac vestrum si *in* scriptura dividenda sunt, s littera posteriori syllabae applicari debet, quoniam sequens littera t muta est. sic, si maiestas scribis, stas in diductione vocis esse debet, non tas. sic in similibus.

Tunc temporis adverbium est, tum ordinis. τοῦ tunc antitheton est nunc, τοῦ vero tum antitheton est cum.

Modo praeteriti est temporis, et ideo dicendum ‘modo scripsi’, ‘modo feci’, non ‘modo scribo’, ‘modo facio’; quamvis quidam veteres et praesentis putaverint.

Circiter ad numerum refertur, circum ad locum, circa ad tempus [quod est κύκλῳ]. ergo dicimus circumisse nos urbem, non circaisse.

Superest restat significat, superat eminet, ut ‘superant capite et cervicibus altis’. item ‘egressi superant fossas’, transiliunt vel

---

dum quoniam d inter duas uocales diuidit sic quanquam prior syllaba n habere debet non m ne similiter duas esse uoces aliqui ostendit *B* Quicquid in priore syllaba c littera scribendum (*corr.* -da) est non d quoniam d diuidit inter duos uocales sic quāquam prior (*corr.* quanquam prior syllaba) n habere debet non m ne similiter (*corr.* similis) duas esse uoces ostendat *C*

1 diuidit inter duas uoces sic quanquam prior syllaba *M* 3 careat *BC* 4 haud olo per d recte scribitur *M* haud dolo sic recte scribitur *Cꝫp* haud dolo sic alioqui recte scribitur *B*. *rectius erat* hau dolo per unum d recte scribitur, *nisi potius* haud aliter *scriptum erat, quod ex Vergilii versu Aen. VIIII 65 Marius Victorinus p. 15, 24 adscripsit.* hau dicam dolo *legitur Plaut. Trin. I 2, 53* etenim — hauscio Narro *om. Bp, add. MCꝫ* debet esse *C* 5 hauscio *C* haut scio *M* haustio ꝫ 7 in *priore loco om. M* masculus in diminutione *BC* putant *om. BC* 9 Pronomen nostrum ac uestrum si scriptura diuidenda sit *MBC*. *an* in pronomine nostrum ac vestrum si scriptura dividenda sit? 10 quoniam s litteram sequitur t muta *BC* 11 in diductione *p* in deductione *MC* in declinatione *B* debet esse *BC* 13 Tunc temporis aduerbium tum ordinis Sleto (soetoi *c*) est tunc anteton ē nunc Soetoi uero tum anteton est cum uel quum *Bc* Tunc temporis aduerbium tum ordinis CȺNTȺ. C tunc attietonem nunc .CȺ.N. Quin *C* τοῦ] CѠNTѠY *utroque loco M* 15 temporis est *BC* 16 modo *ante* facio *om. BC* et praesentia putauerint *MBC* in praesentia putauerunt ꝫ 18 Circum ad locum (loca *M*) circa ad tempus *MBc* circa ad locum circum ad tempus *C* 19 KYKȺΛѠ *M* KYKȺѠ *B* circaisse] circa.se *B* circasse *C* 20 superant] *Verg. Aen. II 219* 21 altis egressi. Item superant *BC*: *Verg. Aen. VIIII 312* transiliunt *M* transeunt *BC*

p. 2241. 42 P.

evadunt significat: 'casus superaverat omnes' pro evaserat: | 'captae superavimus urbi' pro superviximus: 'superent quibus hoc, Neptune, dedisti' pro vincant:

amissa solus palma superabat Acestes

pro restabat.

Spectabat. spectare θεωρεῖν erit, expectare sine s ἀναμένειν.

Demitte est deorsum mitte, dimitte ἀπόλυσον absolve: dismitte non dicas.

Fidus amicus erit; famulum fidelem dicito.

Coram illo dicendum, non palam illo. nam palam ad multos refertur: 'palam factum est' de multis habet significationem, etiamsi hoc veteres variaverint.

Cognoscimus ignota et invisa, agnoscimus quae nobis exciderant.

Illius similis ad mores refertur, illi similis ad vultum.

Clipeum ἀσπίδα, clupeum ornamentum dices.

Vorsus paginae dicetur, versus participium est a verbo vertor.

Alias temporis est adverbium, quod Graeci ἄλλοτε dicunt, aliter ἄλλως.

Cilo est capite angusto, cui hoc contigit in partu; chilo modum labiorum excedens.

Collactaneus est eisdem mammis educatus, collacteus qui ex uno

---

1 casus] *Verg. georg. IIII 485* euaserat humano | mos loquitur captae *B.* humanū os loquitur *post* euaserat *superscriptum est in C*, euaserat humanos loquitur captae *p* captae] *Verg. Aen. II 643* 2 superent quibus *C* Item superent quibus *c* Item superant quibus *B* superent his quibus *M*: *Vergil. Aen. V 195* 4 amissa *C* item amissa *Bc* missa *M*: *Verg. Aen. V 519* 5 pro restaurabat *B* 6 Spectabat spectare theoreon erit expectabat expectare sine s ΑΥΡΕΙΝ *M* ΘΕΟΡΕΙΝ (erit *add. C*) expectare ΑΝΑΜΕΝΕΙΝ id est uenturum sperare *BC* Spectare per s expectare per x ς Spectare per s θεωρεῖν, expectare ἀναμένειν id est venturum sperare *p*: *cf. Verg. georg. IIII 367* spectabat diversa locis 7 Demitte] *Verg. georg. IIII 542* et sacrum iugulis demitte cruorem dimitte — absolve] dimitte ΑΝΑCCΟΝ ΑΠΟΛΙCΕΝ absolue *M* dimitte ΛΝΑCΚΟC id est laxa *BC* dimitte ἀνάδος id est laxa *p* 9 Fidus *Verg. Aen. I 113* fidumque vehebat Oronten famulus fidelis dicito *BC* 10 Coram illo] *Verg. Aen. I 595* coram quem quaeritis adsum 11 est *om. B* uariauerunt *BC* 12 Cognoscimus] *Verg. Aen. VIII 155* accipio agnoscoque libens ignota] ignorata *BC* quae a nobis exciderant *M* 13 ad maiores *corr. al. m.* ad mores *B* 14 Clipeum ΑΠΥΑΑ *BC* Clypeum ΑΠΥΩΑ *M*: *Charis. p. 77, 20 Serv. in Verg. Aen. VIIII 709* 15 pagina dicitur *M* 16 Alias temporis est aduerbium quod graeci ΑCΩΤΕ aliter ΑΛΩC *M* Alias temporis aduerbium est quod greci ΑΛΑDΩ aliter ΛΛΩΔOC *B* Alias temporis aduerbium est quod greci aladocte (*corr.* aladote) aliter alados *C*. alias pro aliter Terentius in Andria *(III 2, 49)* 'quid alias malim quam hodie istas fieri nuptias', ubi Fl. Caper de latinitate 'non ausim adfirmare pro aliter dici' *Charisius p. 194, 29* 17 Cilo] cylo *M* chilo *BC* contingit *MB* contiguit *C* chilo] chylo *M* hilo est *BC* 19 Collactaneus] Collectaneus, *sed* ec *ras. B* collacteneus qui ex uno *M* conlactaneus qui ex uno *B* collactaneus qui ex uno *C* collacteus est qui uno ς collacteus quia uno *p*. conlactaneus dici debet: nam collacteus nemo dicit *Charisius p. 82, 12*

p. 2242 P.

eodemque lacte creatus est. lactens qui lacte alitur, et lactans qui decipit: lactens lacte abundans, ut 'lactentes ficus', Lucilius 'lactentia coagula cum melle bibi'. lactea candida, ut 'lactea laudas brachia' Horatius dicit.

Suscipimus ad animum et mentem refertur, ut 'susceptum perfice munus'. succipimus corpore, ut 'succipiunt famulae conlapsaque membra'. suspicimus aliquem venerantes.

Accidere aliquid adversi dicito, contingere aliquid pulchri.

Quamdudum interrogantis est, iamdudum respondentis.

Cals dicendum, ubi materia est, per s; at cum pedis est, calx per x.

Mihi dativus est, mi vocativus.

Invidus est qui invidet, invidiosus qui invidiam sustinet.

---

1 lactens est qui lacte alitur lactans qui decipit lacteus lacte habundans uelut lactenteas ficus Lucilius (li *in rasura*) dicit Lactentia coagula cum melle Lactea candida ut lactea laudas brachia Horatius (at *ras.*) dicit *B* lactens est qui lacte alitur lactans qui decipit lacteus lacte habundans uelut lactentes (*deleto* s) ficos Lucilius lactentia coagula cum melle Lactea candida ut lactea laudas brachia Horatius *C* Lacteus qui lacte alitur lactans qui decipit lactans qui lacte abundat ut lactantis ficus Lucilius lactantia coacla cum melle bibi lactea candida sunt ut lactea laudat brachia dicit Horatius ꝯ lactens qui lacte alitur, lactans qui decipit, lacteus lacte abundans, velut lacteas ficus; Lucillius lactentia coagula cum melle bibi. lactea candida sunt, ut lactea laudat brachia dicit Horatius *p. retinui corruptam codicis M scripturam, quae in hunc fere modum corrigi poterat,* lactens qui lacte alitur, lactans qui decipit, lacteus lacte abundans; veteres tamen et lactens dixerunt, ut Ennius lactentes ficos, Lucilius lactentia Coa *sqq. nam* lacteus lacte abundans *ad Verg. georg. II 524* ubera vaccae lactea demittunt *pertinere potest. cf. Serv. in Verg. georg. I 315* et sciendum inter lactantem et lactentem hoc interesse, quod lactans est quae lac praebet, lactens cui lac praebetur lactens qui] lacteus qui *M* 2 lactentes ficus] *Charis. p. 128, 31* fici Ennius, 'fici dulciferae lactantes subere toto' lactentia Coa Clam cum melle bibi *Ianus Dousa Lucil. rel. inc. 103 p. 13* 3 lactea] *Horat. carm. I 13, 2* 5 Suscipimus et ad animam et ad corpus refertur ad animam ut (est *add. c*) susceptum perfice munus ad corpus ut est suscipiunt famulae conlapsaque menbra suscipimus aliquem uenerantes *B et ut videtur c in margine, quamquam in hoc abscisis litteris non omnia apparuerunt,* suscipimus corpore suscipiunt famulae conlapsaque membra suscipimus aliquem uenerantes *C* Suscipimus ad animum et ad corpus refertur, ad animum, ut susceptum perfice munus, ad corpus, ut suscipiunt famulae collapsaque membra. suspicimus aliquem venerantes *p. cf. Vel. Long. p. 2226* aliud est enim amicum suscipere, aliud aquam succipere susceptum] *Verg. Aen. VI 629* 6 succipiunt] *Verg. Aen. IIII 391* 8 Accidere aliquid aduersi contingere aliquid pulchri dicito ꝯ aduersi aliquid *B* aliquid pulchri] aliquid pulchrum *M* pulchrum est *BC* 10 Calcs dicendum ubi maceria est per sc ꝯ Calcs dicendum ubi materia est per cs *p* Cals *MC* Clas *B: cf. de dub. nom. p. 574, 7*

p. 2242. 43 P.

Terga hominis tantum, singulariter tergum facit. quadrupedum erit tergus, pluraliter tergora, id est coria. tegus quoque invenio dici et esse eius plurale tegora.

Noctu temporis est adverbium; nocte nomen est. 'noctu' dicimus 'cenavi': 'hac nocte' dicimus 'nihil brevius'.

Commoda *χρῆσον*, id est praesta; accommoda apta *ἀπὸ τοῦ ἁρμόζειν*, id est coaptare.

Olea arbor est, oliva fetus, oleum liquor.

Flemina sunt, ubi abundant crura sanguine; plemina, cum in manibus vel pedibus callosi sulci sunt.

Vortex fluminis est, vertex capitis.

Licet *ἐξόν*, liquet *δῆλον προφανές* [apertum vel manifestum].

Pauperies damnum est, paupertas condicio ipsa.

Foedus sancitur religione, at sponsio poena est.

Mammas esse hominis scito, at pecudis ubera.

Bucina erit tuba, qua signum dat bucinator; bucinus ipse canor editus ex hac.

A patria patrium dices, a patre paternum.

Precor prospera, inprecor taetra.

Dum manat, sanguis est; effusus vero cruor erit.

Sumimus ipsi, accipimus ab alio. sic cum dabimus, dicendum 'accipe'; cum permittimus ipsi tollere, dicendum est 'sume'.

Pone loci adverbium est, post temporis, postsecus omnino nihil est.

Barbam hominum, barbas pecudum dicimus.

---

1 hominis tantum singulariter tantum tergum *M* tantum] tanta *corr.* tantum *B* 2 tegus quoque *M* tergus quoque *BC* 3 tegora *M* tergora *B* tergura *C* 6 Commoda id est KOONIKON id est presta accommoda apta ΔΠΤΟΤΟΔΡΜΟΖΙΝ id est coaptare *M* Commoda XPONIKON acomoda apta ΛΠΟ ΤΟΥ ΛΘΛΛΟΖΕΝ *B* commoda id est *χρῆσον* accommoda (acquomoda *C*) apta *cum Putschio C* 8 Olea arbor est oliua foetus *Bc* olea arbor est olea foetus *C* oliua arbor est olea fetus *M* 9 sunt *post* flemina *om. C* 12 Licet ЄZON liquet ΔΗΛΩΝ ΤΥΡΥΜΗ apertum uel manifestum *M* licet e.zon (*una littera post* e *deleta*) liquet ΛΝΔΟΝ ΠΡΟΡΛΝЄC *C* licet *ἔστω* liquet *δῆλον προφανές p, om. Bς* 13 condicio ipsa] ipsa conditio *MBC* 14 Foedus — poena est *om. B* 15 *fortasse* mammas esse hominis, pecudis scito ubera tantum pecudis *M* pecoris *B* peccoris *C* 17 editus ex hac *M* ex hac editus *BC* 18 patrium dicis a patre paternum a patria *C* 19 Precor — taetra *om. B* 20 dum manat *c* dum manet *C et codices Bedae p. 2801,* dum emanat *M* Cruor dum manet *B* cruor erit *M* cruor fit *BC* 21 Accipe cum tradimus, cum permittimus sume *excerpta Montepessulana* cum damus *B et Beda p. 2802* dicendum est accipe — dicendum sume *BC* 23 postsecus omnino nihil est *M* possecus omni nihil est *C* possecus nihil est omnino *B.* postsecus *ὄπισθεν glossae Philoxeni* 24 dicimus] dicas *C*

p. 2243 P.

Calva *κρανίον* vocatur, licet Gellius et Varro calvariam dicant. nam calvariae plurale est. calvae vero ossa, quae sunt et singulariter calva.

Vultus mutatur, facies manet.

Maestum animo, tristem aspectu dices.

Protenus per e adverbium locale est, id est porro tenus, ut 'cum protenus utraque tellus Vna foret'. protinus per i adverbium temporale est, id est statim, ut

protinus Aeneas celeri certare sagitta.

quatenus per e adverbium est, quatinus per i coniunctio causalis, ut si dicas 'quatinus hoc sine plagis non facis, en tibi plagas'. adverbium autem est quatenus aut temporis [interdum] aut loci: temporis, cum dicimus 'quatenus hos mores exercebis'; loci, cum dicimus 'quatenus ibimus'.

Esse *φαγεῖν*, id est [in unum] manducare.

Buxus arbor est, buxum autem materia ipsa.

Hic malus navis, haec malus frugifera arbor.

Pinnas murorum, pennas avium dicimus.

Laserpicium florem dicimus, at caulem laser aiunt.

Exprobrat qui commemorat quae praestitit, obprobrat qui obprobrium obiectat, hoc est vitium.

Scorpio bellica res, at scorpius animal.

Adulescens nomen, adolescens participium.

Primo pedatu, non pidato dicendum.

---

1 Calva — 2 singulariter calva *post* Vultus — 4 dices *habent BC*ς Calua ΚΑΡΑΝΙΟΝ (Caluic kapanion *B*) uocatur licet et celius et uarro *BC* Calua uocatur passam̄ uel canmon licet celius et uarro *M. Gellii nomen restituit H. Peterus vet. hist. Rom. rel. p. CCXXXIV coll. Charis. p. 55, 7. 139, 2 Priscian. l. VII p. 318, 4* dicant] uocant *corr.* dicant *B* 2 vero *om. BC* calva] caluaria *BC* 5 id est porro tenus cum protenus hoc est porro tenus utraque tellus *BC*: *Verg. Aen. III 416* 6 adverbium *ante* temporale *om. BC* 7 ut *om. BC* 8 protinus] *Verg. Aen. V 485* 9 per e aduerbium quatinus — causalis est ut *M* 10 aduerbium est autem (autem *om. C*) quatenus aut temporis aut loci interdum temporis cum dicimus *BC* 14 Esse — manducare] ΕΦΑΓΗ in unum manducare *M* ΗΘ pate ēē id' in unum manducare *B* esse id est in unum manducare *C*: *cf. Verg. Aen. IIII 66* est mollis flamma medullas, *Diom. p. 386, 29* 16 Hic malus arbor nauis haec malus frugera arbor *M* 18 Lasarpiceum florem dicimus at caulium laser aiunt *M* Laser piceum florem dicimus At calleum (*corr.* cauleum) dicimus *B* Lasser piceum florem aut cauleum *C* Laserpitium florem, at caulem laser dicimus *p* 19 Exprobat *B* Exprobrat qui commemorat quae praestitit, adprobat qui probrum obiectat *excerpta Montepessulana* quae] quod *BC* 20 obiectat] obicit *BC* 21 Scorpio bellica res est id est sagitta at scorpius animal *BC* 22 aduliscens *priore loco M* nomen est — participium est *BC* 23 Primo pedatu non pidatu (*corr.* -to) dicendum *M* Primo pedato non pidato dicendum *BC*: *cf. Charis. p. 215, 20 Non. p. 64, 17*

p. 2243. 44 P.

Ne quidem fieri potest non dicendum, sed ne fieri quidem potest, ut disiunctum sit. |

Vir praetorius et quaestorius, non praetoricius aut quaestoricius dicendum.

Pulchra liburnica dicendum, non pulchra liburna.

Vae dativus et accusativus sequi debent, non alius, ut vae populo Maurorum et vae populum Maurorum.

Salmenta proferre non timeas, quia latinum est.

Duo tanta ac tria tanta, duplum ac triplum, veteres in usu habuerunt.

Omne animal pecus est homine excepto vocitatum.

Mox aliam ordibor et ordiar telam: utroque modo veteres dixerunt.

Hic culleus, hic pluteus puteus cuneus laqueus postis margo veper vel vepres masculina sunt. hic cardo, hic axis modius sextarius, hic congius, hic corbis, hic gladius, sanguis, venter aqualiculus, hic vectis, hic flos ros pons.

hoc lutum atque macellum ἑνικῶς [singulariter] exire memento,
Memmius ista macella licet, Caesar luta dicat.

rete hoc dices, haec retia pluraliter: reticulum ac reticula usurpandum. omnia nomina in nis finita masculina erunt, veluti hic finis crinis cinis

---

1 Ne quidem — 2 sit *om. B* potest] potens *priore loco C* 2 disiunctum *C* distinctum *M* 3 uir praetorius non praetoricius et quaestorius non quaestoricius dicendum *C* aut] et *B* 5 Pulchra libornica non pulchra liburna dicendum *C* 6 Uae datiuos et accusatiuos sequi debent (ent *ras.*) non alius (*corr.* -os) *B* debet *M* 8 Salsamenta *BC.* quaerendum est, quo modo Donatus dicat barbarismum esse, siquis dicat salmentum pro salsamentum, cum Caper antiquissimus doctor dicat 'salmenta ne timeas proferre, quia latinum est' *excerpta codicis Monacensis gramm. lat. v. V p. 327, 14* 10 pecus homine excepto uocitatum est *M* pecus homine excepto uocitandum est *C* pecus excepto homine uocitandum est *B*: *cf. Serv. in Verg. georg. IIII 168* pecus vetuste dixit, cum omnia animalia pecus dicantur, *Non. p. 460, 1* 11 Mox aliam telam ordibor et ordiar telam *B* mox alium ordibo et ordiar telam *C* veteres *om. M*, *add. BC* 12 culleus] acculeus *B* culeus *C*: *cf. de dub. nom. 576, 19 Non. p. 197, 22* veper] uesper *M*: *cf. de dub. nom. p. 574, 19* 13 sextarius congius orbis gladius *BC.* corbes *de dub. nom. 574, 11 Non. p. 197, 24* sestarius *M* 14 aquilicus *C et adscripto in margine* aquiliculus *B* hic uestis flos *B* 16 atque *om. C* ἑνικῶς *om. BC*ς, *add. M* 17 Memmius — dicat] licet memmius ista macella caesar (macella et cesar *B*) luta dicat *BC* licet ennius ista macella caesar luta dicat *M* licet Ennius ista macella dicat et Caesar lutea ς licet Memmius ista macella dicat et Caesar luta *p. C. Memmio Gemello et C. Iulio Caesari Straboni verba tribuit H. Meyerus orat. Rom. fragm. p. 426 ed. sec.* 18 reticulum ac reticula *BC* retiaculum ac retiacula *M* 19 omnia nomina nis finita masculina sunt ut hic finis crinis cinis amnis *C* omnia nomina in is finita masculina sunt ut hic funis crinis amnis cinis *B. cf. Charis. p. 101, 7* clunes — sed Verrius Flaccus masculino genere dici probat, quoniam nis syllaba terminata anima carentia nominativo singulari masculina sunt, ut panis cinis crinis et similia: *Priscian l. V p. 159, 27, Serv. in Verg. Aen. II 554*

p. 2244 P.

[canis] amnis. hic radius, non hoc radium. † ille sal aspersus musarum est: non erit hoc sal haeve sales, sed hic sal ἑνικῶς erit quod edimus, hi sales pluraliter urbanitatis alicuius. hic pulvinus mollis.

Idem producte refertur ad personam masculini generis etiam in plurali numero, ut idem lupus et idem lupi. idem correpte neutri *est* et ad rem refertur, ut idem scamnum et idem rus.

Mi Paula et mi Aemilia non dicendum, quia mi masculini est generis pronomen, non feminini, et ortum est a prima positione meus; sed dicendum mea Paula et mea Aemilia, o meum caput, o meumque brachium.

> Nec non [et] ille soloecismus [est], ubi dicier audis
> 'omnibus maior et melior', cum syncrisis omnis,
> alter ubi est, fiat, praelatio vero, ubi plures [sunt].
> ergo 'illustrior *est* luna sol'; 'omnibus astris'
> haud dices, 'cunctorum autem illustrissimus hic est'.

similiter 'multo est hic dignior illo', 'dignissimus illorum', non 'dignior illorum' dicendum est. sic potior e duobus, potissimus omnium; primus ex multis, prior e duobus dicitur.

---

1 ille sale (ille sane *B*) aspersus est musarum non hoc sal uel sales sed hic erit sal quod ... edimus hi (quod de.mus hii *corr.* quo edimus hii *C*) sales pluraliter urbanitatis alicuius *BC* ille sal aspersus musarum est non hoc sal: uel hae sales: sed hic sal erit: quidem dicimus hii sales pluraliter urbanitates alicuius ς. Caper dicit ille sal aspersus musarum, non erit hoc sal et hae sales (sale *cod.*), sed hic enicos, id est in singulari, erit quo edimus. item hi sales pluraliter urbanitatis alicuius, ut sales infusi (intussi *cod.*) adhaerescunt *grammaticus Bernensis Hagen anecd. Helvet. p. 111, 28: cf. Charis. p. 106, 11 Prob. p. 209, 21 explan. in Don. p. 542, 12 Serv. in Verg. Aen. I 35.* sal aspersus musarum *unde petitum sit, non constat. reliqua restituto hexametro versu ita fere corrigi poterant*, non erit hoc sal haeve sales, ἑνικῶς erit hic sal. quod dicimus hi sales pluraliter, urbanitatis alicuius est. 4 *fortasse* idem producte masculini generis est et ad personam vel ad rem refertur etiam in plurali numero, ut idem lupus et idem lupi, idem correpte neutri singularis tantum numeri et ad rem refertur producte] ducte *in initio versus B* generis est etiam *M* 5 et idem lupi *om. BC* est *om. MBC* 6 et *post* scamnum *om. BC* 7 generis masculini est *B* masculini generis est *C* 8 non feminini *om. M, add. BC* meus *MC* mius *Bc* sed dicimus *BC* 9 mea emilia meum caput (et *add. B*) meum brachium *BC* 10 nec non et ille *MB*ς et ille *C* nec non ille *p* est *om. BC*ς dici .er. audis *B* 11 omnibus et maior et melior *BC* omnibus maior et melior animi ς. *fortasse* omnibus hic maior melior cum sinerisis (sineres is *B*) omnis alter ubi est fiat praelatio uero (uerbo *B*) ubi plures ergo *BC* cum syncrisis omnis alter fiat ubi est comparatio praelatio uero ubi plures sunt ergo *M* 13 inlustrior luna sol omnibus astris *C* inlustrior luna solemnibus astris *Bc* inlustrior sol omnibus astris *M* 14 dicis *corr.* dices *B* inlustrissimus .ut. est similiter multo *BC* inlustrissimus est similiter autem multo *M* 15 non dignior illorum *om. BC*ς, *add. M.* 16 potior e duobus] potior ex duobus *C* potior ex duobus dicitur *c* potius e duobus dicitur *B* potissimus — dicitur *om. C* primus de multis *B*

p. 2244. 45 P.

Mustacius sive mustacium non ad genus referendum est, quasi hoc potius sit aut illud, cum per se nihil sit, sed sit plane *τῶν πρός τι*. mustacius | panis recte dicimus et mustacium libum. sic militis puer galearius recte dicitur: nam galearia soloecismus est. non est puer galearia: nam pueram sic rite voces: puer est galearius † hic a soloecus.

Hoc cerebrum est. nam cereber qui dicunt sine cerebro vivunt.

Respondidi nihil est: respondi dic Ciceroni.

Bargena, non bargina, genus cui barbaricum sit.

'Vasa istaec vinaria sunt', 'vinaria cella',
vulgus adhuc retinet de prisca verba loquela.

Sobrius per i, non per e scribendum.

Sedi non secus te, sed secundum te dicendum.

Ludos aliquem longe egregios fecisse dices, non dedisse.

Vir ducit, mulier nubit, quia pallio flammeo obnubit caput suum genasque.

Induxit pro decepit. seduxit *ἀκύρως* non dicitur, nisi cum significamus 'in aliam partem duxit', ut seduxit foras.

Patre ac matre caret quis, cognato, fratre sororeve, non opibus caret aut nummis.

---

1 mustacius siue mustaccium (*corr.* -acium) ad genus *C* mustaceus siue mustaceum ad genus *p* quasi hoc potius sit aut illud sed sit plane ΤΟΝ ΠΡΟCΤΙ *M* quasi accedens (*corr.* accidens) hoc potius aut illud per se nihil sit sed sit (*corr.* sic) plane ΤΩΥΡΟCΤΙ *C* quasi accidens hoc potius aut illud per se nihil sit sed sic plane (*om.* *τῶν πρός τι*) *B* quasi accidens hoc potius aut illud per se nihil sit sed sit plane *τῶν πρός τι p* 3 mustacius recte dicemus (*corr.* dicimus) panis et mustacium librum *C* mustaceus panis recte dicimus et mustaceum librum *p* libum] librum *B* 4 non est — 5 soloecus *om. C*ς non est puer galearia nam puer ac sic rite uoces puer est galearius hic a soloechus *Bp.* non est puer galearia nam puer asincrite puer galearius hic asolecus *M. fortasse* hic galearia soloecismus est *ex eo quod supra scriptum est,* nam galearia soloecismus est, *repetitum erat.* puer *feminino genere dictum esse ab antiquis* di *adnotavit Charisius p. 84, 4,* galerum *et* galeare *idem p. 80, 5* 7 Respondi nihil est respondi dic ceroni, *sed* dic *ras. C* 8 Bargena non bargina cui genus barbaricum est *M* Bargina non barginna (non barginna *om. C, add. c*) id est homo uitiosae gentis quia barbarus interpretatur uitiosus unde et barbarismus dicitur uitium non bargina genus cui barbaricum sit *BC* 9 istaec] ista haec *BC* ista *M* uinariaque cella *M* 10 retinet de prisca recti uerbi loquela *Bc* retenet de pricca recti uerba loquela *C* retinet de prisca loquela Recte *M* 11 Subrius *C* scribendum *BC* scribitur *M* 12 sedi *om. C* te *post* secundum *om. C* 13 Ludos longe egregios aliquem fecisse *B* dedisse] didicisse *M* 14 quia] quae *M* flammeo] flamine *M, om. BC* suum *om. BC* 16 seduxit ΔΚΡΩC (*corr.* seduxit idē ΔΚΙΡΩC) non dicitur nisi *C* seduxit (iā *corr.* id) non dicitur nisi *B* seduxit non dicimus nisi *ἀκύρως p* 17 duxit *om. M, add. BC* 18 *numeri versuum ita videntur restituendi esse,* Patre ac matre caret cognato fratre sorore, Non opibus caret aut nummis caret *post* opibus *om. M, add. BC*

p. 2245. 46 P.

Nongentos, non noncentos dicendum est ab novem, nonagies, nonaginta, non nonacenta.

Castigavit [me] uti dicas, non corripuit me.

Hic lanius nomen est, verbum autem lanio lanias laniat. dixerunt tamen veteres et lanio in nomine.

Rostra voca, non prorostra. nam 'pro rostris' quod dicimus 'ante rostra' significat, ut 'pro muris'. sic errant qui proscenia appellant [id est scenam] operosam fabricam ex adverso caveae, quae apud Graecos de fronde ornatus umbraeque causa fiebat et ab umbra, quam praestabat, scena dicebatur. unde proscenia rectius pulpita quae ante scenam sunt appellabuntur, ut 'veteres ineunt proscenia ludi'.

Inversis armis pugnasse gladiatores non est dicendum, sed versis, hoc est transmutatis; sic nec inversis pannis agitasse aurigas, sed versis.

'Balneae' dic 'lavant', non lavantur. ad homines utroque modo potest dici.

Quadrigas trigas bigas pluraliter effer,
antemnas quoque non aliter [a] priscis memoratas
[nisi plurali numero].

Carcer masculini generis semper singulariter dicitur, in quo homines coercentur, pluraliter vero carceres, unde currus effunduntur.

Participium a nomine tripliciter discernitur, comparatione, | declinatione, significatione.

---

1 Nongentos non nuncentos dicendum est ab nouem nonagies nonaginta non nonacenta nongenti non nonacenti *M* Nongentos non (non *om. B*) noncentos (nongentos *corr.* noncentos *C*) ab nouem nonagies nongenti nonaginta *BC*, nongentos, non nungentos ab novem *Beda. p. 2793* 3 me *priore loco om. C* 4 lanias] lanius *B* 5 veteres *om. BC* 6 Rostra uoca non pro rostra nam pro rostris auium quae dicimus *M* Rostra sunt Nam pro rostris quod dicimus *B* rostra sunt nam pro rostris quod dicimus *C* 7 sic errant qui proscaenia appellant ipsam scaenam. nam opera fabricata exadversum caveae quae apud Graecos de fronde ornatus umbraeque causa fiebant, scaena dicebantur. unde rectius pulpita, pro scaena quae sunt, proscaenia appellabuntur *Usenerus mus. Rhen. v. XXIV (a. 1869) p. 96* qui *om. M, add. BC* proschenia *B* 8 fabricam *MC* fabricant *Bcp* ex adverso] et aduersae *MBCp* 9 ornatus umbraeque causa fiebant et ab umbra quam prestabant scene dicebantur *M* ornantur umbrae quae cauae fiebant scena (scenae *C*) dicebantur *BC* ornantur umbraeque causa fiebant scena dicebantur *p* 10 unde rectius pulpita proscenia quae ante scenam (schenam *B*) sunt appellabantur (appellabant *M*) *MBC* unde rectius pulpita proscenia quae ante scenam sunt proscenia appellabantur *p* 11 veteres] *Verg. georg. II 381* 12 est *om. C* sed uersis pugnasse hoc (id C) est transmutatis *BC* 13 sic nec] sed nec *B* 14 Balnea *BC* at ad homines *BC* 16 Quadrigas bigas trigas a cis pluraliter *B* efferuntur antemnas *Bc* eferentem nas *C* 17 aliter pris memoratas *C* 18 nisi] quam *B*, *om. C* 19 Carcer semper masculini generis singulariter dicitur *BC* 21 Participium tripliciter a nomine discernitur significatione declinatione conparatione *C*

p. 2246 P.

Numeris etiam nomina communia sunt, ut sedes res spes nubes labes clades.

Frequentativa verba sunt caenito pransito lectito dictito cursito vectito: ex hac nota sunt ito habitoque.

Cum de genere alicuius nominis ambigis, pluralem consule numerum: ut puta si quaeras, hic pratus sit dicendum an hoc pratum, pluralis numerus cum faciat haec prata nec recipiat hi prati, manifestum est genus [hoc est neutri].

Confessiva fit vox ex duplici voce abnutiva, ut 'non nolo dicere': ostendo enim me velle: et 'non nescio, quae tibi vita est' et 'non numquam prandeo' et 'nec non est libera res mihi'.

Rumigat nihil est, sed ruminat et rumino.

'Dilibuit' dic 'unguento', non delibuit.

Vngue dic, non unge.

Laquearia, non lacunaria [est].

Linteo mercator dicetur.

Y litteram nulla vox nostra adsciscit. ideo insultabis gylam dicentibus.

Sub divo legimus, audimus vero de eo quod subiungebant veteres et dicebant 'sub divo caelo'.

Martulus ἱερεύς a Marte, non marculus.

Saeva fames, non famis dicendum.

---

1 etiam *om. BC* ut *om. BC* nubes *om. M* 3 sunt caenito *BC* ut cenito *M* dictito cursito *BC* cursito dictito *M* 4 ex hac re nota sunt *BC* ex hoc nota sunt *M* 4 ito habitoque *M* ito abitoque *BC* ito abito *c*: *cf. Diom. p. 344, 33* 5 consule numerum pluralem ut puta sic quaeres *C* 6 dicendum *om. BC* pluralis cum faciat hec prata nec recipiatur hi prati *M* pluralinumerum (*corr.* -ro) ut faciat hec prata nec recipiat hi prati *B* plurali numero ut faciat haec prata nec recipiat hic (*corr.* hii) prati *C* 8 hoc est neutri *om. BC* 9 Confesi (*corr.* confessiua) uox fit ex duplici uoce abnotiua *C* abnutiva] abnegatiua *B* dicere *om. C* 10 ostende *C* 13 *fortasse* dilibuit dic unguento, non delibuit dic ungento *BC* 14 Unge dic non ungue *M*, *om. BC* 15 non lacuaria *C* est *om. BC* 16 Linteum mercatur dicitur *M* Lintea mercatur dicitur ς 17 adsciscit] adsciscit et *B* adsciscet *corr.* -it *C* 19 Sub diuo legimus audiuimus uero de eo quia subiungebant *M* Sub diu (*corr.* dio) legimus uel audimus de eo quod est subiungebant *B* sub dio legimus audimur uero deo (*corr.* sub diu legimus uel audimur de eo) quod est subiungebant *C*: *Verg. georg. III 435* sub dio caelo *C* 21 Martulus ΙΡΩϹ a marte non marculus *M* Martulus est sacerdos a marte non marculus *Bc* martulus est sacerdos a matre non masculinus *C*. *an* Martialis — non Marcialis? 22 *fortasse* sacra fames: *cf. Verg. Aen. III 57* auri sacra fames. *Capri praecepta de declinatione vocis posuit Pompeius p. 175, 30* haec fames — habes hoc in Capro de lingua latina, non de dubiis generibus: *cf. explan. in Don. p. 496, 8*

p. 2246 P.

Felicem, non filicem dicere debemus. unde et felicata opera priores dixerunt caelata. unde et felix, quam ita credo dictam, quod sit minus felix arvis.

Polenta, non pulenta dicendum est.

Fictum rationis est, fixum vetustatis. ut pingo pictum, sic fingo fictum facit participialiter.

Gobius piscis, non numquam legitur gobio.

Torpedo est, non torpido.

Nequam non malum significat, sed inutilem, et est monoptoton, ut frugi.

Vensica n habet, quia non est sine vento.

† Iam semper dicendum, quia nihil est ia. item non iamus, sed eamus.

Montosam Italiam seu Sardiniam memorato.

Scriptula dicendum, non scripula.

Tinguere dicendum, non tingere, quoniam tinguo est, et tinguis tinguit.

Ingenii profer, sic officii, quia nullus

a recto casu minor est *umquam* genetivus.

In Siciliam dicendum, non is Siciliam, *κατὰ τὸ ν*, non *κατὰ τὸ σ*, quia numquam sine n pronuntiatur.

Audacter latinum est, sed audaciter melius, quia nomina in x littera terminata in adverbiis iter adsumunt, ut atrox atrociter, ferox ferociter, velox velociter. sic audax audaciter.

---

1 Filicem non filigem (*corr.* feligem) dicere debemus unde et feliciata opera dixerunt celata et filix *B* felicem non filicem (*corr.* filicem non filigem) dicere debemus unde et feliciata opera priores dixerunt caelata unde et felix (*corr.* filix) *C* Filicem non felicem dicere debemus, unde et filicata opera dixerunt celata, et filix *p* 2 sit minus filix arurae *B* minus sit felix (*corr.* filix) arurae *C* 6 participaliter *B* 7 Gobeus piscis (pisces *corr.* -is *C*) nonnumquam gobio legitur *BC* 8 Turpedo est non turpido *BC* 10 Vesica *M. hexametrum versum restituit Lachmannus in Lucret. VI 130,* Vensica n habeat, quoniam non est sine vento 11 Iā semper dicendum nam nihil est iā *B* iam semper ñ dicendum Nam nihil est iam *C* Eam semper dicendum est, nam nihil est iam *p. fortasse* ea semper 12 montuosam *MBC* memorata *BC* 13 Scriptula dicendum non scrupula *M* Scriptula dicendum est non scripula *BC.* Scriptulum quod nunc vulgus sine t dicit *Charisius p. 105, 5* 14 Tingere dicendum non tinguere quomodo intingo et tingis tingit *B* tinguere (*corr.* tingere) dicendum non tinguere Quō intinguo et tinguis et tinguit (*corr.* intingo et tingis et tingit) *C* 15 sic] sicut *MBC* 16 umquam *om. MBC* 17 I.... scitia (*in rasura*) dicendum ĩn sicia katamon non catamo dicendum quia numquam sine n pronuntiatur *C* Inscitia dicendum non sicia (*reliquis omissis*) *B* In ciliciam non in siliciam dicendum (Inscitia dicendum non isicia *p*) quia nusquam sine n pronunciatur ϛ*p* *κατὰ τὸ ν* non *κατὰ τὸ σ*] kata MOYN non KΔTΔMOY *M* 19 in *ante* x *om. BC* 20 iter assumunt ϛ ter assumunt *MBC. fortasse* ter adsumunt dativo: *cf. Priscian. l. XV p. 76, 22* alia vero adsumunt dativo ter paenultima correpta, ut fortis forti fortiter 21 sic audax audaciter *om. BC*

p. 2246. 47 P.

Stlataris sine c littera dicendum ab stlata, rate piratica. Stellonem dicito sine i littera a similitudine stellarum. |

DE VERBIS DVBIIS

In singularibus verbis multa dubia habentur. ea per ordinem *litterarum* exequemur.

Avellanae nuces et abellinae. acris et acer, quamvis dicant plerique acris femininum, acer masculinum: sic alacris et alacer. accersere ab acciendo; accersi, non accersini. accusare arguere, incusare queri. accipiter, non acceptor. adulor illi. adsentio, quia adsensi, non adsentior. adstringe, non astringe. adulterina adulterata, at adultera quae adulterat. adventicia caena, non adventoria. aemulor illum, non illi. alium, non alius, quia alia. alvearia, non alvinae. alvus haec nunc, sed apium hic. alica, non halica. alioquin adfirmativum est. amolum, non amulum, quod non molatur. ambobus non ambis, et ambabus. amplector semel, amplexor saepius. ambitio, quando fit; ambitus, cum factus est. amaracus haec. anas et anus, utrumque femininum est. angor nomen et verbum est. antidotus haec.

---

1 Flagris sine c dicendum abstracta rate piratica *B* flaris sine c littera dicendum abstracta rate piratica *C* rate] rata *M* 2 Stillionem dicito sine e littera a similitudine stillarum *B* stilonem (*corr.* stillionem) dicito sine e littera ad similtudinem stillarum EXPLICIT *C* Stillionem dicito ad similitudinem stillarum *p.* stelionem *Festus p. 313.*

3 ITEM CAPER DE UERBIS DUBIIS *C* ITEM DE UERBIS DUBIIS *B*, *om. M* 4 dubię *B* litterarum *om. MBC* 5 exsequemur *p* exequimur *MBC* 6 Auellane nuces et abilline *C* Auellane nuces et abiline *B* Auella nuces et auellana *M* Auellanae nuces non Abellinae *p. cf. Plin. n. hist. XV 22, 88* ut in abellanis et ipso nucum genere, quas antea abellinas patrio nomine appellabant 7 femininum esse *B* accersere ab acuendo *M* accersire ab accersiendo *BCp* 8 accersi non acersiui *B* arcessi non arcessiui *p* 9 adsentio quia assensi non adsenti *B* assentio quia assensi non assenti *C* astringe non adstringe *BC* astringe non stringe *M* 10 adulterina non adulterata adultera quae adulterat *BC. fortasse* adulterina quae adulterata sunt, at adultera quae adulterat Aduentitia cena non aduentiria *M* 11 Allium non allius quia allia *BC* alios non aliis quia alia *M*: *cf. Charis. p. 70, 27* 12 Aluearia non aluinae *BC* aluari non aluine *M, om. p* Aluus haec nunc sed apium hic *BC* aluus haec sed apum hic *M* alueus haec nunc sed apium *p. fortasse* alvus haec nunc dicitur, sed apud Accium haec: *cf. Priscian. l. V p. 163, 4. l. VI p. 268, 16* alisa non (no *B*) alica *BC* haec alica non halica *p*, *om. M* 13 alioquin *corr.* alioqui *C*, alioqui *p* 14 et ambabus *om. M* 15 quando] $\overline{\text{qm}}$ *MBC* amaracus — 16 antidotus *om. B* amaracus] amararato *MC*: *Verg. Aen. I 693* mollis amaracus anus et anes *M* anas et enes *C*

p. 2247. 48 P.

aquilus color nigro proximus. arcubus pugnatur: sunt enim ab arcu: arces autem arcibus faciunt. artus artubus, artes artibus faciunt. arteriae hae. artolagoenus [ab assidendo]. attagenae hae. atramentarium, non atramentale, ut lignarium et armarium. austerus, non austeris [et austera], et austere, non austeriter; item austera et austerum. assiduus, non adsiduus, ab assidendo. ausculta, non asculta. axiculus hic, quia hic axis.

Baculum hunc, non hoc. balneum et balneas, non balineum binas tabulas dicimus, non duas: semper enim pluraliter tabulas dicimus: at epistolas duas, non binas, quoniam singulariter epistola dicitur. sic et Graeci observant. bibere, non biber. bracas, non braces.

Cannabe hoc, non cannabis. carbasus haec, non hic. caduceus hic, non caduceum. | catinus hic, non catinum. canulus haec, canuli hae. cardo hic, non haec. camarus, non cambarus. cetariae tabernae, quae nunc cretariae non recte dicuntur. cercinus, non circinus. [cucumis haec, non cucumer]. cinctus, non cinctum. cinis hic vel haec, non hoc *ciner*. cliens tam hic quam haec. clibanus hic, non clibanum. clatri hi, non haec clatra. clunis hic, non haec. coturnices, non cocturnices. colus haec

---

1 aquilus] aquibus *M* Arcubus pugnaturis (*corr.* pugnaturi *B*, *corr.* pugnatur *C*) sunt enim ab arcu arces autem *BC* Arcubus pugnatur Ns Arces autem *M* 2 artes] artis *BC* faciunt] facit *posteriore loco MBC* arteriae haec *M* 3 artolagenus *M* artolagenus *B* artolagoenus *C* artolaganus *p. fortasse* artolaganus non artolagenus attagenus haec *M* attagine hae *C* artagine hae *Bc* 4 ut lignarium ut armarium *MB* 5 item austero et austerum *M* item austera et austerum hic non haec *BC* assiduus non adsiduus ausculta non asculta *M* assiduus non asseduus ab assidendo auscultare non ascultare *BC* 6 axiculus] Ausi auxiculus *B* ausi axiculus *C* 7 Baculum hunc non hoc *BC* Baculūs hoc non hunc *M*: *cf. de dub. nom. p. 572, 13* balneas] balneus *BC* non babineum *corr. ut videtur* non balineum *M* 10 Bebere non beber *BC* Benere non bober *M*: *cf. Charis. p. 124, 1* Bracas noa braces *M et de dub. nom. p. 572, 11,* brachas non braces *BC* brachas non bracas *p* 11 Canabe hoc non canabis *B* Canabe hoc non canabes (*corr.* -bis) *C* Canna Cannale hoc non cannalis *M*, cannabi generis neutri non cannabis *de dub. nom. p. 573, 12* Carbassus *M* 12 non catinum] non catillus *M* non catiblis *BC. fortasse* non catinum, quia catillus: *cf. Charis. p. 79, 23* Canulus haec canuli hae *M* Caminus hec non camilie *BC. an* camelus haec, cameli hae? *cf. de dub. nom. p. 575, 6* cameli genere feminino dicendum 13 Camarus non cambarus *MC* Cammarus non cambarus *B* Camarus non camurus *p* Cetarie tabesneq; nunc cretariae non recte dicunt *M* Cetheriae tabernae quae nunc rethariae non recte dicantur (dicuntur *C*) *BC* 14 circinus non cercinus *p et excerpta Montepessulana* cucumis haec non cucumē *M* Cumis haec non cumen *BC. seclusi verba, quae ex iis quae infra de cucumere scripta sunt repetita et alieno loco inserta esse videntur* 15 ciner *om. MBC* 16 non clibanum hoc *B* Clatrii non *M* 17 Clunis hic non haec *BC* Clunis hec *M*, clunis hae non hi *excerpta Montepessulana*: *cf. Charis. p. 101, 4* Coturnices non cocturnices *BC* coturnices non coturinices *M* cuturnices non cocturnices *p*, cocturnices non coturnices *excerpta Mont.* Colus haec in lanificio *B et superscripto* in *C*

p. 2248 P.

lanificii. corbes hae, non hi. cornu bovis, cornus arbor. consueo, non consuo; consuere, ut fervere. congius hic. coclea sine h. cocinaria, non cocinatoria. colustrum recte. crustulum hoc. crebro, non crebre. cucurbicium pirum, non cucurbitinum. cucumis, non cucumer. curriculum hoc, ut Varro, alii hunc.

Delirare et delerare *ἀπὸ τοῦ λήρου*. dei, non dii: nam et deabus Cicero dixit: igitur deis ratio, diis consuetudo. deletum, non delitum quod quis delevit. diploma, non duploma aut duplomum. Dis pater, non Ditis. dorsum, non dorsus.

Erumna, non eramna. ebur, non ebor. elephantus, non elephans. enutrire alica recte. eliganter ab eligendo. exemplar, non exemplare: exemplar autem quod transfertur, exemplum quod fertur, quamquam alii contra. exenteravit *ἀπὸ τῶν ἐντέρων* [ab interioribus] a visceribus.

Fabrica ars, opera fabrilia. fascinum hoc. faex pluralem non habet. fervunculus a fervore, non furunculus. ficos, non ficus, nec ficibus, sed ficis. fido, non fideo. fibres hi, non fibrae. filiabus recte. forcipes fabri.

---

1 Corbes *p* Cobes *BC* colus *M*: *cf. de dub. nom. p. 574, 11* 2 h *om. C* Cocinaria non concinatoria *B* Cotinaria non cocinatoria *C* 3 colustra *p* recte *om. B* hoc *post* crustulum *om. M*, *add. BC* non crebre *BC* non cebro *M* Cucurbicium (cocurbicium *B*) pirum non cucurbitinum *BC* Cucubitium pirum non cucurbitium *M* 4 non cucumer] non cumer *B* Cuniculum ut uarro *B* Cuniculum ut uarro hoc *M* cuniculum ut uarro *C*. curriculum *scripsi ex Charisio p. 77, 11 et Nonio p. 263* 6 delerare *utroque loco BC: cf. Charis. p. 76, 19* apotu leron *M* apotuleru *C*, *in lacuna om. B* di non dii *MC* dii non dei *Bc* deabus] decibus *B* 7 Cicero] pro Cornelio I *apud Priscianum l. VII p. 294, 2* deis ratio *BC* dis ratio est *M* dis consuetudo *C* Deletum non delectum *B* delitum (*corr.* deletum) non delectum *C*. a deleo, cuius simplex in usu non est, deletum, a delino delitum nascitur, quod Probus et Caper comprobant usu quoque adiuvante *Priscianus l. IX p. 490, 7* quod quis diluerat *M* quod deleuerit *BC* 8 Dipluma non diploma aut duplomum *M* dipluma non duploma aut duplomum *C* Dipluma non duploma aut duploma aut duplomum *B* diploma non dupluma *excerpta Montepessulana* 9 non dorsus *MC* non dossum *B*: *cf. de dub. nom. p. 577, 21 Priscian l. V p. 170, 3* 10 Ebur non ebor quia (quia *om. C*) ebur nomen est *BC*, ebur non ebor qui ebur non est *excerpta Mont. fortasse* ebur non ebor, quia eburnum est: *cf. de dub. nom. p. 578, 4* elephantus] elephas *BC* 11 enutrie *MBC* 12 exemplar autem] exemplari autem *B* quod fertur] quod non transfertur *BC* 13 exterautē apoton ENTIEPON a uisceribus ab interiob; *C* exteraū a uisceribus ab interioribus *B*, *ubi* exinterauit *in margine adscriptum est* ΔΠΟΤΟΝΙΝΤΙΕΡΟΝ *M* 14 ars] urbis *B* urbs *C* faex] fex *MBC* flex *excerpta Montepessulana*. *an* fas? 15 feruunculum a feruore non furuunculum *C* feruunculum non furuunculum *B* Ficos non ficus *MC* Ficus non ficos *Bc* 16 fibres hi non fibrae *BC* fibres hi non hae *M*. *an potius* fibrae non fibres? *cf. Priscian. l. VI p, 232, 8* recte] rite *M* forcipes] forceps *BC*

p. 2248. 49 P.

freni hi et haec frena et hoc frenum: nam hic *frenus* non est. fruges hae. frons et frontes hominum, frons et frondes arborum.

Gelu sine s. gibber vitium, homo gibberosus. glutinum non glus: Virgilius gluten dixit. gluttus et gluttire et ingluvies gula. | gratuito ratio, gratis consuetudo.

Hapsus lanae vellera, non apsus.

Intro in locum, intus in loco. incudem hanc recte. insipiens non insapiens. itiner ratione, iter consuetudine. iuventus multitudo, Iuventa dea, iuventas aetas.

Marginem hunc, non hanc. manulei hi. maeandrum recte dicunt. males bestiae quaedam, non melones. materia, non materies, quia materiarius. malleus hic, non hoc malleum. menda et mendum recte. margarita haec *singulariter generis* feminini et haec pluraliter neutri. mereor de te, mereo aera. mergites messorum, mergi aves. mordicus recte. motacilla recte.

Ninguit sic effer, non ningit. nomenculator recte.

Ostrea et ostreas, quia nullum animal speciale neutrum est.

Palmus in mensura, palma in manu. partus partubus, at partes partibus. palpetrae per t genae, palpebrae per b pili. pexo capillos et repexo

---

1 frenum Nā hic ū ē fruges hae frons, *sed verbis* nam hic non est *subducta lineola notatis M*, frenum nam hae fruges non hi fruges haec frons *B* frenum Nam he non hi fruges hae frons *C* 2 frons et frontes hominum, frus et frondes arborum *excerpta Montepessulana* frondes arborum] frondes hominum arborum *M* 4 Virgilius] *georg. IIII 40* collectumque haec ipsa ad munera gluten, *ib. 160* lentum de cortice gluten. *utroque exemplo usus est Charisius p. 87, 22 et 131, 19* gluttus inglutire *M* gluttus ingluttire *C* gluttus a gluttire *Bc* ingluvies] ingluuias *M* gratuito *MC* gratuita *Bc* 6 absus lane uellera non absus *C* Absus lanae uellus *B* hapsum uellera lanae non hapsus *p*, *om. M* 7 non insapiens *BC* non sapiens *M* 8 itiner in ratione iter in consuetudine *B et superscripto posteriore loco* in *C* multitudinis *B* dea at iuuentas aetas *BC* manulea 10 manule hi andreā recte dicunt *M* manulei hi male aranea recte dicitur *C*, *om. B*. maeandrum *recepi ex Nonio p. 140* maeander est picturae genus: *cf. Verg. Aen. V 250* quam plurima circum Purpura maeandro duplici Meliboea cucurrit 11 Males bestiae *MB* male si bisteae *C* meles bestiae *p.* maeles *scripsisse videtur grammaticus* melones] meclones *C* quia materiarum *MBC* 12 malleus] mallens *corr.* malleus *C* 13 singulariter generis *om. MBC* 14 mereo aera *C* mero aerā *M*, *om. B* mergites mersorum *M* mergentes mersorum *C*, *om. B* mordicus recte motacilla recte *om. B* 15 mortacilla *corr.* motacilla *C* 16 ningit sic efferunt non ninguit *BC* ninguo *Priscianus l. X p. 504, 7* nomenculator] non inculator, *sed deletum a correctore C*, non inculcor *B* 17 ostrea] *Charis. p. 57, 24* et dicenda haec ostrea feminine singulari numero, quia ita ab eruditis non vane adnotatum est, nullius animalis speciale nomen inveniri quod neutrale sit: *cf. Cledon. p. 41, 27* quia dicit Varro nullam rem animalem neutro genere declinari est *om. B* 18 Palmus] Palmum *MBC* at partes] ut partes *B* 19 Palpebrae et genae palpebrae pupilli M Palpetre gene palpebre pili *B* papetrae genae palphebeae pili *C. correxi ex Charisio p. 105, 14*

p. 2249. 50 P.

recte. pelagus neutrale est nec habet pluralem. pessulum, non pestulum. privilegium, quod privet lege, non primilegium. prunam feminine dicimus carbonem, pruna neutraliter poma. pumex hic recte. puteanam, non putealem. pulvis hic, non pulver.

Quadrata amphora. quatinus | coniunctio causalis est, quatenus *adverbium* loci aut temporis. quando temporale, quanto causativum.

Rapum hoc, non rapa. horum retium, non retum, quia genetivus numquam pauciores syllabas habet quam nominativus.

Sartum, non sarsum. sanguis hic, non sanguen. sarcinatorem recte. saepes haec recte. sal hic, sales ioci sunt. scrupulus hic. serpentium, non serpentum. similaginem farinam recte. sterquilinium hoc. striges [strigis], non strigae: striga intervallum turmarum, ubi equi stringuntur. stipes, non stips. sternuit, non sternutat. stimulus hic. succilus, cum sanguis se cilio subfundit. cilium autem inter oculos et supercilium est.

---

1 nec] non *C* pessulum] pexulum *MC* 2 quod — primilegium *om. C* lege] legem *M* legium *B* primilegium] priumilegium *M* Prunam feminine (feminae *C*) carbonem pruna (pluna *C*) neutraliter poma *BC* prunum^{s} fe$\bar{\text{m}}$ g$\bar{\text{n}}$r arbor pruna neutraliter poma *M* 3 pomex *C* recte *om. M* puteanam non putealem *BC* puta non pute *M*. *an* puteanam aquam dicimus, non putealem? 5 quadra amphora *C* quadra anfora *B* Quatinus coniunctio est quatenus loci aut temporis *M* Quatinus (*corr.* Quatenus) accusatiuum est quatenus (*corr.* quatinus) loci aut temporis *B* quatinus causatiuum est quatenus loci aut temporis *C*: *cf. supra p. 100, 9* 6 quanto causatiuum *M* quanto accusatiuum *B* quando causatiuum *C*. quando *priore syllaba acuta temporale, posteriore acuta causativum esse adnotaverunt Charisius p. 111, 27, Festus p. 258, alii* 7 rapum hoc non rapa *C* rapa hec *M*, *om. B* hoc (*corr.* harum) retium non retum quia genitiuus numquam pauciores syllabas habet quam nominatiuus recte hoc sartum *C* horum retium hoc nec (*corr.* ñ) rectum quia negitiuus numquam pauciores syllabas habet quam nominatiuus Recte hoc sartum *B* Retium hoc non rectum quia genetiuus numquam potior ē syllabis quam nominatiuus recte sartum *M*. retium, non retum, quoniam, ut ait Plinius sermonis dubii libro VI, genetivus numquam pauciores syllabas habet quam nominativus *Charisius p. 142, 12* 9 sarsum] sorsum *C* sanguen] sanguinen *corr.* sanguen *B* sarcinatorem recte *C* sarcinator. ē recte *M* Sarcinatorem (*om.* recte) *B* 10 Sepes *MBC* Sal hic sales ioci sunt *B* sal hic salis loci s̄ *C* Salix salicis *M* Scrupulus *B* scrupulis *C* scripulus *M*. Scrupus hic *excerpta Montepessulana*. scrupulum *masculino, non neutro genere dici voluit grammaticus, quamquam* scripulus *defendi poterat coll. Charis. p. 105, 5* 11 sterquilinum *C* Striges strigis non strige striga intna ubi equi stringuntur *M* Striget striges non strige (strage *corr.* strige *B*) striga in turma (interma *C*) ubi equi distringuntur *BC*, Strex et stringiis non stringiae Striga in turma ubi equi distringuntur *excerpta Mont. correxi ex Charisio p. 109, 14* 13 sternua non sternutat *M* sternutat non sturnutat *B* sternuat non sternutat *C* sternutat non sternuat *c*, stertat non sternutat *excerpta Mont.* hic *post* stimulus *om. C* Succilus secum sanguis secilio subfundit *B* Siccilus secum sanguis secilio suffundit *C* succilus secus sanguis suffunditur *M*, *fortasse* succilium

p. 2250 P.

Talio haec. tenta et extenta recte. tersum, non tertum. tundo tutudi.

Vallus haec, qua frumentum excutitur. vatillum hoc. vates olim vatios dicebant. vas, alii vasum. vesper stella, vespera tempus. vectes hae et hi, ut veteres. unguis, non ungis. vulpes, quasi volipes. utensilia et utilia. upilio, nunc opilio. utrisque manibus et utraque manu recte.

---

1 Tabo haec *excerpta Mont.* et *om. M* tundo et tutudi *B* 2 uallus hec quo *M* uallus hic quo *Bc* uallis hec quo *C. cf. de dub. nom. p. 592, 22* vallus in qua frumentum excutitur generis feminini, ut Virgilius (*georg. I 166*) 'nunc mystica vallus', *Serv. in Verg. l. c.* mystica vannus Iacchi, id est cribrum areale, legimus tamen et 'vallus' secundum Varronem Uates olim uacios dicebant *B* soliuacios dicebant *C. an* vates olim poetas dicebant? 3 uectes haec et hii *B* uectes hae hi *C* 4 ungues non ungis *B* unges non ungs *C* ungues non unx *M* uulpes hae quasi uolupedes (uolupes *corr.* uolupedes *B*) *BC* utensilia et utilia *om. B* 5 upilio nunc opilio *excerpta Montepessulana,* upilio non cupilio *M* opilio noncupilio *BC* opilio non upilio *p: Verg. bucol. 1, 19* 'venit et upilio manu recte EXPL *C,* manu recte metor metaris eligo metior metiris mensuro meto metis incido inseco clientulus nutritor alumnus dicitur ab alendo et qui nutrit et qui nutritur pedagogus nutritor paruulorum | EXPLICIT| hecho imitatio uocis *B. eadem quae in B addita sunt Putschius edidit sic,* manu recte. Metor — paruulorum. Heho imitatio vocis

ARS AGROECII DE ORTHOGRAPHIA

DOMINO EVCHERIO EPISCOPO AGROECIVS

p. 2265 P.

Libellum Capri de orthographia misisti mihi. haec quoque res proposito tuo et moribus tuis congrua est, ut, qui nos in huius vitae actibus corrigere vis, etiam in scribendi studiis emendares. nihil ergo quod in nobis est alienum a castigatione tua credis: omnia nostra, et quae dictu parva sunt, sollicita indage rimaris, a vivendo ad scribendum, ab animo ad manum, a corde ad articulum pervenis. hoc est vere summum dei sacerdotem *esse*, commissos sibi homines, ut ipsi dicitis, et secundum spiritum imbuere et secundum litteram perdocere. huic ergo Capri libello, qui est de orthographia et de proprietate ac differentia sermonum, quaedam adicienda subieci, non quod vir tantae peritiae aliquid praetermiserit, tam multis praesertim litterarum operibus celebratus et in commentando etiam Cicerone praecipuus, sed quia nos difficilia putamus quae ille ut

---

M codex Montepessulanus 306
B codex Bernensis 432
C codex Bernensis 338
c eiusdem codicis corrector
ς editiones antiquissimae ex editione Veneta Nicolai Iensoni expressae, ex quibus pauca adscripta sunt
p editio Putschii, ex qua item pauca adscripta sunt

EPLA AGROECII AD EUCHERIUM EPM Domino meo eucherio epo agroetius salutem *M* INCP ARS AGROECII DE ORTHOGRAFIA DNO eucherio episcopo agroetius *B* INCIP ARS AGROETII RETHORIS DE ORTOGRAPHIA FELICITER Domino eucherio episcopo agroetius *C* Agraetius de orthographia et proprietate et differentia sermonis. Domino meo Eucherio Episcopo Agraetius salutem dicit ς 1 p̄posito *B* 2 tuis *om. C* ut qui nos *M* ut quę nos *C* ut quā nos, *sed deleto* nos *B*, ut quia scilicet nos ς 3 ergo quod] quoque *C* 4 credis omnia *B* credas omnia *M* credis cum omnia *C* etiam quae *p* 5 parva] praua *C*, uel parua *superscr. c* sunt] sint *B* 7 esse *om. MBC*: summum sacerdotem dei esse ς 8 perducere *M* capri libro uel libello *BC* 9 qui est] quem *M*, *om. BC* 10 non quod *BC* non quia *M* 11 et in commendando etiam ciceronē (ciceceronē *corr.* -ne *C*) praecipuus *BC* et qui commentando etiam ciceronē praecipuus *M. fortasse* et qui commentando etiam Cicerone est praecipuus 12 sed quia] siue quā *B* sed *C*

p. 2265. 66 P.

facilia neglexit. ego autem credidi haec ambigua aliquantis videri, quia mihi obscura frequenter fuissent. ad te igitur hoc opusculum mittitur, in quo laborabis plurimum, cui necesse est emendare ipsum qui aliquid emendare praesumpsit. donabit divina pietas ut, qui scriptum a te observare volumus, etiam praescriptum tuum servare possimus. vale memor nostri, decus et praesidium meum.

Agroecius cum latine scribis, per diphthongon scribendum, non, ut quidam putant, per i Agricius.

Triceni de tricentis dices, trigeni de triginta.

Accersit qui evocat, arcessit qui accusat, sicut Cicero 'non capitis arcessere'.

Ecquando increpando vel inquirendo interrogantis adverbium est, [et] quando simpliciter loquentis. similiter en, cum ostendis; em, cum increpas: Cicero 'em cui tuos liberos tute committas': hem, cum dolor iram moverit, aut cum admiratio vel cogitatio stuporem.

Acervus moles est, acerbus inmaturus et asper. Segnis, insignis.

Abitum sine aspiratione de abscessu scribis, habitum de vestitu vel gestu membrisque dicimus.

Sicut 'primus e multis' et 'prior e duobus', ita postremus | de multis et posterior de duobus et alter de duobus dicitur, alius de multis.

Vae interiectio dolentis est, ve coniunctio subiunctiva. praemium cum

---

IN

1 ego autem] Ego hoc *C* aliquantis] aliquan *M* quia mihi — fuissent *M* quae mihi — fuerunt *BC* 2 opusculum] opus *BC* 3 in quo *om. C* laborabis plurimum spu laboris plurimum *B* ipsum] eum *BC* 4 praesumpsi *M* qui etiam scriptum a te obseruare uolumus (uoluimus *B*) etiam praescriptum tuum seruare possimus *BC* 5 uale INCIP ORTOGRAPHIA AGROECII RETHORIS Agroecius et cum latine scribas *B* uale INCIPIT ORTOGRAPHIA EIUSDEM Agroetius cum latine scribas *C* 7 Agroetius sicut (Agroecius sicut et *Sang.*) apud grecos scribitur cum diptongo scribendum quia grecum nomen est. siagrius uero absque diptongo. Triceni *codex Bernensis 330 et Sangermanensis 1180* Agroetius cum latine scribas *M* per diptongum oe *C* 8 per y Agrytius *MBC* 9 Treceni de trecentis trigeni de treginta *C* 10 non capitis arcessisse uel arcessere *BC* nos capitis arcessere *p: Cic. p. Deiot. 11, 30* 12 adverbium *om. BC* 13 similiter enim cum ostendis en cum increpas: Cicero en cui tu quoque libere liberos tute committas hem cum dolor ꝥ similiter en cum ostendis, Cicero en cui tuos liberos tute committas: item cum dolor *p* 14 em cui] *Cic. in Verr. act. sec. I 37, 93* tuos *BC* tu qq *M* liberos] leberos *B* iram commouerit *B* 16 moles est *Beda p. 2777*, molis est *M* molis (*corr.* -es) uel cumulus *C* molis est uel mole *B* inmaturus uel asper *B* Segnis insignis *B* Segnis ..... *spatio octo litterarum in fine versus relicto M*, Segnis insignis dicendum *C* segnis uel insegnis de pigro uel non pigro dicendum *c* 17 abcessu *M* 18 gestu membrorum cum aspiratione Sic primus de multis *C* 19 sicut] sic *B* prior ex duobus *M* ita postremus de multis et posterior e duobus *in initio paginae repetitum est in M* 20 et *ante* posterior *et ante* alter *om. BC* posterior e (*corr. al. m.* de *B*) duobus *MBC* 21 est *post* dolentis *om. M, add. BC* proemium cum (oe *add. c*) diptongo *C*

p. 2266. 67 P.

diphthongo scribendum; pretium precor sine diphthongo. veteres enim maioris rei sermones cum diphthongo et quadam dignitate scribi voluerunt. precari autem est rogare, inprecari maledicere, deprecari excusare et expurgare: Virgilius 'equidem merui nec deprecor inquit', Cicero 'quid faciet Hortensius? avaritiaene crimina frugalitatis laudibus deprecabitur?'

Nubo nupsi: cum vocalis sequitur, b esse debet; cum consonans, p. similiter scribo scripsi.

Fides de fidelitate, fidis de chorda.

Disertus orator est, desertus derelictus. delator qui defert ad accusandum, dilator qui differt | ad proferendum. deluit purgat, diluit temperat: Livius de morte Mithridatis 'quod cum diluisset'.

Adversum te adversarius, adversus te imitator.

Hinnuleus, ut acutum sit, quia nomen a sono vocis accepit.

Deduco de amico producendo, diduco autem est distraho. derectum in rectum vadens, directum in latera rectum.

Partem nomen est, partim adverbium.

Fastus de superbia facit genetivo plurali fastuum, fastus de libris facit fastorum.

Expectatur venturus, spectatur qui videtur vel probatur.

Apparet qui videtur, adparet qui obsequitur, non regulae ratione, sed discernendi intellectus gratia.

Hercules Achilles Verres recto casu per e scribuntur, genetivo autem per i; et omnia huius modi nomina e *longam, i* brevem habent.

---

1 pretium (et *add. B*) precatus sine oe ueteres *BC* 2 maioris] maiores *C* scribi] dici et scribi *BC* 3 et purgare se *BC* 4 equidem] *Verg. Aen. XII 931* inquit *om. BC, add. M* 5 quid] quidem *corr. al. m.* quid *B*: *Cic. in Verr. act. sec. II 78, 192* auaritiae nec *M et deleto* c *BC* frugalitatis *MBc* frugalitatibus *C* 7 Nubo nubsi (*corr.* nupsi *c*, nupsit *B*) scribo scripsi (scripsit *B*) cum uocalis sequitur b esse debet et cum consonans p Fides *BC* debet *om. M* 9 Fides fidei de credulitate, fides fidis de chorda, utraque es longa *Beda p. 2785*: *cf. Charis. p. 69, 18. 70, 16* corda *MBC* 10 Dissertus orator *BC* 11 dilator qui differt *om. B* difert *C* ad proferendum. Traducta est getulis: nec ducit arena nocentes: et delator habet quod dedit exilium. Deluit purgat ς: *Martial. epigr. 4, 3* 12 metridatis quod diluisset *B* mitridatis quam diluisset (*corr.* deluisset) *C. fortasse* Livius 'de morte Mithridatis cum diluisset' 13 imitator] emitator *B* emittatur *C* 14 Hinnuleus — accepit *spatio vacuo relicto om. M,* Inuleus ut acutum sit quia nomen a sono uocis accipit *B* inutile aut accusatum est quia nomen ex sono uocis accepit *C. fortasse* hinnulus ut i acutum sit 15 autem hoc est *BC* 16 in latera uel in late rectum *C* in latera rectum uel in latearrectum *B* 18 facit] et facit *utroque loco BC* plurali *om. M, add. BC* fastus de libris *M*ς fasta s̄ de libris *B* fastum de libris *C* fastos de libris *p* 21 quid obsequitur *B* 22 gratia est *B* gratia hoc fit *C* 24 omnia *om. C* huius modi] eiusdem modi *Bp* e longam i breuem habent] e breue habent *C*, e breue hab' *sed* e *et* hab' *ras. M*, .i. breuis e *B, om. p*

p. 2267. 68 P.

Fuerimus coniunctivo modo tempore praeterito perfecto, i brevis est; et fuerimus eodem modo tempore futuro, i longa est * in verbo passivo indicativi modi temporis futuri dicar diceris.

Miramur opera, admiramur virtutes.

Labium superius dicitur, labrum inferius. rostrum non nisi quod incurvum est.

Exercitus laboribus, exercitatus studiis.

Minores esse res aliquas aut homines dicimus. nam minoris emptum aut aestimatum quippiam recte scribimus, sicut et pluris, quod maiore summa taxatur. plures vero de multitudine scribimus. plures comparativus gradus est: Cicero 'unus plures praedonum duces cepit Publius Servilius quam ceteri'. positivum habet 'multi', superlativum 'plurimi'. cepit de capiendo, coepit de incipiendo scribimus.

Vterque de duobus dicimus, utrique de binis aut pluribus ex utraque parte positis, uterque venit, utrique veniunt: Cicero 'iubeo promi utrosque, binos habebam', quia Delphica vasa paria semper sunt, unde ipse Cicero 'dicebat scyphorum paria conplura'.

Quaeritur de inquirendo, queritur de implorando scribimus. sic et | quaestus lucri, questus lacrimarum.

Poculum vas est, potio quod hauritur: Cicero 'accepto poculo subito in media potione exclamavit'. 'dimidiatum calicem bibi', non dimidium dicere debemus. non enim ipsum vas bibis, sed quod intra vas est.

Olim et quondam et aliquando tria tempora tenent. praeteriti tem-

---

1 i brevis est] e breuis est *M* e breue est *C* et breuis est *Bp* 2 et *ante* fuerimus *om. Bp* tempore futuro et longa est in uerbo passiuo indicatiui modi (modo *corr.* -di *C*) temporis futuri dicar diceris *MC*, *sed* et — diceris *in rasura sequente octo fere litterarum spatio M*, tempore futuro et longa est cum diceris (diceres *p*) uerbo actiuo coniunctiuo modo diceris uerbo passiuo indicatiuo modo *Bp. lacunam indicavi, in qua quaedam excidisse videntur de differentia temporis praesentis et futuri in activo verbo,* dico dicis *et* dicam dices, *et in passivo verbo*, dicor diceris *et* dicar diceris 4 admiramur] ammiramur *B* 5 imferius *M* 6 incoruum *B* 7 exercitus laboris (*corr.* -ibus) et exercitus studiis *C* 8 res alias aut (ut *C*) homines *BC* 9 aestimatum] ue.stimatum *B* 10 texatur *C*, *corr. al. m.* taxatur *B* comparatiuus gradus (grecus *corr. al. m.* gradus *B*) est cicero *BC* comparatiui gradus est sic̄ cicero *M: Cic. in Verr. act. sec. V 26, 66* 11 coepit publius seruilius *M* cepit seruilius *B* coepit seruilius *C* 12 habent *B* 13 scribimus] dicimus *C* 14 dicimus] scribimus *C* 15 veniunt] uenerunt uel ueniunt *BC* iubeo] *Cic. in Verr. act. sec. IIII 14, 32* 16 binos habebam quia ad delficam uasa paria *BC* binos ut habeam quę ad delfica uasa comparia *M* 17 dicebat] *Cic. in Verr. act. sec. II 19, 47* conplura *M* cōplura uel cōpluria *C* conplura uel conpluralia *B* 18 sic et quaestus (questus *B*) lucri et questus lacrimarum *BC* 20 quod *BC* quae *M* accepto] *Cic. p. Cluent. 10, 30* 22 sed *om. C* 23 et *ante* quondam *om. BC* praeteriti praesentis temporis et futuri adfatim inueniuntur exempla praesentis demus *B* praeteriti praesentis et futuri adfatim inueniuntur de his exempla praesentis temporis exemplum demus *C*

p. 2268 P.

poris et futuri adfatim inveniuntur exempla; sed praesentis demus, quod difficilius videtur,

litora quod tumidis submersum tunditur olim
fluctibus:
quondam etiam victis redit in praecordia virtus:
'expergiscimini aliquando et capessite rem publicam'.

Conscribere est multa simul scribere, exscribere quod alibi scriptum sit transferre; transcribere, cum ius nostrum in alium transit, inscribere accusationis, adscribere adsignationis, describere dictionis vel ordinationis.

Exstruere est in altum struere, instruere aciem vel actionem, adstruere adfirmare, construere in struendo coniungere, substruere re aliqua superposita subter struere.

'Memini me facere' dicere debemus, non 'memini me fecisse'. nam 'memini' sermo est totus praeteriti temporis, qui ante factam rem in praesens revocat, et si dixeris 'memini me fecisse', duo praeterita simul iungis: Cicero 'memini Pamphilum Lilybetanum mihi narrare' [solitum], idem infra 'respondi Metello, ut debui, etiam illud memini me dicere': Terentius

ego illam vidi, virginem forma bona
memini me videre:

Virgilius

cantando [solitum] memini me condere soles,

idem 'memini Auruncos ita ferre senes', et multis praeterea locis. neque invenitur ubi ab aliis magnis auctoribus 'memini' positum sit, ut non

---

1 quod difficilius est uel difficile uidetur tumidis quod fluctibus olim tunditur quondam *BC* 3 litora] *Verg. Aen. V 215* 5 quondam] *Verg. Aen. II 367* 6 expergescemini *B* expergescimini *C*: *Sallust. Cat. 52, 5* 7 multa simul *BC et Beda p. 2782*, simul multa *M* excribere *C* quod alii scriptum sit *B* quod alii 'conscriptum sit *C*, *corr.* quod aliunde alibi conscribitur *c* 8 transcribere (*superscr.* ē *C*) cuius nostrum *BC* inscribere accusationis *Beda*, inscribere accusationis uel occasionis *M* inscribere actionisunt uel accusationis *B* inscribere actionis est uel accusationis *C* 9 discribere *B* 10 ordinationis extruere est *BC* ordinationis est exstruere *M* 12 substruere re aliqua superposita supter struere *M* substruere aliqua supra posita substruere *B* uel aliqua supra posita substruere *C* 15 ante actam *Beda p. 2791* 16 revocat] reuocet uel reuocat *B* reuocet (*corr.* -at) uel contra *C* et *ante* si *om. C* 17 memini Pamphilum Lilybetanum *p* memini pamphilum libitanum *BC* me lybitanum pamphilum *M* memini me pamphilum Libytanium ς: *Cic. in Verr. act. sec. IIII 14, 32* 18 respondi] *Cic. in Verr. act. sec. IIII 66, 147* metello et debui, *sed deletis v.* et debui *C* illud] aliud *M* 20 ergo *corr.* ego *C*: *Terent. Andr. II 5, 17* 21 memini *MBC* qua memini *c* 23 cantando] *Verg. bucol. 9, 52* 24 idem — senes *om. C* memini me auruncos *M*: *Verg. Aen. VII 205* senes] seniores *B* et] ex *C* praeterea in locis *M* 25 neque] raro *C*

p. 2268. 69 P.

addatur aut 'esse' aut aliquis talis sermo, qui praesens tempus restituat, nisi uno loco [et quasi hoc mirabile uno loco],

namque sub Oebaliae memini me turribus altis
Corycium | vidisse senem,

quod poetae pro necessitate metri licuit usurpare.

Instar illius rei dicere debemus, non ad instar.

Quaeritur ab aliquantis, quare s littera inter liquidas posita sit, cum vel sola facere syllabam videatur ac per hoc dicta sit suae cuiusdam potestatis esse, aliae autem liquidae in ipso concursu litterarum et sermonum ita conglutinentur, ut paene interire videantur. haec ratio est: apud Latium, unde latinitas orta est, maior populus et magis egregiis artibus pollens Tusci fuerunt, qui quidem natura linguae suae s litteram raro exprimunt. haec res eam fecit haberi liquidam.

Arbor omne lignum dicitur, arbusta non nisi fructifera.

Hora dierum est, ora finium.

Pignera rerum sunt, pignora filiorum et adfectionum.

Columbae quae mansuefieri possunt et domibus adsuescere, palumbes ferae saxis silvisque inhabitantes.

Rubor coloris est, robur virtutis, robor arboris.

Veniunt qui vendunt, veneunt quae venduntur.

Consuescimus bona, insuescimus mala, adsuescimus utraque.

Contingunt bona, accidunt mala, eveniunt utraque.

Fungi agere est, defungi [deficere vel] peragere.

Adolescere augmenti est, inolescere coaugmenti, exolescere evanescendi.

Avenae sterile germen, habenae retinacula iumentorum. hoc de habendi potestate, illud de occupandi aviditate dictum.

Deuncem decem uncias dicimus, diuncem undecim.

Pulchritudo formae in viris dignitas, unde Cicero pro Caelio 'quis non possit huic aetati atque huic dignitati, etsi sine suspi-

---

1 aliquis talis *M* aliquantus *B* aliquis *c* 2 nisi uno loco et $\overline{qs}$ hoc mirabile uno loco namque *M* nisi uno loco namque *B* nisi in uno loco namque *C* nisi uno loco et quasi hoc mirabile namque ς: *Verg. georg. IIII 125* 3 Oebaliae ς eboliae *B* eoliae *C*, *in lacuna om. M* 5 usurpari *B* 8 vel] uelut *MBC* facere syllabam *BC* syllaba haberi *M* 9 esse *C* est *B*, *om. M* 10 conglutinantur *C* conglutiuntur *B* 11 Latium] latinum *B* latinos *C* orta est et maior *M* maiores populi *C* 13 raro] roro *corr. al. m.* raro *B* facit habere *B* 14 dicitur *om. M* arbusta nonnisi fructifera *Beda p. 2778*, arbos nonnisi fructifera *MB* sed nonnisi fructifera *C* 17 mansuetae fieri *M* 18 ferae et saxis *BC et Beda p. 2782* 19 rubur (*corr.* robur) uirtus robor arbor *C* 20 quae] qui *M et Beda p. 2804* 22 contigunt *M* 23 deficere vel *om. BC et Beda. p. 2785, add. M* 24 augmenti] mentis *B* euanescendi $\bar{e}$ *M* euaniscendi *B* 27 decem nntias decimus *B* 28 pro Caelio quis] pro aliquis *C*: *Cic. p. Cael. 3, 8* 29 huic *posteriore loco om. p* et sine suspicatione *B* etiamsi sine suspicione *p*

p. 2269. 70 P.

tione, at non sine argumento maledicere?' in feminis autem honestas dicitur, unde Terentius de horrido et sene Eunucho 'illumne inhonestum hominem [ambulare]'. formositas vero in luxuriosis: Virgilius

formosum pastor Corydon ardebat Alexin.

Ipse pronomen dignitatis est, iste abiectionis.

Donum dantis est, munus accipientis. illud a dando, hoc a muniendo vel a monendo | dictum.

Has manus unius hominis dicimus, hanc manum multorum hominum.

Coarguere est coercere et compescere, arguere ostendere et patefacere: Virgilius 'degeneres animos timor arguit'. unde argumenta dicuntur quae causam ostendunt.

Sunt sermones, ut ita dixerim, communes duo sibi contraria significantes. vector dicitur et qui portat et qui portatur. hospes et qui recipit et qui recipitur. sacer et venerandus et execrandus: Virgilius 'auri sacra fames'. ultus et vindicatus et punitus. gratia et bonae et malae rei causa: nam sicut dicimus 'amicitiarum et beneficii gratia', ita Sallustius 'obprobrii gratia', et Cicero 'relegationis ac supplicii gratia colenda et fruenda tradiderat', et Terentius 'qui referam sacrilego illi gratiam'. suffragia populi et quae honorant dicuntur et quae damnant: Cicero de praetura urbana 'istum vis ulla ex populi Romani suffragiis eripere poterit'. donamus et illud quod damus et illum cui damus. adficimur honore et adficimur iniuria. elevamus et quae in altum attollimus et quae adnullando leviora facimus. subducimus et quae retro subtrahimus et quae in promptu offerimus: Sallustius bello Catilinario

---

1 at non *MC* ac non *c* aut non *B* 2 unde Terentius de horrido et sene eunucho ς in unde terentius de horrido et si sine cultu eunucho *M* unde terentius de ordo etsi sene eunucho *B* unde ..... eunucho *aliquot litteris defectu membranarum perditis C. fortasse* unde Terentius de horrido et inculto sene Eunucho: *Terent. Eunuch. II 3, 65* illumne honestum *BC* 3 ambulare *om. BC, add. M* 4 formosum] *Verg. bucol. 2, 1* ardebat alexis *C, om. Bp* 6 hoc a mouendo uel a monendo dictum *BC* 8 hanc (hunc *C*) manum multos homines *BC* 10 degeneres] *Verg. Aen. IIII 13* animas *B* 13 hospes est qui *B* 14 auri] *Verg. Aen. III 57* 16 dicimus] diximus *C* ita supplicii gratia Salustius obprobrii gratia *C: Sallust. Cat. 23, 1* quem censores senatu probri gratia moverant 17 et *ante* Cicero *om. B* relegationis *M* religationis *B* religionis *pC: Cic. p. Rosc. Amer. 15, 43* 18 fruenda *MC* seruanda *Bp* quid referam *B: Terent. Eunuch. V 3, 2* 20 praetura *M* praefectura *BC* istum uis illa populi suffragiis eximere poterit *p: Cic. in Verr. act. sec. I 5, 14* non vereor ne aut istum vis ulla ex populi Romani suffragiis eripere aut a me ullum munus aedilitatis amplius aut gratius populo Romano esse possit 21 eripere ne poterit *M* poterit Ubi eum pudet donamus *B: cf. p. 120, 3* 22 cui damus] cui donamus *C* 23 adnullando] adlando *Bp* 24 Sallustius bello Catilinario] salustius bello catilina *M* bello uel catilinae salustius *C* bello catillinae uel catilenae salustius *B: Sallust. Catil. 59, 3*

p. 2270. 71 P.

'optimum quemque in primam aciem subduxit'. 'me tui pudet' dicit et quem de alterius facto pudet et quem de suo: Terentius in Adelphis sub verbis Aeschini 'ubi eum pudet patri non ante confessum'. discrimen periculum vel diversitas. reditus regressus vel lucrum. supremus summus et ultimus et superiorem et inferiorem significant. altum et quod sursum est et quod deorsum. procul et longe et prope significat: Virgilius

clipeo est excussa [sagitta] proculque
egregium Antorem *latus inter et ilia fixit.*

damnatus et addictus et absolutus: idem Virgilius

quem damnet labor aut quo vergat pondere letum,

id est quem virtus sua absolvat aut victorem faciat. numquam enim tantus auctor in duabus diversis lancibus unam rem ponebat, praesertim cum interponeret 'aut' coniunctionem disiunctivam. idem ipse alio | loco 'damnabis tu quoque votis'. sicut voti reos dixerat, ita et absolvendos dixit. unde et in iure 'damnas esto legato' dicitur, hoc est 'solvendo esto', quod solvi omnibus modis necesse est, etiamsi res legatur aliena. in praepositio utriusque casus, cum in loquelas transit, fit etiam communis intellectus. nam et satis et parum et factum aliquid et non factum significat, sicut inpotens et infractus. latere et absconsum esse aliquid dicimus et late patere: Virgilius 'et scuta latentia condunt' et 'torva solum sub fronte latebat'. horrendum dicimus

---

2 dicit] dici *corr.* dicimus *C*, *om. M* Terentius — Aeschini] in adelphorum libris terentius sub uerbis aeschini *M* Cicero in adelfis sub uerbis aesceni *C* Cicero in adelphorum sub uerbis aesceni *B*: *Terent. Adelph. IIII 5, 49* 4 discrimen — lucrum *om. BC, add. M* 5 significat *MBC* 7 Virgilius *om. MB, add. C* 8 clipeo excussa sagitta proculque *M* clipeo (excussa *add. c*) sagitta procul *C* Clepeo est excussa sagitta proculque *B*: *Verg. Aen. X 777* 9 Antorem] antor est *B* Antenorem *MC* latus — fixit *om. MBC, add. p* 10 damnatus et addictus et absolutus *Mc* dampnat et addat et absolutus *C* damnatus et addictus et additus et absolutus *B* 11 quem] qui *B: Verg. Aen. XII 727* aut quo vergat pondere letum *om. B*, aut quo vergat pondere *om. C* letum] loetum *MC* 12 id est] adest *corr. al. m.* id est *B* absoluat et uictorem *M* tantus auctor *om. BC* 14 disiunctivam] distantiuam *B* damnabis] *Verg. bucol. 5, 80* 15 reos] reus *M* absoluendas *B* 16 dixit] dixerat *C* et in iure *M* et iure *BC* damnans istum esto ligatum (*corr.* legatum) dicitur hoc est soluendo esto istum quod *M* damnas esto legamen dicitur hoc est soluendo esto quod *B* dampnatus esto legibus dicitur et soluendus esto quod *C* 17 etiamsi res ligatur uel agitur uel soluitur alieno, *sed deletis v.* uel agitur *C* legatur] ligatur *B* 18 loquelas] loquela *C* fit] sit *C* 19 nam uel et satis *BC* aliquid aut non factum *C* aliquid uel quod aut non factum *B* 20 impotens *M* imfractus *M*, infactus *corr.* infectus *C* 21 et sic̄ alatentia candunt *B: Verg. Aen. III 237* 22 torua *B* corua *C* curua *M*: *Verg. Aen. III 636* sub fronte] suffronta *B* horridum dicimus despicabile: horrendum admirandum *p*

p. 2271. 72 P.

et despicabile aliquid et admirandum: Virgilius 'oculos horrenda in virgine fixos'.

Advocatur daturus patrocinium, invocatur praestaturus auxilium, evocatur praebiturus obsequium.

Inluvies sordium est, ingluvies ventris. illud a non lavando, hoc ab inglutiendo dictum.

Torris lignum praeustum, torrens aquae per praerupta decursus.

Commonemus praeterita, ammonemus praesentia, monemus futura.

Ne multas habet significationes: ne longa adverbium prohibendi, ut est 'ne quaere doceri': ne brevis coniunctio disiunctiva, ut est 'hominesne feraene': item ne longa coniunctio causalis, ut est 'ne tenues pluviae' et 'ne subeant herbae'.

Temeritas sine consilio dicitur, audacia post consilium.

Velocitas pedum et corporum, celeritas animorum atque factorum.

Gaudium animi, laetitia et exultatio etiam verborum atque membrorum.

Vlcus est quod nascitur, vulnus quod per alium fit.

Vivum de victuro dicimus, viventem de morituro.

Nascitur quod de utero decidit, enascitur quod de terra aut de aqua exsurgit.

Adducitur quis ad rem inhonestam, perducitur ad studia, deducitur ad honorem.

Eluxit *qui* luctum deposuit; inluxit, cum lumen apparuit.

Nuntiatur de longinquo, denuntiatur in praesenti, adnuntiatur de futuro, renuntiatur de excusando [vel respondendo] vel repudiando: Cicero | 'renuntiata est tota condicio'.

Deportare deponere, adportare est aliquid adferre, conportare in unum locum conferre, exportare tollere.

---

1 dispicabile *C* displicabile *B* aliquid ammirandum *C* oculos] *Verg. Aen. XI 507* 2 fixas *corr.* -os *C* 5 inluvies] inlugies *B* a non lauando *c* an non lauando *M* a non laudando *BC* 7 torres lignum perustum *B* per praerupta] in praerupta *M* decursus *MBC* decurrens *c* 8 monemus] praemonemus *p* 9 significationes habet *BC* 10 ne quaeras *BC: Verg. Aen. VI 614* ne breuis coniunctio causalis (*corr.* disiunctiua *c*) ut est ne tenues *C* hominesne] *Verg. Aen. I 308* 11 ne tenues] *Verg. georg. I 92* 12 ne subeant] *Verg. georg. I 180* 14 corporum] temporum *BC* 15 uerborum atque membrorum] uerborum atque uerborum *B* membrorum (*corr.* uerborum) atque membrorum *C* 17 quod *post* vulnus *om. B* 18 dicimus *B* dicitur *MC* 20 exurgit uel ad abducitur *B* 23 Eluxit luctum deposuit *MBC* Eluxit qui luctum deponit ς 24 in praesenti *MBC* de praesenti *c* 25 de excusando et repudiando *BC* Cicero — condicio *om. M, add. BC*ς*: Cic. in Verr. act. pr. 6, 16* 26 conditio ς conductio *BC* 27 deportare deponere est apportare aliquid adferre *C* deportare et deponere et adportare est aliquid adferre *B*

p. 2272 P.

Temperantia est animorum, temperatio rerum, temperies aurarum.

Passim aliquid inveniri de re corporali recte dicimus, affatim de re incorporali. illud enim de incessu, hoc de affectu dictum est.

Lepus animal est, lepos iucunditas voluptatis, unde et gratum aliquid lepidum dicimus [lepos eloquii].

Recipimus aliquid deferendum rogati, suscipimus nostra sponte.

Aspicimus sursum, conspicimus palam, respicimus retro, inspicimus intus.

Praeterea temporis praeteriti, Sallustius 'numquam Hispanos praeterea tale facinus fecisse [audivi]', temporis futuri

praeterea aut supplex aris *imponet honorem.*

Eo verbum primae personae facit eo is it. eho adverbium interrogantis est, ut 'eho Parmeno nosti'. eo item adverbium loci, ut si dicas 'eo redactus sum'. heu interiectio dolentis est, eu laudantis: Terentius 'eu Phormio'. heus adverbium vocantis, heu respondentis. eho est interiectio iubentis vel hortantis: Terentius 'eho puer, curre ad Bacchidem'.

Limen aedium est, limes regionum.

Arundo canna est ab ariditate dicta, herundo avis quae tignis adhaeret.

Spirare vivere est, exspirare mori.

Pertinacia malae rei perseverantia dicitur, constantia bonae.

Consequimur pedibus, adsequimur studio, obsequimur officio, persequimur iniuria, subsequimur ordine, prosequimur voto.

Nihil adverbium est, nihili nomen. homo enim nullius momenti nihili dicitur.

Genus familiae, gentem regionis recte dicimus.

---

1 Temperantia] *in reliquis lectiones codicis C, cuius scriptura in extrema pagina partim deleta est, non adscriptae sunt* animorum est *B* 2 inueniri *B* inuenire *M* re *posteriore loco om. B* 3 hoc de affectu dictum (*om.* est) *M* hoc de affectu dictum est uel de fatu *B* hoc de affatu dictum ς 5 lepos eloquii *om. B, add. M* 6 suscepimus *B* 7 sursum] suspicimus *B* 8 numquid hispanos *M* numquam hispan' *B*: *Sallust. Catil. 19, 5* 9 fecisse audiui *M* fecisse cognoui *B* 10 praeterea] *Verg. Aen. I 49* aris] eris *B* imponet honorem *om. MB, lacuna in M relicta. videntur autem praeterea excidisse quae apud Vergilium antecedunt* et quisquam numen Iunonis adorat 11 eho aduerbium — nosti *post* 13 redactus sum *et* heu interiectio — respondentis *post* 16 Bacchidem *transposuit Putschius* 12 ut *ante* eho *om. B: Terent. Eunuch. II 3, 60* parmino *B* ut *ante* si *om. B* 13 laudantis] latidantis *B* 14 eu formio ς eu parmeno *M* eu farmino *B* eu Phormio. idem: eu noster laudo *p*: *Terent. Phorm. III 1, 14* eu respondentis *B* eo est interiectio *M* eo est et interiectio *B* 15 eo puer *MB*: *Terent. Hecyr. IIII 4, 97* 18 Arundo canna est ab ariditate dicta (harundo telum e canna *add. p*). hirundo auis est quae tignis adhaeret. hirudo sanguisuga dicitur ς*p* herundo auis quae *M* hirundo auis est quae *B* 19 expirare mori ς exspirare emori *M* expirare emori *B* 20 Pertinacia mala rei actio Perseuerantia dicitur constantia bona *B* 21 obsequimur — voto *om. B* 22 prosequimur] adsequimur *M*

p. 2272. 73 P.

Laetamur de nostris bonis, gratulamur de alienis [amicorum hoc est gratificans laetitia]: Cicero [dicit] 'neque tam istius hominis perditi subita laetitia quam hominis amplissimi nova gratulatio [divitiis eum] commovebat'.

Herbidum locum dicimus | in quo herba est, etiamsi aridus esse consueverit, herbosum qui herbam facile generat, etiamsi ad tempus aridus sit. sic et aquaticam potionem recte dicimus, quae aquam aliunde recipit; aquosum autem locum, qui ex se aquam fundit. ita et meracam potionem, merosum autem vinum appellabimus.

Attollit aggerat scribendum est. in compositione enim sermonum ad praepositio accusativi casus corrumpitur, cum servire loquelis incipit, quando eam muta sequitur; integra autem permanet, quando semivocalis, ut est adficit adripit. huius rei ratio reddenda est. vocales omnes principes vocis sunt et dominae litterarum, quae, sicut universa fortiora naturaliter faciunt, subiecta et adiuncta sibi protegunt, aequalia autem et resistentia elidunt. nam quo modo non numquam inter se commissae franguntur et synalipham faciunt, ita consonantes sibi creditas conservant. quarum virtutem necesse est ut semivocales imitatae vicinas sibi mutas tutentur.

Quaeritur ab aliquantis, quid distet inter super et supra et subter et subtus. super est quod eminet, supra quod substratum aliquid habet. item subter est quod re aliqua superiore premitur et conculcatur, subtus quod demissum altius non contingitur.

Sinum dicimus exterius sinuatae vestis receptaculum, gremium interius accinctae vestis secretum: Virgilius

pandentemque sinus et tota veste vocantem
caeruleum in gremium.

gremium autem dici e contrario, ab ingressu difficili, similia produnt, sicut aditum et penum et penetrale, eo quod adiri et penetrari raro soleat.

Largitas humanitatis est, largitio ambitionis.

---

1 de alienis ... amicorum *decem fere litteris post* alienis *deletis M*, de amicorum *B* 2 dicit *om. B, add. M*ȿ neque] *Cic. in Verr. act. pr. 8, 21* tam *om.* ȿ perditi] p̄diti *M* 3 quam (huius *add.* ȿ) hominis amplissimi noua gratulatio diuitiis eum commouebat *M*ȿ quamuis hominis noua gratulatio commouebat eum *B* 5 herbitum locum *B* 6 consueuerit *B* consueuit *M* generet etiamsi atempus aridum sit sic aquatitiam *B* 7 aquatam potionem recte dicimus quae aquam aliunde recipiat *Beda p. 2778. fortasse* aquatam potionem — recepit recipiat *B* 8 meratam *M* 10 ad *om. B* 12 eam] ea *B* permanet] manet *B* 13 afficit arripit *B* reddenda] tenenda *B* uocales omnis uocis principes sunt ȿ 18 imitatae] emitate *B* 19 tutentur *M* tueantur uel tuentur *B* 20 et *post* supra *om. B* 21 est *post* subter *om. B* 22 re] se *B* 23 dimissum *B* non tangitur *Beda p. 2801* 26 pandentemque] *Verg. Aen. VIII 712* uacantem *B* 28 dici] damnum *B* 29 eo *om. B*

p. 2273. 74 P.

Crassari corporis est et saginae, grassari animi et crudelitatis.

Album naturae tantum est, candidum frequenter et studii. nam et corpori et animo aliquotiens adsignatur. albos ergo capillos, carnem candidam recte dicimus. |

Muliebre dicitur a mulieribus aliquid factum, mulierarium per mulieres aliquid ordinatum et per viros gestum.

Iuventus multi iuvenes dicuntur, iuventas unius hominis aetas, Iuventa ipsa dea, ut Graeci dicunt [aut ut poetae], Iunonis filia, uxor Herculis, a qua Iunium mensem appellatum in libris fastorum legimus.

Delictum peccatum aliquod dicimus, * delectum militiae aut alicuius examinis electionem appellabimus. nam diligi adfectionis est, deligi iudicii.

Inter commodatum et mutuo datum non nihil differt. commodamus amico pro tempore equum, vestem, servum, hanc ipsam rem quam dedimus recepturi: mutuo damus pecuniam, triticum, vinum et his similia, quae mutata recipi necesse est.

Ligat quis vinculo, legat testamento.

Loqui hominis est, obloqui obtrectatoris, sicut obicit opponit; alloqui suadentis vel hortantis aut iubentis, eloqui oratoris.

Percussum corpore dicimus, perculsum animo: Cicero de signis 'tamquam illa ipsa face perculsus esset'.

Efferunt qui exportant, ecferunt qui laudando extollunt: idem Cicero 'nimium haec illi fortasse ecferant'.

Periculum ad discrimen pertinet, periclum ad experimentum.

---

1 saginae *B et Beda p. 2782*, sanguinis *M* 2 nam et corpori aliquoties et animo adsignatur *B* 6 aliquid *posteriore loco om. B et Beda p. 2791* gestum] iestum *B* 8 aut ut poetae *M* aut poetae *B et Beda p. 2788* 9 legimus in libris fastorum *B* 10 delectum militiae ≤ dilectum militiae *M* delictum militiae *B. lacunam indicavi; qua definitio participii* dilectus, *quod a delectu militum Agroecius distinxerat, excidit* 11 nam diligi *M*≤ nam et dilegi *B* 13 differt] distat *B* commendamus *B* 14 amico *bis scriptum est in M* equum] animal *B* 18 sicut obicit] sicut obiecit obicit *B* alloqui persuadentis hortantis uel iubentis *B*, adloqui persuadentis hortantisque vel iubentis *Beda p. 2790* 20 tamquam] *Cic. in Verr. act. sec. IIII 34, 75* 21 face *B* facies *M* 22 Efferunt qui portant et efferunt qui laudando extollunt. Idem cicero nimium haec illi fortasse efferunt ≤. *cf. Non. p. 298, 1* ecferre extollere: M. Tullius de signis (*in Verr. act. sec. IIII 56, 124*) 'nimium forsitan haec illi mirentur atque ecferant' ecferunt] et ferunt *B* et qui ferunt *M* 21 idem nimium haec illi fortasse efferant *B* idem dīt ecferunt nimium haec illi fortasse *M* 24 Periculum ad discrimen pertinet periclum (*corr. al. m.* periculum) ad experimentum *B* Discrimen ad periculum pertinet et ad (et id ≤) experimentum *M*≤ Discrimen et ad periculum et ad experimentum pertinet *p. cf. Non. p. 364, 1* periculum est salutis discrimen — periclum experimentum

p. 2274. 75 P.

Indigenae homines dicuntur, indigites dii [ne geniti indegites dii indidem].

Circum pedes sunt obsequia servorum, ante pedes amicorum: Iuvenalis 'togati ante pedes'.

Insita arbor est cui incisae alienum germen includitur; adsita cui incolumi aliud, quod sustineat, adiungitur: Horatius 'qua populus adsita surgit', quippe quae vitibus maritaretur.

Fremor est murmur hominum, fremitus ferarum.

Flavum dicimus rubeum, sicut 'flava Ceres'; furvum nigrum, 'furvae regna Proserpinae'; fulvum nigro rubeum, ferinum et superbum, sicut fulvum leonem et fulvam aquilam et fulvum aurum et 'fulva pugnas de nube tuentem', quae haberet igneum aliquid de caelesti et sordidum de lugubri aut certe de Aenea iracundiam, | de Turno tristitiam. fulvum certe aurum, cui ad decorem splendoris sui nigelli aliquid additur.

Postulatur aliquid honeste, poscitur improbe: Cicero in frumentaria 'incipiunt postulare, poscere, minari'.

Alvus virorum recte dicitur, uterus mulierum, venter in utroque sexu.

Supplicia de tormentis dicimus et de precibus.

---

1 Indigenae — indidem] Indigene homines dicuntur indigentes digene geniti. Negene tibi de *B* Indigenes (Indigenae *p*) homines dicuntur: Indigetes dii. Idem (itidem *p*) indigetes unde geniti dii ≤*p. fortasse* indigenae homines dicuntur, hoc est indidem geniti, indigetes di 3 circum] circum *corr.* cursus *M* 4 togati] *Iuven. sat. 7, 142* 5 incisae *Beda p. 2788*, inscissae *M* inste *B* 6 incolomi *M* qua] quia *B* q *M: Hor. epist. II 2, 170* qua populus adsita certis Limitibus vicina refugit iurgia 8 murmur] rumor ≤ 9 Flavum] Flaueum *B* flava] flaues *B: Verg. georg. I 96* furuum nigrum: Horatius quam paene furuae regna Proserpinae *p*: *Hor. carm. II 13, 21* 10 regna] regine *MB fortasse* fulvum cum nigro rubeum ferinum et superbum *om. Beda p. 2785* 11 aurum, ut Virgilius fulva pugnas *p*: *Verg. Aen. XII 792* 12 pugnasse de nube *M* pugnasse Du pube *B* haberet igneum] habere eum *B* 13 de aeneae *M* tristiam *B* 14 fulvum *om. B* addetur *B* 15 poscitur] patrem *B* 16 incipiunt] *Cic. in Verr. act. sec. III 34, 78* 18 et de precibus EXPL. *M* et precibus diuinis ≤

CASSIODORII

DE ORTHOGRAPHIA

ET

DE ARTE GRAMMATICA

EXCERPTA

ADAMANTII SIVE MARTYRII

LIBER

DE B MVTA ET V VOCALI

Cassiodorii excerpta de orthographia una cum Scauro et Capro, de quibus antea dictum est, scripta sunt in codice Bernensi 330 saec. X f. 1—17*, *incipit prologus Cassiodori Senatoris super orthographiam ab ipso ex antiquis collectam Cum inter nos* sqq. praeter hunc tres supersunt libri eadem fere aetate scripti, Bernensis 243, Bruxellensis 9581, Coloniensis 83, et quartus qui his aliquanto recentior est Parisinus 7495.

In codice Bernensi 243 saec. X liber Cassiodorii ultima eius parte amissa scriptus est f. 10—19*, *incipit prologus Cassiodori Senatoris super ortogr. Cum inter nos* — p. 2318 *ex Prisciano grammatico qui nostro tempore Constantinopoli.* fuit olim Petri Danielis, cuius manu quaedam in extrema codicis pagina scripta sunt: cf. Hagen catal. cod. Bern. p. 283, anecd. Helvet. p. CXLIX.

Codicem Bruxellensem, quem ipse non vidi, sed a Friderico Haasio cum editione Genevensi a. 1650 collatum habebam, Haasius decimo saeculo tribuit. in catalogo bibliothecae Bruxellensis (catalogue des manuscrits de la bibliothèque des ducs de Bourgogne) v. I p. 192 undecimo saeculo adscribitur. Cassiodorii liber scriptus est f. 1 sqq., *incipit pf. Cassiodori Senatoris Cum inter nos* sqq.

Codex Coloniensis ineunte decimo saeculo, ut mihi visum est, scriptus post Boethii libros de arithmetica Cassiodorii orthographiam continet f. 75—87*, *praefatio Casiodori Senatoris Cum inter nos* sqq., deinde Isidori commentarium de orthographia et Servii centimetrum: cf. Iaffé et Wattenbach eccles. metropol. Colon. cod. manuscr. p. 29.

Codex Parisinus 7495 olim Claudii Puteani hunc librum tertio decimo saeculo, ut mihi visum est, scriptum praebet, *incipit praefatio Cassiodori Senatoris Cum inter nos — coniungi. explicit Cassiodori Senatoris de ortografia liber ex duodecim auctorum opusculis defloratus.*

Sed ex his codicibus Bernensem 243 plerumque cum altero Bernensi consentientem inveni. Parisinus quoque, quamquam saepius errore librariorum et interpolatione corruptus est, tamen eandem sectam sequitur. contra Bruxellensis et Coloniensis, qui inter se ita similes sunt, ut eos ex uno

archetypo ductos esse appareat, diversam ab illis scripturam saepissime praebent. itaque cum duo sint genera codicum, quorum alterum duobus Bernensibus et Parisino, alterum Bruxellensi et Coloniensi continetur, prius illud genus uno Bernensi 330 ita repraesentatur, ut nihil quod gravioris momenti sit ex reliquis duobus eiusdem stirpis libris accedat, in altero genere neque Bruxellensis neque Coloniensis per se satis certam fidem habet. quare tres libros quos modo dixi ad novam editionem adhibui, e quibus Bernensi (*B*) et propter bonitatem scripturae et propter diligentiam librarii, qui eum scripsit, praecipuam auctoritatem ad constituendam lectionem tribui. et quia in eo prima scriptura interdum a correctore mutata est neque certo semper cognosci poterat, quid antea scriptum fuisset, in his locis alterum Bernensem cum prima scriptura illius plerumque consentientem inspexi et eius lectionem, ubi opus esse videbatur, adnotavi. ea quae deleta priore scriptura in rasura posita sunt addito *ras.* significavi. ex Parisino codice, quem olim, cum meliores libros nondum habebam, contuleram, pauca adscripsi. in Bruxellensi codice (*A*) et in Coloniensi (*C*) cum scriptura veteris codicis, ex quo illos descriptos esse dixi, parum accurate expressa sit, tum ii loci, in quibus verba omissa vel aliquo modo extincta erant in archetypo, id quod saepe acciderat, variis modis a librariis mutati et interpolationibus corrupti sunt. quare si cum Bernensi alteruter ex iis consentit, dissentiens alterius scriptura fidem non habet, sed aut errori aut coniecturae tribuenda est. si utriusque consensu communis archetypi scriptura refertur, quamquam ea quoque saepe corrupta est, tamen haud raro meliora praebet quam Bernensis. nam ne is quidem ab interpolatione, quam vulgo grammaticorum libri experti sunt, omnino vacuus est. discrepantiam codicis Bernensis, quem post me iterum Hagenus contulit, item codicis Bruxellensis, in quo Haasii opera usus sum, exceptis levioribus quibusdam scripturis, quarum nulla utilitas est, integrum exhibui. in Coloniensi codice, qui valde neglegenter scriptus est, complura quae in eo depravata erant omisi. praeterea in excerptis Adamantii Martyrii, de quibus infra dicetur, Bruxellensis et Coloniensis codicis lectiones minus accurate quam in reliquis indicatae sunt.

Duae recensiones manu scriptorum librorum, de quibus dixi, etiam ad duas editiones, in quibus primum hic liber typis expressus est, pertinent. earum altera est Parisina apud Sebastianum Nivellium a. 1579. in fine subscripta sunt haec, 'Lutetiae Parisiorum ex typographia Henrici Thierry mense Decembri MDLXXVIII'. in hac cum reliquis Cassiodorii libris olim editis, in quibus Petri Pithoei opera usus erat typographus, hic de orthographia liber ex codice Petri Danielis primum editus est, de quo in epistula typographi ad lectorem scripta sunt haec, 'Non taceam P. Danielem virum quidem eruditissimum ac venerandae antiquitatis culto-

rem diligentissimum, qui mihi etiam eiusdem auctoris De Orthographia manuscriptum nunquam antea editum, praebuit. Nonnihil praeterea industriae et laboris Ant. Fontanoni in eodem Paris. Senatu Advocati huic, ut quibusdam aliis operibus accessit'. eodem Danielis libro aliquot annis ante Petrus Pithoeus in adversariorum subsecivorum libro priore a. 1564 primum edito c. 6 p. 25 ed. Basil. a. 1574 usus erat, cum Adamantii Martyrii verba apud Cassiod. p. 2299 *berna licet ego invenerim* sqq. 'ex vetere Danielis exemplari' adscriberet. nam paucis quae ipse Pithoeus mutavit exceptis ea cum Parisina editione consentiunt. Danielis autem olim fuit et codex Bernensis 243, sicut supra dictum est, et apographum sexto decimo saeculo ex hoc factum et in fine suppletum, quod nunc ipsum quoque inter codices Bernenses servatur n. 175. in margine apographi manu Danielis coniecturas et ipsius et Puteani et excerpta aliquot 'ex codice veteri' adscripta esse dicit Hagenus catal. cod. Bern. p. 237. ceterum Parisina editio multis locis cum codice Puteaneo, qui nunc Parisinus est, ita consentit, ut dubitari nequeat quin is quoque ad eam editionem adhibitus sit.

Eodem anno, quo Parisina editio facta erat, liber de orthographia a Ludovico Carrione ex codice Coloniensi separatim editus est hoc titulo, 'Magni Aurelii Cassiodori Senatoris V. C. de orthographia liber, edente et emendante Ludovico Carrione Brugense. Antverpiae, Ex officina Christophori Plantini Architypographi Regii. MDLXXIX'. de manu scriptis autem libris quibus Carrio usus erat in epistula ad Theodorum Pulmannum data a. d. VII. Kalend. April. MDLXXIX scribit haec, 'Quod quale sit, ut melius intelligatur, Cassiodori viri omnibus honoribus in sua rep. aucti, et, ut illa tempora ferebant, non ineruditi Orthographiam ex diversissimis scriptoribus compilatam, et aliquando etiam ab ipso Cassiodoro interpolatam nunc ad te mitto, et sub tuo nomine, nitidis illis accuratissimi Plantini nostri characteribus descriptam, in vulgum exire iubeo. — Notas adiicerem, quas olim fragmento libri Gemblacensis, et illis membranis apposueram, quas a Cornelio Gualthero, homine antiquitatis studiosissimo, Franciscus Martinius omni immortalitate dignissimus, meoque et reip. litterariae malo immature exstinctus ad me miserat, nisi illas mihi, ut cetera fere scripta mea omnia, una cum suavissimo Lovaniensis academiae secessu, etiamnum, utinam ne aeternum, militaris invideret iniuria. nam quae nunc edimus, libri Coloniensis, quem a Melchiore Hittorpio omnium bonorum doctissimo et doctorum optimo accepimus, fidem sequuntur, eiusque auctoritate se tueri debent'. fragmento Gemblacensi, cuius praeter Coloniensem codicem hoc loco mentionem facit, usus erat antea in antiquarum lectionum commentario secundo c. 2 de Adamantii Martyrii verbis apud Cassiod. p. 2295 *illa quoque nomina, quorum secunda syllaba in a littera desinit* sqq.

disputans, 'In libro Francisci Martinii, omnis antiquitatis et humanitatis scientia valde ornati, cuius immatura morte abrepti memoriam, pro eo ac debeo, sancte veneror et colo, scriptum erat *ambulo* aliaque valde mendose, quae ex fragmento libri Gemblacensis in paucis pagellis reliquo alia, in frusta minima distracto, ita, ut edenda curo, legenda didici'. neque tamen Cassiodorii illud fragmentum fuit, sed Martyrii, ex Bobiensi codice, de quo postea dicetur, descriptum. nam apud illum haec quae Carrio illo loco affert leguntur, non in excerptis Cassiodorii. supplementa autem quae ex eo Carrio ediderat et ipse in suam editionem recepit et ante eam receperat Parisinus editor. sed ipsa editio non ex solo Coloniensi codice, ut ait, facta est: neque enim codex gravissime corruptus ad eam rem sufficiebat, et Parisinum exemplum, quod paucis mensibus ante editum erat, in nova editione adhibitum esse certis indiciis apparet. in nova autem editione, quam Coloniensem codicem secutus Carrio paravit, multa quidem prioris editionis vitia correcta sunt, sed multis etiam locis partim falsa codicis scriptura substituta partim temerariis editoris coniecturis melior lectio, quae antea edita erat, corrupta est. Carrionis editio una cum Velio Longo ab Hieronymo Commelino repetita est Heidelbergae a. 1589 additis in fine paucis adnotationibus editoris. hac editione in suis adnotationibus ad utrumque grammaticum Semlerus usus est. sed is in Cassiodorio multo pauciora quam in Velio Longo adnotavit. eandem editionem Putschius expressit, quo factum est ut illius quoque editio cum Carrionis exemplo prorsus consentiat. contra Parisinam editionem ex Carrionis recensione pluribus locis correctam secutae sunt eae in quibus postea una cum reliquis Cassiodorii operibus hic liber editus est. manu scripto autem codice post Carrionem unus Garetius usus est, cuius habui editionem Venetam a. 1729. is enim in hoc libro 'vetustissimum codicem ms. bibliothecae S. Michaelis in Monte' se habuisse scribit et paucas eius codicis lectiones in margine adnotavit. ceterum in ipsum librum vix quidquam ex eo codice recepit, sed antiquiores huius generis editiones expressit. scripturas autem codicis quas in margine exhibuit cum Bruxellensi codice consentientes inveni.

De opera in excerpendis orthographorum libris a se collocata ipse Cassiodorius in praefatione libri dixit, dum ad complendos libros ad institutionem monachorum suorum a se scriptos nonagesimo tertio aetatis anno haec excerpta se composuisse scribit. eodem pertinent haec, quae, postquam ipsa excerpta confecit, de hoc libro scripsit instit. divin. c. 30, *magno studio laboris incubui, ut in libro sequestrato atque composito, qui inscribitur de orthographia, ad vos defloratae regulae pervenirent.* antea autem ipsos orthographorum libros una cum aliis grammaticis collegerat et in bibliotheca monasterii sui posuerat, quos et in praefatione

institutionum, tum cum ipse de orthographia nondum scripserat, et praeter excerpta a se confecta in praefatione libri de orthographia monachis legendos commendavit.

Sequitur ut de grammaticis quorum excerpta Cassiodorius posuit pauca dicam. eorum antiquissimus est is quem primo loco posuit, Annaeus Cornutus, quem Agneum ipse videtur dixisse. neque enim dubitari potest quin haec Cornuti excerpta referenda sint ad L. Annaeum Cornutum Leptitanum, quem Neronis aetate Romae vixisse constat. de hoc quae memoriae prodita sunt composuit Iahnius proll. in Pers. p. VIII sqq. grammaticorum autem studiis eum deditum fuisse commentario in Vergilium, quo multi postea usi sunt, comprobatur. libri de orthographia praeter excerpta Cassiodorii mentio facta non est. quamquam Ribbeckius de commentario Vergiliano disputans proll. in Verg. p. 128 ad hunc librum potius quam ad commentarium Vergilianum referenda esse coniecit haec quae Cornuto tribuuntur in glossis Placidi p. 58, 15 ed. Deuerl., *ingluviem Cornutus ventrem, Plinius edacitatem*, et apud Servium in Verg. georg. I 277, *Probus orchus legit, Cornutus vetat adspirationem addendam.* in excerptis autem Cassiodorii de iisdem fere quaestionibus, quae saepe ab iis qui de orthographia scripserunt tractatae sunt disputatur. maxima enim eorum pars ad controversiam illam et ante Cornutum a non nullis et post eum saepius tractatam pertinet, utrum sonus enuntiationis scriptura exprimendus an sola ratio sequenda sit, vel, ut ipse dicit p. 2283, *utrum quod audimus an quod scribi oporteat scribendum sit.* ex antiquioribus scriptoribus qui de orthographia scripserant semel nominavit Lucilium p. 2283 de q littera, quinquies Varronem, p. 2282 de v littera pro digamma Graecorum posita, p. 2284 de vocabulis i vel u littera scribendis, ib. de v. *intervallum*, p. 2285 sq. de h littera, p. 2286 de adspiratione post r litteram. in his semel librum de grammatica appellavit p. 2286, *praeterea in libro qui est de grammatica Varro cum de litteris dissereret, h inter litteras non esse disputavit.* sed ipsis verbis quibus haec superioribus', in quibus Varronis de eadem re sententia relata erat, adiunxit illa non esse ex eodem libro petita indicat, sicut Ritschelius quaest. Varron. p. 23 animadvertit. de libris de origine linguae latinae cogitabat Ritschelius; probabilius Wilmannsius de Varr. libr. gramm. p. 92 sqq. et illa et reliqua Varronis testimonia ad libros de sermone latino rettulit, quibus saepius antiquissimi scriptores de orthographia usi sunt.

De Curtio Valeriano, ex quo post Velii Longi excerpta pauca descripta sunt, nihil memoriae proditum est. nam incerta est suspicio Osanni Beitr. z. griech. u. roem. Litteraturg. v. II p. 289 eundem hunc esse opinantis atque Valerianum ad quem Symmachi epistula VIII 69 scripta est. in excerptis autem quae Cassiodorius posuit auctores quibus usus

erat nominati non sunt. sed Cornutum secutus est p. 2288 de q littera et p. 2289 de z littera: cf. Cassiod. exc. p. 2283 et 2286. cum Scauro p. 25, 1 consentiunt quae de scriptura *partubus* vel *partibus* praecepta sunt p. 2288. Caesellium parum accurate a Cassiodorio p. 2318 excerptum videtur secutus esse p. 2288 de praepositione vel adverbio *cum* et de pronomine *huiusce*. Papiriano debentur quae p. 2289 de graeca littera ψ et de o pro u ab antiquis posita leguntur: cf. Cassiod. exc. p. 2291 et Priscian. l. I p. 27, 11. et quoniam in excerptis Papiriani quibus nunc utimur multa omissa esse constat, facilis est coniectura ut ea de quibus cum antiquioribus auctoribus, quibus Papirianus quoque usus erat, Valerianus consentit ab illo potius quam ab his ipsis petita esse credamus.

In iis quae ex Papiriano collecta sunt plurima cum Velio Longo consentiunt, quem ipse grammaticus appellavit p. 2292 de u littera geminata. reliqua quae ex illius libro petivit in margine indicavi. sed in his sunt de quibus plura in Papiriani excerptis quam in Longi libro quem nunc habemus scripta inveniantur, in primis de verbo *narrare* p. 2290, ubi additum est nomen Varronis, quod apud Longum p. 80, 9 non legitur, et de praepositionibus p. 2292 sqq., ubi et *in* praepositio post *ab* et praepositiones *se pro circum ante inter post trans* in Longi disputatione p. 60, 6 sqq. omissae sunt. e quibus quaestio de praepositione *in* manifesta codicis lacuna periit; reliquae quoque praepositiones haud scio an neglegentia potius eorum qui Longi librum descripserunt quam consilio grammatici praetermissae sint. aliis tamen locis Papirianus antiquiores auctores, a quibus uberiorem notitiam petere poterat, adhibuit, in primis Cornutum et Caesellium. e quibus Caesellium p. 2292 de scriptura v. *hiems* nominavit. cumque de eodem vocabulo similis sit disputatio Scauri p. 21, 6 et 27, 8, suspicari possumus ea quoque quae p. 2291 de v. *traps* et de v. *formosus* leguntur ex eodem fonte ducta esse: nam haec quoque similiter apud Scaurum l. c. scripta sunt. cum ipsius vero Caesellii excerptis p. 2314 consentiunt ea quae de verbis cum *ex* praepositione compositis p. 2291 scripta sunt. denique ex Cornuti excerptis p. 2286 quaedam non mutatis verbis repetita sunt de adspiratione p. 2291 et de y littera p. 2292, ut alia, in quibus minus accuratus consensus deprehenditur, nunc omittam. praeter hos tres auctores, quos Papirianus in arte scribenda secutus est, Donatum nominavit p. 2292. nam Grati artigraphi nomen p. 2295 haud dubie corruptum est, quamvis certa emendatio parata non sit.

Ipsum Papiriani librum de orthographia legit Priscianus, qui quater eius mentionem fecit, l. I p. 27, 10 *unde Romanorum quoque vetustissimi in multis dictionibus loco eius o posuisse inveniuntur, poblicum pro publicum, quod testatur Papirianus de orthographia, polchrum pro pulchrum, colpam pro culpam dicentes et Hercolem pro Herculem;* p. 31, 1 *n transit*

in m sequentibus b vel m vel p auctore Plinio et Papiriano et Probo, ut imbibo imbellis etc.; l. X p. 503, 16 *unguo Nisus quidem et Papirianus et Probus tam ungui quam unxi dicunt facere praeteritum, Charisius vero unxi tantum;* l. XII p. 593, 13 *illiusce istiusce illucce istucce veteres dicebant teste Papiriano, qui de orthographia hoc ostendit.* e quibus ea quae secundo loco posui de n littera in excerptis p. 2293 leguntur; de verbo *unguo* alia praecipiuntur p. 2295; reliqua a Cassiodorio omissa sunt. praeter Priscianum autem et Cassiodorium certa de orthographia Papiriani testimonia non sunt*). neque de aetate grammatici quidquam constat, nisi quod post Donatum vixit.

Sed Q. Papirii nomine inscriptus fertur brevis commentarius de t littera cum sibilo pronuntiata, qui in vetere codice Palatino post Marii Victorini libros et libellum de finalibus syllabis Maximo Victorino vulgo tributum legitur hoc titulo praescripto, *incip̄ p quinti papirii orthographia feliciter lectori et scriptori.* hoc Papirii fragmentum igitur, quod Sichardus in editione Basileensi a. 1527 ex codice Palatino edidit, ego post Cassiodorii excerpta posui, Sichardus ad orthographiam Papiriani referendum esse coniecit, eamque opinionem nuper Brambachius de orthograph. lat. p. 55 probavit, quoniam res de qua agitur, cuius memoria ante quintum saeculum apud grammaticos non extat, ab aetate Papiriani non aliena esset. maiorem Papirii librum decimo saeculo in Bobiensi bibliotheca fuisse testatur index codicum Bobiensium decimo saeculo scriptus apud Muratorium antiq. Ital. v. III p. 820, *librum Consentii I librum Papirii de analogia I librum I Flaviani de consensu nominum et verborum.* denique Paperini qui dicitur mentio saepius facta est in libris de arte grammatica inde a nono saeculo scriptis, e quibus quaedam excerpta, quae illi tribuuntur posui de gramm. quibusd. lat. inf. aetat. p. 15, quae Hagenus anecd. Helvet. p. CCLII auxit. haec omnia igitur quae Papirio vel Paperino tribuuntur (nam frequens haec nominum mutatio apud grammaticos inferioris aetatis

*) Permulta quidem ex Papyriani libris de orthographia relata sunt a Iohanne Tortellio Arretino in commentariis grammaticis de orthographia dictionum e graecis tractarum a. 1471 primum editis. quem librum Osannus in Apulei. de orthogr. praef. p. XV et p. 30 propter haec ipsa fragmenta magno opere laudavit. sed quam fidem haec fragmenta habeant, satis existimari potest ex his quae ipse Tortellius in epistula ad Nicolaum Quintum pontificem scripta et praefationis loco ei libro praemissa de iis scribit, 'Accepimusque haec primum ex fragmentis decem librorum Papyriani: quos de orthographia scripsit: ex quattuor libris Plinii de arte grammatica: ex unico libro Rhemii grammatici de potestate litterarum: Ex unico Grylli libro de accentibus ad Virgilium: cuius parua fragmenta comperimus: Ex Capro: ex Diomede de octo partibus orationis' etc. nimirum non minus ficta haec Papiriani fragmenta sunt, quam quae ex Plinii vel Remmii Palaemonis vel Grillii libris se accepisse Tortellius simulavit. notitiam autem eorum librorum omnium ab uno Prisciano acceperat.

fuit) ad unum librum referenda esse sane probabile est. sed nihil in his inest quod Papiriani libro de orthographia, ex quo excerpta posuit Cassiodorius, iure vindicari possit, neque eum librum illa aetate extitisse puto.

Sequuntur apud Cassiodorium excerpta ex libro Adamantii Martyrii, quem dicit, de b et v litteris quattuor capitibus disposita. sed is liber una cum aliorum grammaticorum libris a. 1493 a Georgio Merula Bobii inventus et proximis annis post cum reliquis libris qui tum primum inventi erant saepius descriptus nunc etiam in apographis codicis Bobiensis, quae indicavi gramm. lat. v. VI p. 247, extat. praeterea Angelus Politianus veterem eiusdem libelli codicem a. 1491 Venetiis vidit et sua manu descripsit, quod apographum nunc in bibliotheca Monacensi inter libros Petri Victorii est codex 63 vel Monacensis 766. de codice quo Politianus usus est et de sua opera in eo describendo collocata scribit haec in initio illius apographi, 'Die ·VI· Iunii ·MCCCCLXXXXI· hora circiter ·XII· Venetiis in aedibus Herculis Ferrariensis ducis coepi hunc exscribere ex antiquissimo codice libellum: cuius erat dominus Iohannes Gabriel Venetus patricius', et in fine, 'Absolvi quo coeperam die hora circiter ·XX· exemplarium hunc opera Albertuccii Georgii patricii Veneti. Ang. Politianus'. diversum autem a Bobiensi libro eum codicem fuisse non solum ex eo apparet, quod tum cum haec scripsit Politianus Bobienses codices inventi nondum erant, sed etiam ipsa scripturae diversitate comprobatur. praefationem libri A. Maius in editione Frontonis Mediolanensi a. 1815 p. 548 ex codice Ambrosiano, qui ex vetere Bobiensi ductus est, edidit. ipsum librum nuper in duabus scriptionibus academicis primum edidi Halis a. 1878 et nunc una cum excerptis Cassiodorii repetivi. quamquam enim Cassiodorius ex hoc libro plura quam ex reliquis orthographorum libris quibus usus est excerpsit et ipsa auctoris verba accuratius quam in aliis repetivit, tamen in his quoque excerptis quaedam omisit, alia mutavit, non nulla vero etiam, quae non intellexerat vel neglegentius descripserat, depravavit*). itaque ne cum lectionibus excerptorum verba grammatici, ex quibus ea petita sunt, permiscerentur, totum librum ab excerptis separatum exhibere et in iisdem paginis cum illis componere commodum esse visum est, etiamsi molestum erat, praesertim in tenui huius libelli materia, eadem verba bis scripta proponere.

Ad editionem Martyrii duos libros manu scriptos adhibui, Neapolitanum bibliothecae regiae IV A 11 ex Bobiensi codice descriptum, eum quo

*) Memorabile neglegentiae exemplum est illud, quod quartae parti excerptorum, quae est de verbo, inscriptionis loco praeposuit verba quae ad tres partes quae praecedunt pertinebant, *Eiusdem Adamantii Martyrii de b littera trifariam in nomine posita.* in eadem parte p. 2308, cum de scriptura verbi deponentis *arbitror* grammaticus praecepisset, Cassiodorius re non intellecta omnem sententiam prorsus pervertit.

supra in Velio Longo usus sum, et Monacensem 766, quem ex Veneto codice Politianus descripsit. nam de reliquis apographis codicis Bobiensis in hoc libro non quaesivi, sed Neapolitanum, quem in meum usum Gustavus Meyncke descripserat, sequi satis habui, propterea quod hunc in aliis libris accurate ex archetypo expressum esse expertus eram. Monacensem codicem, qui solus alterius stirpis testis relictus est, ab Halmio ad me missum ipse inspexi. in constituenda autem lectione praecipuam fidem habui Neapolitano codici, cuius scripturam ita exhibui, ut, ubi ab ea recedendum esset, omnem discrepantiam in adnotatione subiecta indicarem. quamvis multa enim quae in eo corrupta sunt recte scripta legantur in Politiani apographo, tamen quam incerta huius libri fides sit, comparatis maxime iis quae apud Cassiodorium leguntur facile apparet. nam et verba grammatici in eo saepe temere mutata et complura maxime in prima parte libri addita sunt. huc accedit quod vetus codex non prorsus accurate a Politiano videtur descriptus esse. quare omnem eam scripturae discrepantiam adscribere nolui, sed ea quae rectius in eo quam in Neapolitano codice scripta erant vel aliquo modo memorabilia esse videbantur indicavi, alia quae levioris momenti erant omisi. in exemplis vero verborum quaedam etiam, quae rectius in eo scripta esse excerpta persuadere videntur, in adnotatione potius exhibere quam in textum recipere consentaneum esse duxi. in excerptis Cassiodorii cum tres codices adhibiti sint, quorum optimus est Bernensis, huius libri praestantia iam ipso Martyrii libro comparato certissime confirmatur. quare huius quidem scripturam in hac quoque parte, sicut in aliis excerptorum partibus, integram indicavi. ex reliquis duobus codicibus multa quae aperto vitio corrupta erant sine ullo detrimento, ut puto, omissa sunt. denique quoniam multa quae in manu scriptis Cassiodorii libris corrupta feruntur non erroribus librariorum sed neglegentiae excerptoris tribuenda sunt vel ex vitiosis codicibus, quibus Cassiodorius utebatur, ab illo repetita erant, huius quoque generis exempla in his Martyrii excerptis inveniuntur plurima, quorum partim in duobus etiam Martyrii codicibus eodem modo corrupta leguntur, partim ex his facile emendari possunt. haec igitur in nova editione relinquenda erant, quandoquidem emendata lectio iam ex ipsius grammatici libro peti potest. quamquam difficile erat certam in ea re rationem tenere, neque multum interesse putavi ut diversa vitiorum genera accurate distinguerentur.

De duobus grammaticis quorum nomina praescripta sunt, Adamantio et Martyrio, nihil memoriae proditum est. sed ab institutione Adamantii patris sui se profectum esse in praefatione libelli dicit scriptor, cum regulas scribendi ab illo acceptas in hanc commentarii formam redigeret. ex quo sequi videtur nomen Martyrii, quod cum altero a Cassiodorio coniunctum est, proprium fuisse filii, qui ipsum librum composuit. is porro in sub-

scriptione primae partis in libro Politiani Sardianus dicitur. ipsae autem regulae, quibus grammaticus copiosa disputatione per varia genera vocabulorum et syllabarum instituta praecepit, ubi b vel v littera scribenda esset, sane demonstrant, quam confusa in his potissimum litteris inferioris aetatis consuetudo fuerit et quibus rationibus ad eam consuetudinem corrigendam grammatici usi sint, et propter exempla quaedam in ea re adscripta ne nunc quidem prorsus inutiles sunt. ceterum pauca antiquioris doctrinae vestigia in hoc commentario apparent.

Martyrii commentariis similes sunt Eutychis regulae de adspiratione, quas post illos Cassiodorius posuit. sed is de adspiratione uberius disputaverat, cuius disputationis summam in fine libri omissis rationibus et testimoniis veterum quasi per epitomen, sicut ipse profitetur p. 2311, comprehenderat. eodem pertinent quae ad uberiorem disputationem respiciens scribit, p. 2311 de adspiratione in compositis vocabulis omissa *sicut superius dictum est* et deinde de v. *prehendo vehemens* et similibus *sicut ante relatum est* et p. 2312 *de agni enim hapso, id est vellere, in superioribus dictum est:* quamquam illud de v. *prehendo* ad Papiriani excerpta p. 2291 referri poterat. Cassiodorius autem ampliore disputatione omissa regulas a grammatico compositas recepit. de Eutyche grammatico, qui artem de verbo scripsit, dixi gramm. lat. v. V p. 444. nam eidem commentarius de adspiratione, cuius excerpta relicta sunt, videtur tribuendus esse.

Caesellii Vindicis lectiones antiquas vel commentarium lectionum antiquarum saepius commemorat Gellius, eumque cum ab aliis grammaticis, qui 'multa in Caesellio reprehendendo etiam per calumniam rimarentur' (6, 2), tum a Terentio Scauro, qui de Caesellii erroribus scripserat (11, 15), et a Sulpicio Apollinari, quem docentem audiverat Gellius, reprehensum esse dicit noct. att. 2, 16. 3, 16, 11. 6, 2. 9, 14. 11, 15. 18, 11. 20, 2. deinde in excerptis Iulii Romani apud Charisium libri eius ordine litterarum dispositi appellantur ter, p. 117, 13 *Vindex a litterae libro I*, p. 195, 26 *Caesellius Vindex libro I*, p. 239, 21 *Caesellius Vindex libro b litterae*. Priscianus in sexto libro bis eiusdem stromateum appellat, p. 210, 7 *ostendit hoc etiam Caesellius Vindex in stromateo* et p. 230, 11 *ut Caesellius in stromateo docet*, semel nomen solum ponit, p. 229, 10 *ut Caesellio Vindici placet*. quae quidem omnia ad unum eundemque librum, quem antiquas lectiones Gellius, stromateum Priscianus dixit, referenda esse, ut visum est Osanno Beitr. z. griech. u. roem. Litteraturg. v. II p. 329 et Ritschelio parerg. Plaut. p. 360, quamquam non plane certum, tamen propter similitudinem rerum quae ab illis grammaticis afferuntur sane probabile est. spectabant autem ea de quibus Caesellius quaesiverat maxime ad sermonem antiquissimorum poetarum et scriptorum, apud quos

diversam a vulgari consuetudine declinationem nominum et usum ac significationem vocabulorum notaverat. de aetate eius et propter rationem studiorum et propter reprehensiones grammaticorum, quos certe non multo post vixisse consentaneum est, probabilis est opinio eum Hadriani fere temporibus vel non multo antiquiore tempore vixisse. paulo antiquiorem etiam grammaticum fuisse voluit Osannus, cum hunc esse Vindicem coniceret, qui dicitur apud Martialem IX 43, 14 *voluit docti Vindicis esse deus.* nihil vero in hac re tribuendum est testimonio Arnobii adv. gent. I 59, 37, *quamvis Epicados omnes, Caesellios, Verrios, Scauros teneatis et Nisos,* ex quo Lerschius Zeitschr. f. Alterthumsw. a. 1840 p. 109 et a. 1841 p. 1101, temporum nimirum ordinem scriptorem in enumerandis grammaticis secutum esse ratus, efficere voluit ante Verrium Flaccum hunc grammaticum fuisse.

Duo autem genera excerptorum, quae ad Caesellium Vindicem referenda sunt, Cassiodorius posuit, alterum ex Caesellio orthographo collectum, alterum ex Lucio Caecilio Vindice, ut ait, defloratum. nam quod posteriori generi Caecilii, non Caesellii, nomen praescriptum est, non potest dubitari quin ex errore repetendum sit Cassiodorii, qui nomen grammatici in codice quo utebatur corruptum invenerat. eadem nominis corruptela est apud Rufinum comm. in metr. Terent. p. 565, 3, ubi inter eos qui mensuram esse in fabulis Terentii et Plauti dicant nominatur *Caecilius Vindex.* atque etiam praenomen Lucii, quod apud alios scriptum non invenitur, Cassiodorio auctore Caesellio tribuendum est. ceterum in paucis excerptis, quae in hac parte ex eo Cassiodorius exhibuit, nihil inest quod veteri grammatico tribui nequeat. auctores autem in his quae nunc supersunt duos potissimum secutus est, Varronem et Cornutum. ad Varronem enim refero quae de genetivo nominum in ius finitorum apposito Lucilii testimonio praecepit p. 2318. qua de re et Scaurus eodem, ut videtur, auctore usus, scripsit p. 22, 4 et adscriptis Varronis et Lucilii nominibus Charisius p. 78, 4, qui rectius quam Caesellius sententiam Lucilii interpretatus est. deinde de *cum* praepositione et adverbio temporis Varronis doctrina et Caesellius p. 2318 et Scaurus p. 28, 6 et 29, 3 videntur usi esse. Cornutum autem secutus est de praepositionibus in compositione verborum mutatis p. 2318 et de sono m litterae p. 2317: cf. exc. Cassiod. p. 2285 et 2281.

Minus certum iudicium est de altera excerptorum parte, quae ex Caesellio orthographo collecta esse dicitur. quam partem et Cassiodorius ex alio libro atque eam quae sequitur a se depromptam esse significat, et ab illa diversam esse ipsa ratio excerptorum demonstrat. nam ut nulla in his quamvis aliquanto uberioribus excerptis adscripta sunt veterum grammaticorum vel scriptorum testimonia, ita omnia ad usum recentioris

aetatis accommodata sunt. verum tamen esse aliquam in hac diversitate similitudinem rerum quae in utraque parte tractantur facile apparet, siquidem et de sono litterarum m et n et de c vel q littera in vocabulis similiter sonantibus scribenda et de verbis cum praepositionibus compositis in utraque parte disputatur. gravius vero est illud, quod in his quoque excerptis quae Caesellio orthographo tribuuntur manifesta sunt vestigia doctrinae a Cornuto repetitae, qualia in Caecilii Vindicis qui dicitur excerptis modo deprehendimus. a Cornuto enim petitae sunt observationes de pronominibus *tantus* et *quantus* m littera scribendis p. 2314 et de nomine *exilium:* cf. exc. Cass. p. 2285. de geminata littera i consonantis loco posita, de qua Caesellii praecepta leguntur p. 2317, nihil apud Cornutum scriptum invenitur. sed ab hoc auctore illa recepta esse persuadere potest memorabilis dictionis similitudo apud utrumque grammaticum, p. 2317 *nonnulli pusillo diligentiores alterum i addunt* et p. 2284 *observanda pusillo diligentius praepositionum cum verbis aut vocabulis compositio.* propter has rationes igitur quas dixi haud improbabilis de hac parte excerptorum est sententia Brambachii de orthogr. lat. p. 40, orthographiam quandam ex Caesellii libris collectam et nomine eius inscriptam fuisse, ex qua haec excerpta Cassiodorius posuisset. fuit enim hic mos grammaticorum plurimis exemplis comprobatus, ut, cum ea quae ab antiquis scriptoribus de grammatica arte scripta erant in formam compendii redacta vel cum praeceptis recentium grammaticorum coniuncta ad commodum suae aetatis et usum scholarum componerent, tamen veterum et nobilium grammaticorum nomina novis libris inscriberent. idem igitur in Caesellio Vindice accidisse putabimus.

In excerptis Prisciani, quae in duodecimo capite scripta sunt, locos grammatici ex quibus illa deprompta sunt in margine editionis indicavi.

Post Cassiodorii librum de orthographia posui pauca ex duobus libris institutionum divinarum et saecularium a me excerpta, quae in editione grammaticorum non videbantur praetermittenda esse. nam et in praefatione illorum librorum et in ipso priore libro Cassiodorius de orthographia et de libris orthographorum a se collectis, sicut supra dixi, disseruit. in altero vero libro de disciplinis liberalium artium disputans ab institutione artis grammaticae initium fecit. sed in hac parte quae est de arte grammatica post brevem ipsius Cassiodorii disputationem et definitiones ex arte Donati receptas reliqua omnia quae in editis exemplis feruntur ex Martiani Capellae libro tertio descripta sunt. quare huius quidem commentarii, quem ex editionibus Cassiodorii Putschius receperat, maximam partem omisi; sed excerpta ex primo libro et praefationem libri secundi addidi*).

*) Praeter libros quos supra dixi Garetius commentarium in Donatum ex eodem codice, quo in libro de orthographia usus erat, a se editum Cassiodorio

Manu scripti autem libri in his partibus quas edidi mihi parati erant tres, Bambergensis H. I. IV 15, Wirceburgensis f. 5 a, Sangermanensis 782. ex quibus unus Bambergensis duos institutionum libros continet; in duobus reliquis liber institutionum saecularium separatim scriptus est. Bambergensem codicem, qui octavo saeculo scriptus esse dicitur, a Friderico Haasio cum editione Genevensi a. 1650 collatum habebam. descriptionem eiusdem libri exhibuerunt Haasius, Gregorii Turonensis de cursu stellarum (Vratislaviae a. 1853) p. 5, et A. Spengelius Philol. v. XVII p. 555. eodem in Cassiodorii libro de rhetorica usus est Halmius: cf. praef. rhet. lat. p. XII. codicem Wirceburgensem, quo ipso quoque Halmius in libro de rhetorica usus est, in ea parte quam edidi accurate excussit Laubmannus, bibliothecae Wirceburgensi praefectus, qui eum octavo saeculo vel ineunte nono scriptum esse mihi significavit. codex Sangermanensis, 'liber sancti Petri Corbeie', decimo saeculo, ut mihi visum est, scriptus post libellum de arte grammatica reliquarum artium expositionem, omisso tamen nomine Cassiodorii, continet, *De grammatica arte. Intentus nobis est* — (de astronomia) *de hac arte sentire explicit.* in fine codicis pauca de elementis et excerpta Augustini scripta sunt. cum hoc in ea parte quam edidi plerumque consentit codex Parisinus 8679 saec. X, *Liber Cassiodori Senatoris humanarum litterarum qui scribitur de artibus et disciplinis saecularium studiorum hoc est de grammatica de rhetorica de dialectica de philosophia de mathematica de arithmetica de geometrica de astronomia de musica.* sed huius semel mentionem feci. praeterea in divinarum institutionum capite tricesimo lectiones duorum codicum Bernensium, ex quibus illam partem emendatam edidit Hagenus anecd. Helvet. p. CXXXXI, adscripsi.

Iam vero cum manu scripti horum librorum codices valde inter se discrepent (alii enim breviorem, alii ampliorem formam exhibent), ad libellum de arte grammatica quoque ea discrepantia pertinet. nam in Bam-

tribuit. de quo in praefatione scribit haec, quae hoc loco repetam, ut intellegatur nullam fidem in illo commentario hoc nomen habere, 'Aurelius noster dum libros recenset, quos iam monachus ediderat, duos a se super Donatum commentarios prodiisse perhibet. quorum initio libri de grammatica sic meminit: *cuius*, scilicet Donati, *gemina commenta reliquimus.* Hactenus nobis incompertum an edita fuerint. Unicum damus in Donatum Cassiodorii commentarium, quem suppeditavit vetustissimus codex ms. bibliothecae S. Michaelis in Monte, seu in periculo maris; ex cuius titulo, nimia senectute pene consumpto, haec tantum eruere licuit in prima linea: *Incipit Commentarium S...* in secunda linea: *CII. de Oratione et de VIII* .... et in terta linea: *tibus Orationis.* Quae singula, si placeat coniectura, reddunt hoc integrum lemma: *Incipit Commentarium Senatoris*, quod proprium etiam Cassiodorio nomen, *Clarissimi de Oratione, et octo partibus Orationis*'. nimirum de auctore iis quae Garetius adnotavit nihil plane constat, neque quidquam in eo libro inest cur videatur dignus esse qui iterum edatur.

bergensi codice et in Sangermanensi ea sola quae in editione exhibui de universa arte grammatica scripta sunt; neque plura a Cassiodorio hoc loco scripta esse manifesto indicat clausula in fine addita, *haec breviter dicta sufficiant* sqq. in Wirceburgensi autem codice et in eo ex quo olim hi libri editi sunt subiecta erat longior disputatio de nominibus et de verbis ex Martiani Capellae libro tertio, sicut dixi, repetita. praeter haec supplementa igitur, quae non ab ipso Cassiodorio scripta sed ad augendam eius disputationem postea addita sunt, dubitari non poterat quin Wirceburgensis libri scriptura reliquis praeferretur. in excerptis libri prioris scripturam codicis Bambergensis exhibui, quamquam in hoc quoque sunt quae interpolationis suspicionem moveant.

PRAEFATIO CASSIODORI SENATORIS

p. 2277 P.

Cum inter nos talia gererentur et de complexionibus apostolorum non nulla nasceretur intentio, monachi mei subito clamare coeperunt 'quid prodest cognoscere nos vel quae antiqui fecerunt vel ea quae sagacitas vestra addenda curavit nosse diligenter, si quem ad modum ea scribere debeamus omnimodis ignoremus? nec in voce nostra possumus reddere quod in scriptura comprehendere non valemus.' quibus respondi haec quae dicerem designata esse quem ad modum et intellegi debeant et proferri. sed labor nobis antiquorum omnino servandus est, ne nos auctores earum rerum mentiamur, quarum sequaces esse cognoscimur. et ideo duodecim auctorum opuscula deducimus in medium, quae ab illis breviter et copiose dicta sunt, ut et nos ea compendiosius dicamus et a priscis auctoribus sine varietatis studio dicta recolantur, quatenus et vobis plenissime satisfacere videamur et auctoritate firma sit relatio, quam duodecim auctorum textus insinuat. iam tempus est ut totius operis nostri conclusionem facere debeamus, ut melius in animo recondantur quae septenaria conclusione distincta sunt.

A codex Bruxellensis 9581
B codex Bernensis 330
C codex Coloniensis 83
bc codicum BC correctores
ς scriptura olim vulgata ex editione Parisina a. 1579 et ex editione Antverpiensi L. Carrionis a. 1579. ea quae Carrioni debentur, ubi opus esse videbatur, ipsius nomine adscripto indicata sunt
Praeterea ex codice Parisino 7495 (Par.) et ex codice Bernensi 243 pauca adscripta sunt

INCIP. PF. CASSIODORI SENATORIS *A* PRAEFATIO CASIODORI SENATORIS *C* INCIPIT PROLOGUS CASSIODORI SENATORIS SUPER ORTOGRAPHIAM AB IPSO EX ANTIQUIS COLLECTAM *B* Magni Aurelii Cassiodori Senatoris in orthographiam praefatio *Carrio* 2 non ulla *B* 4 ea *posteriore loco om. AC* 5 ignoramus *C* nostra] nam *A* 6 quod] quae *AC* 7 dicerent ς 8 auctorē *A* 9 quarum sequaces ς*B* qui sequaces *AC* 12 varietatis] uarietatib; *A* 15 recordantur *B* 16 distincta sunt EXPLICIT PRAEFATIO INCIPIT TEXTUS HUIUS Post *A* distincta sunt EXPLICIT PREFATIO Post *B* distincta sunt ITEM ALIA I Postquam *C*

p. 2277. 78 P.

I Post commenta psalterii, ubi praestante domino conversionis meae tempore primum studium laboris impendi: II deinde post institutiones, quem ad modum divinae et humanae debeant intellegi lectiones, duobus libris, ut opinor, sufficienter inpletas, ubi plus utilitatis invenies quam decoris: III post expositionem epistolae quae scribitur ad Romanos, unde Pelagianae haereseos pravitates amovi, quod etiam in reliquo commentario facere sequentes ammonui: IIII post codicem, in quo artes Donati cum commentis suis et librum de etymologiis et alium librum Sacerdotis de schematibus domino praestante collegi, ut instructi simplices fratres, ubi necesse fuerit, similia dicta sine confusione percipiant: V post librum quoque titulorum, quem de divina scriptura collectum | memorialem volui nuncupari, ut breviter cuncta percurrant qui legere prolixa fastidiunt: VI post complexiones in epistolis apostolorum et actibus apostolorum et apocalypsi quasi brevissima explanatione decursas: VII ad amantissimos orthographos discutiendos anno aetatis meae nonagesimo tertio domino adiuvante perveni. ex quibus si in unum valuero deflorata colligere, quantum ad eos pertinet quos breviandos esse suscepi, confusionem emendator atque scriptor, si bene arbitror, ulterius non habebit.

Minutus labor syllabis litterisque tractandis modo factus ex nominum derivatione, modo ex casibus sermonum, modo ex motu atque situ, modo ex euphoniae consonantia, modo ex graecarum litterarum similitudine probans, quid scribere debeas et quid vitare contendas. ut m quoque littera in quibusdam sermonibus scribi datur, sed n litterae sonum plerumque illi succedere posse testatur, ita quod ante scribebatur per u et o, per duo u modo scribere nobilis rectitudo scribendi per vias certissimas investigata esse videtur; et ideo praesens opus non desit directum, ut volnus vulnus. i pro e, ut quod antiqui magnai nos magnae: c pro q, veteres

1 psalteria *corr.* -ri *B* in psalterii *C* in psalterium *Carrio* 2 *numeros* II—VII *om. B, add. AC* 4 impletis *ABC* plus *om. AC* 6 haereseos *om. A* 13 actibus eorum *C* 14 quas breuissima explanatione *C* quasi breuissimas explanationes *AB* 15 domino iuuante *AC* 18 si bene intellexerit arbitror *C* habebit *C* habebis *AB* 19 tractandis ς tractandis *B* tractandus *AC* 20 ex *ante* casibus *om. B* 22 contendas Modo ut illā quoque litterā in quibusdam sermonibus recte quidem scribi dicat (dicat *om. C*, dic *add. c*) sed ñ (non *A*) litterae *AC* contendas ut l quoque litteram simplex in quibusdam sermonibus recte quidem scribi datur sed u litterae *B* ς. *incerta sunt quae posui: sed de* m, *non de* l *littera dixisse Cassiodorium persuadent ea quae de* m *et* n *litteris scripta sunt p. 2285 et 2319* 24 succedere posse testatur *B* succedere posse testetur *A* succere posse testatur *C* itaque (quod *add. b*) ante scribebatur *B* itaque ante scribebatur *B* itaque ante scribebatur *C* ita ..... batur *reliquis lacuna membranarum deletis A* 26 esse uidetur *B* esse uideatur *C*, *in lacuna om. A* et ideo] quod eo *A* non defit *AC* 27 ut quae antiqui *B* magnai] magnā *C* c pro q ueteres quom Moderni cum scribi rectius *B* c pro q tā ueteres quam moderni conscribi rectius *C* c..... quam moderni conscribi rectius *reliquis lacuna membranarum deletis A*, c pro q ueteres com moderni cum rectius ς

p. 2278 P.

'quom', moderni 'cum' scribi rectius aestimarunt; et cetera quae subtili quidem, sed necessaria distinctione narrantur *non* velociter transcurri, sed sollicita mentis intentione tractavi, ut quae incipis bene discere ad finem perfectionis inoffensa debeas pronuntiatione perducere. nam si vobis adsit capiendi desiderium, quae prius per moram quaesistis, protinus inoffensa velocitate transcurretis. gloriosum profecto studium et humanis ac divinis litteris, ut videtur, accommodum, quod loqui debeas competenter scribere et quae scripta sunt sine aliqua erroris ambiguitate proferre. vox enim articulata a pecoribus nos sequestrat, scribendi vero ratio ab imperitis dividit et confusis. ita perfectum hominem duo sibi ista vindicant ac defendunt. nam cum sibi talia quasi duo lumina consentiunt, utraque recta, utraque decora sunt; cum vero a se discrepare coeperint, vitium strabae foeditatis incurrunt.

Erit itaque propositum nostrum quae competenter modernae consuetudini ab antiquis tradita sunt quasi in unam coronam redigere et usui celeberrimo deputare. illa vero quae antiquitati magis conveniunt expedit sine dubitatione relinquere, ne labor adsumatur incongruus, qui praesenti saeculo videtur inutilis. sit ergo in primo libro institutionum nostrarum titulo tertio decimo, quem ad modum legi debeat caelestis auctoritas, ubi idiomata legis divinae communi usui repugnantia non permisimus dissipari. hic autem, in libro scilicet orthographiae, liberius et generaliter appetatur, quem ad modum ex regulis artium humanarum salva auctoritate seniorum cuncta lectio decora nimis et correcta reddatur. siquis autem auctores orthographos in textu suo legere fortasse voluerit, transcriptos inveniet quos ego, quantos potui reperire, monasterio meo praestante domino dereliqui, ut latius dicta probare possitis in auctoribus suis, quos nos propter fastidium vestrum deflorandos esse putavimus.

Illud etiam vos magnopere credidi commonendos, ut distinctiones sensuum sollicita mente perquirere ac ponere debeatis, sine quibus neque legere quicquam competenter neque intellegere praevalemus. scire autem debemus Donatum artigraphum de posituris ita tractasse, ut non ibi ordinem sed virtutes earum potius exprimere videatur. nam si distinctionum seriem per gradus cognitos sequeretur, primo plenam, deinde mediam nequaquam ponere potuisset; nec inde magis inciperet, ubi praedictae

---

2 non *om. ABC*ς, *add. Carrio* 3 solita *B* tractaui ς tractari *ABC* 6 transcurretis *Carrio*, transcurritis *ABC*ς 7 quod] quid *C* quae *A* competenter et scribere *C* 10 sibi ista *B* ista sibi *AC* 11 sibi talia quasi duo lumina *AB* sibi talia quae sunt duo lumina *Par.* ς sibi duo ista *C* recta] rectae *B* 22 ex regulis] et regulis *AC* 26 possitis (possetis ς) in auctoribus suis (suis *om. B, add. b*) *B*ς posit in auribus suis *A* possis in auribus suis *C* nos] non *B*ς 28 etiam] et *AC* 29 ac ponere] aconponere *B* 34 nec inde magis *A* deinde magis *BC*ς

p. 2278—80 P.

posituraе ad finem tendere comprobantur. sequitur subdistinctio, deinde media, quae plenas semper praecedunt potius quam sequuntur. sed sicut visum constat esse doctissimis, hunc debemus ordinem custodire, ut primo de subdistinctione dicamus, quae ibi semper apponitur, ubi in commate sermo suspensus adhuc reddendus esse cognoscitur, ut | 'arma virumque cano', ubi totius operis summa conclusa est. arma enim [ancilia] Vergilius virumque dicturus est. sed quoniam 'cano' respicit ad utrumque, hic, id est in 'arma', subdistinctio recte ponenda est. mediam vero adfigendam constat in commate, cum nullus sermo deest, sed gradatim tendit ad plenam, ut

dividimus muros, et moenia pandimus urbis.

plena est autem, ubi finitur perfecta sententia, ut est illud,

tantae molis erat Romanam condere gentem.

subdistinctionem vero vel mediam non credas ipsum ordinem semper tenere quem diximus, ut subdistinctio praecedat et media consequatur; sed pro ratione supra dicta locis congruis apponuntur, ut distinctiones istae bene positae sensum nobis lectionis evidenter aperiant. nam si aliter distinguas, sine dubitatione cuncta confundis. has vero distinctiones seu posituras Donato testante Graeci thesis vocant. periodus est autem per longum plenae sententiae ducta pausatio, cuius partes sunt cola et commata.

Sed antequam opus orthographiae inchoare videamur, praefationem Phocae artigraphi exempli causa iudicavimus apponendam, quoniam cuncto operi nostro, quasi a nobis prolata sit, ita omnibus modis videtur accommoda.

Ars mea multorum es, quos saecula prisca tulerunt;
sed nova te brevitas asserit esse meam.
omnia cum veterum sint explorata libellis,
multa loqui breviter sit novitatis opus.
te relegat iuvenis, quem garrula pagina terret,
aut siquem paucis seria nosse iuvat;
te longinqua petens comitem sibi ferre viator
ne dubitet, parvo pondere multa vehens;
te siquis scripsisse volet, non ulla queretur
damna nec ingrati triste laboris onus.
est quod quisque petat: numquam censura diserti
hoc contemnet opus, si modo livor abest.

---

2 plena semper *B*ς quam sequantur *B*ς 5 arma] *Verg. Aen. I 1* 6 ancilia *om. A*: 'Aeneia *quidam vetus codex*' *Carrio* 8 subdistinctio recte] media subdistinctio recta *A* affigendam esse constat *C* 9 plenum *A* 10 dividimus] *Verg. Aen. II 234* 12 tantae] *Verg. Aen. I 33* 21 phoci *AC* cuncta *B* 23 es] est *C* 28 serie *A* 29 patens *C* 30 uehens *A et deleta ut videtur* n *B* uehis *C* : 31 non nulla *AC* 32 labori *A* 33 est] et *C* 34 abest CASSIODORI SENATORIS EXPLICIT PF *A* abest CASSIODORI SENATORIS EXPLIC (ITEM *add. in marg.*) PFATIO *B. subscriptio praefationis omissa est in C*

p. 2281 P.

TITVLI LIBRI ORTHOGRAPHIAE INDICANTES EX QVIBVS AVCTORIBVS SCRIBENDI PERITIA DOMINO PRAESTANTE COLLECTA EST

I Ex Annaeo Cornuto de enuntiatione vel orthographia
II Ex Velio Longo
III Ex Curtio Valeriano
IIII Ex Papiriano
V Ex Adamantio Martyrio de b et v
VI Ex Martyrio de mediis syllabis
VII Ex eodem de ultimis syllabis
VIII Ex eodem de b littera trifariam in nomine posita
VIIII Eutychis de adspiratione
X Ex Caesellio orthographo collecta sunt
XI Ex Lucio Caecilio Vindice deflorata sunt
XII Ex Prisciano moderno auctore decerpta sunt.

Commemorati sunt auctores orthographiae, ex quibus alii ipso, alii praeposterato ordine similia dicunt, alii vero diversa describunt. sed omnia nobis absolute nosse conveniet. nam et illi qui paria dicunt communia dicta confirmant, et isti qui varia ponunt per verba multiplicia commonent, quem ad modum scribere debeamus et loqui. nunc ordo scripturae, qui ab antiquis positus cognoscitur, nihilo minus est dicendus.

I ANNAEI CORNVTI DE ENVNTIATIONE VEL ORTHOGRAPHIA ISTA RELATA SVNT

Animadverti quosdam, Aemili amice, eruditos etiam m litteram nec ubi oporteat dicentes nec ubi oporteat supprimentes. hoc ne fiat hinc observari poterit, si simul subiciam, siquid ad rectam scripturam pertinet et ad divisionem syllabarum. igitur si duo verba coniungantur, quorum prius m consonantem novissimam habeat, posterius a vocali incipiat, m

---

1 INCIPIUNT TITULI *AC* Tituli — collecta est *om. B* 4 Ex agneo *BC, in lacuna membranarum om. A.*, Ex Gneo ς: Ex Agnaeo *et in marg.* 'Annaeo *quidam veteres' Carrio, quod recepi, quamquam dubitari potest an* Agneo *ipse Cassiodorius scripserit* 7 papyriano *B* 8 martirio *utroque loco AC Par.* 11 trifaria *C* innone positam *B* 12 Eutycis *A* Euticis *C* Euchis *B* uticis *Par.* Ex Eutice ς Ex Eutyche *Carrio* 13 Cesellio *ABC* 18 conuenient *ABC* conuenit ς 22 Agnei *ABC* Gnei ς Agnaei *Carrio* 23 ista relata sunt *om. C* 24 emili *ABC*ς 26 obseruare *C* 28 prius] primum *A* primus *C* posterius a uocali aut uocalibus incipiat *A* posterius a uocali | a uocalibus incipiat *C* posterius. (*deleta littera et superscripta* a) uocali quae a uocalibus incipiat *B*

p. 2281—83 P.

consonans perscribitur quidem, ceterum in enuntiando durum et barbarum sonat. at si posterius verbum quamlibet consonantem habuerit vel vocalem loco positam consonantis, servat m litterae sonum. par enim atque idem est vitium ita cum vocali | sicut cum consonante m litteram exprimere.

Est quaedam littera in F litterae speciem figurata, quae digamma nominatur, quia duos apices ex gamma littera habere videatur. ad huius similitudinem soni nostri coniunctas vocales digammon appellare voluerunt, ut est votum virgo. itaque in prima syllaba digamma et vocalem oportuit poni, Fotum Firgo, quod et Aeoles fecerunt et antiqui nostri, sicut scriptura in quibusdam libellis declarat. hanc litteram Terentius Varro dum vult demonstrare, ita perscribit, VAV. qui ergo in hac syllaba sonus est, idem litterae erit. nos hodie V litteram in duarum litterarum potestatem coegimus: nam modo pro digamma scribitur, modo pro vocali. vocalis est, cum ipsa per se est: hoc enim cum ceteris quoque vocalibus patitur. si cum alia vocali est, digamma est, quae est consonans. tres vocales quibusdam videntur esse sub una syllaba vae. errant, si | ita putant: nam nusquam apud Graecos neque apud Latinos ex tribus vocalibus syllaba constat. quare hic quoque digamma erit et duae vocales.

Similiter 'sed' cadit in quaestionem, et aliis per t, aliis per d placet scribi. apud antiquos enim scio *pro* sed sedum fuisse: unde nos duabus litteris novissimis ablatis reliquas litteras salva d in usu habemus: quem ad modum si quaeras 'sat qua littera scribi oportet?', dicemus per t, quia integrum eius sit 'satis'.

---

2 at si ϛ*C* ac si *AB* quamlibet *B* quodlibet *AC* 3 servat m litterae sonum *om. A* 4 ita cum vocali exprimere, sicut cum consonante m litteram supprimere *coniecit Schneiderus gramm. lat. I p. 305* 5 *fortasse* Apud Graecos est quaedam 6 quia] quae *ABC* ex gamma literā habere uidetur *C* 7 coniunctas vocales] *rectius* v coniunctam vocali 9 quam et aeoli *A* quā et eoli *C* quae et aeoli *B*ϛ quod et Aeoli *Carrio* nostri *AC* non *B*, *om.* ϛ 10 Terentius Varro ϛ terentius usu raro *ABC. Varronis praeceptum ex libris de origine linguae latinae petitum esse coniecit Ritschelius quaest. Varron. p. 27, libris de sermone latino tribuit Wilmannsius de Varr. libr. gramm. p. 92. 176: cf. Priscian. l. I p. 15* 11 perscribit VAV *Ritschelius*, perscribit ua *AC* percribit ua *B* 12 V litteram] u l' itā *A* 14 hoc ē enim *C* 15 vocali est] uocale *corr.* -li *C* 16 vae] uerum *A. fortasse* quae *scripserat Cornutus, ut hoc exemplo probaret* q *littera praecedente* u *litteram non obtinere vocalis locum* nusquam neque apud Graecos *Carrio* 17 constat Similiter quare (quare *om.* ϛ) h quoque digamma erit et duae uocales similiter sed *AB*ϛ *et verbis* similiter quare — similiter *in margine additis C*, constat, quare similiter hic quoque digamma erit et duae uocales similiter. Sed *Carrio* 19 in quaestione *A* 20 scio sedum fuisse ϛ. *cf. Charis. p. 112, 5* sedum enim antiqui pro sed ponebant pro *om. ABC* 21 in usum *B* 22 si quaeras sat qualiter scribi oportet dicemus *B*ϛ si quaeratur s & qualiter scribi oportet diceremus *A* si querat sat qualite (*corr.* qualiter *c*) scribi oportet diceremus *C*, si quaereretur, sat qua littera scribi oporteat, diceremus *Carrio* quia] quod *AC*

p. 2283 P.

Q littera tunc recte ponitur, cum illi statim u littera et alia quaelibet una pluresve vocales coniunctae fuerint, ita ut una syllaba fiat: cetera per c scribuntur. hoc Lucilio quoque videtur. non nulli putant auribus deserviendum atque ita scribendum, ut auditur. est enim fere certamen de recta scriptura in hoc, utrum quod audimus, an quod scribi oporteat, scribendum sit. ego non omnia auribus dederim. quotidie sunt qui per co cotidie scribant, quibus peccare licet desinere, si scient quotidie [inde] tractum esse a quot diebus, hoc est omnibus diebus. 'qui' syllaba per q u i scribitur; si dividitur, ut sit cui ut huic, per c. hoc item in ceteris notabimus, ut divisionem c littera sequatur. si tamen secundum antiquam enuntiationem fuerit † quia genetivus et ablativus non dividitur.

Causa per unam s: nec quemquam moveat antiqua scriptura: nam et accussare per duo s scripserunt, sicut fuisse divisisse esse et † causasse per duo s scriptum invenio. in qua enuntiatione quo modo duarum consonantium sonus exaudiatur, non invenio.

Vostra olim ita per o, hodie per e, ut advorsa adversa, pervorsa perversa, votare vetare, vortex vertex, convollere convellere, amploctere amplectere.

Malo qui putant ab eo quod est graece μᾶλλον [comparativo modo] descendisse et per duo l scribunt, peccant. non enim a graeco translatum est, sed ab antiquorum consuetudine, qui primo magis volo dixerunt, postea a pluribus elisionibus hoc verbum angustaverunt, ut mage volo,

---

1 Q littera *p. 150, 22 Curt. Valerian. 155, 24* 6 quotidie *Papirian. 158, 18* 19 Malo *Papirian. 159, 1*

---

1 u litteram *A* 3 Lucilio *Semlerus et Bergkio auctore Muellerus Lucil. sat. rel. p. 48*, lucio *AC* Lutio *B*. *'est is Lucius Caecilius Vindex' Carrio* 4 ita scribendum ita ut *A* id scribendum ut *C* audiatur *corr.* auditur *B* fere certamen *B* certamen fere *AC* 5 quod audimus an quod scribi oportet ς quae (q; *AC*) audimus an quae (que *A*) scribi oporteat *ABC* 6 per co] per c *A* 7 scribunt *C* peccare licet desinerent si scirent *C et Carrio* 8 tractum esse quot (quod *A*) diebus *AC*. *diversa de v.* quotidie *praecipiunt Velius Longus p. 79, 17 et exc. Papir. p. 158, 18* per q scribitur *A* per q scribi debet *C* 9 si diuiditur ut sicui ut huic per c *AB* si diuiditur per c si cui huic *C* notauimus *B* 10 ut in diuisione *C* 11 *fortasse* fuerit quoi dativus, non dividitur: *cf. Vel. Long. p. 70, 18* quia genitiuus *B* quod genitiuus *C* cui datiuus *A* qua genitiuus ς 12 Causam per unam s nec quemquam moueat *B* Causa per unam s nec quemq; nouerat *C* Causam per unam s nequaquam nouerat *A*: *cf. Vel. Long. p. 79, 19 Scaur. p. 21, 14* 13 accussare per duos s *C* accusare per duo ss *AB* causasse per duo ss *AB* causisse per duo s *C*. *'fortasse* cauisse' *Carrio*, calcasse *Velius Longus, quod probavit Schneiderus gramm. lat. I p. 432. fortasse tamen plura ab excerptore perturbata sunt, et* fussus divissus suesse et aussus *scripserat Cornutus* 16 aduorsum *corr.* -sa *C*. aduorsum aduersum peruorsum peruersum *Carrio* 17 amplocti amplecti *A* 19 quod] que *A* ΜΑΛΟΝ conparatiuo descendisse *A* ΜΑΝΟΝ conperatiūs descendisse *C* 22 ut mage uolo *Carrio* ut magne uolo *A* ut magne uolo *BC*ς

p. 2284 P.

deinde mavolo, quod frequentissimum | apud illos est: novissimo *in* hoc substitit, ut malo esset. sed malle per duo l: magis velle enim est. item nolo per unum l, nolle per duo l: nolo enim nevolo est, nolle ne velle. denique ut se verbum habet, ita ea quae ex illo componuntur.

Alia sunt quae per duo u scribuntur, quibus numerus quoque syllabarum crescit. similis enim vocalis vocali adiuncta non solum non cohaeret, sed etiam syllabam auget, ut vacuus ingenuus occiduus exiguus. eadem divisio vocalium in verbis quoque est, *ut* metuunt statuunt tribuunt acuunt. ergo hic quoque c littera, non q apponenda est.

Lacrumae an lacrimae, maxumus an maximus, et siqua similia sunt, quo modo scribi debeant, quaesitum est. Terentius Varro tradidit Caesarem per i eius modi verba solitum esse enuntiare et scribere: inde propter auctoritatem tanti viri consuetudinem factam. sed ego in antiquiorum multo libris, quam Gaius Caesar est, per u pleraque scripta invenio, optumus intumus pulcherrumus lubido dicundum faciundum maxume monumentum contumelia minume. melius tamen est et ad enuntiandum et ad scribendum i litteram pro u ponere, in quod iam consuetudo inclinavit.

Vineas per e quidam scribendas tradiderunt, si hae significarentur, quas in agris videmus; at contra per i, vinias, illas sub quibus latere miles solet, quod discrimen stultissimum est. nam neque aliunde vineae castrenses dictae sunt, quam quod vineis illis agrestibus similes sunt.

Extinguunt per duo u: qualem rationem supra reddidi de q littera, quam dixi oportere in omni declinatione duas vocales habere, talis hic

---

9 Alia sunt *Papirian. 161, 4*

---

1 in *om. ABC*ꝰ 2 substitit *Carrio*, subsistit *ABC*ꝰ malle per duas ll uelle enim est *AC* malle per duas (*corr.* duo) ll magis uelle est (*sed* magis uelle est *ras. b*) *B*, malle per duas ll uelle est *codex Bernensis 243*, malle per duo l, quod est magis velle *exc. Papir.* 3 nolle per duo l *om. AC* nevolo] nec uolo *A* 6 simili *ABC* 8 ut *ante* metuunt *om. ABC* 11 quomodo scribi deb$\bar{\text{e}}$ (debent ꝰ) *B*ꝰ scribi debet (*omisso* quomodo) *AC*, scribi debeant *Carrio*, qualiter scribenda sunt *Isidorus orig. I 26, 15* Terentius *AC* tradidit *AC et Isidorus*, tradit *B* 12 adnunciare *A* adnuntiare *C*: *fortasse* et enuntiare 13 tanti *om. B, add. AC et Isidorus* consuetudine factum *C* in antiquiorum (in antiquorum *C*) multo libris quam *AC* in antiquorum libris multo quam *B* 14 cesar est usus per u *C* 15 lubido] legundum *A* faciundum *C* facundum *AB* 16 contumulia *A*. *fortasse* contumacia: *cf. Vel. Long. p. 76, 6* 18 uineas per e (scriptas *add. c*) quidam tradiderunt *C* si he significarent *A* si hec significarent *B* si hae sinificarent *C*, si has significarent *Carrio* 19 viderimus *corr.* uidemus *B* uiderimus *AC et codex Bernensis 243* ac contra *A* uinias] uineas *A* 20 solet miles *C* 21 quam quod] quamq; *B* quamquâ *C* 22 Exstinguunt per V et O: qualem rationem supra reddidimus de litteris quas dixi *Carrio* Extinguunt per u o *A* Extingunt per v o *B* Extinguont per u et o *C* Extingunt per ·ll· o *Paris.* de q (de quu *A*) littera quam *AB* de quibus litteris quas *C*: *cf. p. 149, 1*

p. 2284. 85 P.

quoque intellegenda est. extinguo est enim, et ab hoc extinguunt, licet enuntiari non possit.

Intervallum duas l habet: vallum enim ipsum non aliter scribitur, a quo intervallum. Varro dicit intervalla esse spatia quae sunt inter capita vallorum, id est stipitum quibus vallum fit; unde cetera quoque spatia *intervalla* dicuntur.

Observanda pusillo diligentius est praepositionum cum verbis aut vocabulis compositio, ut consonantes novissimas praepositionum | sciamus non durare, sed mutari plerumque. itaque non numquam quae consonantes verborum aut vocabulorum primo loco sunt, easdem necesse est fieri et in praepositionibus, aut propter levitatem aut quia omnino enuntiari saepe litterae praepositionum non possunt. quando autem fiant, quando non, sono internoscemus: accedo duo c, attuli duo t, assiduus duo s, arrideo duo r, appareo duo p, annuo duo n, alligo duo l. in his non solum propter levitatem consonantes mutantur, sed et quia nullo modo sonare d littera potest. *est* ubi sonet et ubi scribatur, cum f consonanti adiungitur, ut adfluo adfui adfectus: at contra b non sonat, *ut* offui offero offendo. in aliis etiam consonantibus idem patitur, ut suggero * ostendi enim supra digamma consonantis vim habere. est ubi b, quod vix credibile est, in s cogatur, ut suscipere sustinere suspendere suscitare, et quod antiqui dixerunt sustollere, nos praeterito sustuli. item ex praepositio ad f litteram formatur, ut effluo effodio effero efficio; nec minus in s formatur, *ut*

7 Observanda *Papirian. 162, 9 Caecil. Vind. 2318*

1 exstinguont, est enim ab ex et stinguo, et ob hoc exstinguont *Carrio* ab hoc extinguunt *A* ob hoc extingunt *B* ab hoc extinguont *C* 3 Interuallum enim per duo ll uallum ipsum *C* non aliter *om. B, add. b* 4 interuala *C* sunt *ras. B*, st *Paris.*, sint *AC et codex Bernensis 243* 5 fit] sit *C* quoque spatia] qq̄s paucia *A* 6 intervalla *om. ABC* 7 est *om. B* aut vocabulis *Schneiderus gramm. lat. I p. 643*, a uocalibus *AC et codex Bernensis 243* auocalibus *B* 9 itaque non umquam consonantes *C* 10 uerborum a uocabulorum *AC* 11 aut propter leuitatem aliquam omnino *A* a propter leuitatem a quā omnino *C* quę propter leuitatem quoque omnino *B* quae propter lenitatem quoque omnino ꝯ enuntiare saepe litterā *AC* 12 quando autem fiat sono internoscemus *A* fiat *excerpta Papiriani* quando non] quan non *C* 13 internoscimus *C* 14 apparo *A* 15 mutantur sed et quia *B* mutant sed ē quod *AC. rectius erat* mutant d, sed et quia 16 est *om. ABC.* ibi sonat et ibi scribitur ꝯ consonante adiungitur adfluo *A* consonanti adiungit adfluo *C* 17 at] ut *B*, *om. AC* ut *ante* offui *om. ABC* effui effero *C* 18 etiam] enim *AC* ut *ante* suggero *om. C* *lacunam, qua* suvverto *vel simile verbum excidisset, indicavit Schneiderus l. c.*: *cf. Mar. Victor. p. 19, 4* supra] *p. 148, 5* 19 digammam *ABC* quod uix credibile est ꝯ quia uix credibile est *B* quamuis credibile est *AC*, quamuis incredibile est *Carrio* 20 et quia antiqui *B* 21 praeterito sustulli *AC* 22 formatur *priore loco om. B* effodio *om. C* nec minus informatur escendo *BC* nec minus informatur excindo *A*. informatur '*i. e.* immutatur' *defendit Schneiderus gramm. lat. I p. 644, cf. ib. p. 553*

p. 2285, 86 P.

escendo. alicubi tamen sonat et ob hoc necessario scribitur, *ut* exsilio exsicco. itaque ubi sonuerit, ibi ponemus.

Tamtus et quamtus in medio m habere debent. quam enim et tam est, unde quamtitas quamtus tamtus. nec quosdam moveat, si n sonat: iam enim supra docui n sonare debere, tametsi in scriptura m positum sit.

Exsilium cum s: ex solo enim ire est, quasi exsolium, quod Graeci ἐξορισμόν dicunt: antiqui exsoles dicebant.

H sicut in quaestione est, littera sit necne, sic numquam dubitatum est secundo loco a quacumque consonante poni debere; quod solus Varro dubitat. vult enim auctoritate sua efficere ut h prius ponatur ea littera, cui adspirationem confert, et tanto magis hoc temptat persuadere, quod vocalibus quoque dicit anteponi, ut heres hircus. sed Varronem praeterit consonantem ideo secundo loco h recipere, quod non possit ante *se* adspirationem nisi vocalis habere. itaque et ante et post h littera cuicumque vocali adiungatur, [non] sonabit. haec enim natura vocalium | est, ut ante se aut post se h litterae enuntiationem non impediant. praeterea

3 Tamtus *Caesell. 2314* 6 Exsilium *Caesell. 2314*

1 tamen sonat *B* sonat tamen *A* sonet tamen *C* et ab hoc *AC* ut *ante* exsilio *om. ABC* 2 ibi ponemus *C Par.* ς ubi ponemus *AB* 4 unde quantitas quantus tantus *B* si N sonat *B* si non sonat *AC*, si M non sonat *Carrio* 5 iam enim supra] *p. 147, 24, ubi Cassiodorius omisisse videtur quae Cornutus de* m *littera ante consonantes vel digamma sonum* n *litterae praebente scripserat, quae hoc auctore repetita sunt in excerptis Caecilii Vindicis p. 2317. eodem pertinent excerpta Caesellii p. 2314* ita enim supra docui n sonare debere, tametsi in scriptura m positum sit in prima scriptura m positura sit *B* 6 Exilium *AC* cum s ex solo] cum sint ex sole *C* quasi exsolium *AC et codex Bernensis 243, ...* ex solium *B, corr.* quasi extra solum *b* quod ς quae *B* quē *A* quā *C* 7 ΖΟΡΙϹΜΟΝ *ABC* 8 H sicut in quaestione littera sit necne sit, numquam dubitatum est, ac secundo loco cum consonanti poni debere ς H sicut in quaestione est littera sit, necne: ita numquam dubitandum est, secundo loco a quacumque consonanti poni debere *Carrio* H] Nā *C* sic nunquam *Putschius,* sit numquam *ABC* dubitatum est *A* dubitandum est *C* dubitatum est ac *B Par., unde* dubitatum est an secundo loco — poni deberet *scripsit Wilmannsius de Varr. libr. gramm. p. 181* 9 quod solus ς *Par.*, quia solus *B* quam solus *AC* 11 quae adspirationem confert *A* quae adspirationem conferet (*corr.* conferret *c*) *C* quae adspirationem conferet *B*, quae ad adspirationem confert *Par.*, quae adspirationem conferat ς cui adspirationem conferat *Wilmannsius. an* ad quam adspirationem adfert? persuadere *Carrio*, suadere *ABC*ς quod] quae *corr.* quod *B* q *A* quę *C* ut *Par.* ς 12 dicat *ABC Par.* ς ut *ante* heres *om. AC* 13 quia non possit ante se adspirationem nisi uocalis habere *Wilmannsius*, quod (quia *B Par.* ς) non possit ante adspirationem nisi uocales habere *ABC Par.* ς 14 post si h (ha *corr.* h *C*) litteram *AC* cuicumque tali adiungatur non (non *om. A*) sonabit (sonat ς) *ABC Par.* ς, cuicumque uocali adiungatur, consonabit *Wilmannsius auctore Usenero* 16 ut ante se aut post se habeant enuntiationem, *sed* habeant *ras. et* ut — post se *in marg. B*, ut (aut *add. Par.*) ante se aut post se (habeant *add.* ς *et al. m. Par.*) h enuntiationem *Par.* ς, ut quoque genere enuntiationem *AC*, ut siue ante se siue post se habeant h, quoquo genere enuntiationem *Carrio*

p. 2286 P.

in libro qui est de grammatica Varro, cum de litteris dissereret, [ita] h inter litteras non esse disputavit, quod multo minus mirum, quam quod x quoque litteram esse negat. in quo quid voluerit, nondum deprehendi, ipsius verba subiciam: 'litterarum partim sunt et dicuntur, ut A et B; partim dicuntur neque sunt, ut H et X; quaedam neque sunt neque dicuntur, ut Φ et Ψ.'

Vehemens et vemens apud antiquos et apud Ciceronem lego, aeque prehendo et prendo, hercule et hercle, nihil et nil. haec observari eatenus poterunt, consuetudine potius quam ratione, in his praecipue verbis quae adspirationem habere debent.

Y littera antiqui non semper usi sunt, sed aliquando loco illius u ponebant: itaque in illorum quidem libris hanc scripturam observandam censeo, Suriam Suracusas sumbola sucophantas, at in nostris corrumpi non debet. illud etiam non video, quare huic litterae h adspirationis gratia admoveam. ipsa enim per se adspirativa est et quocumque vocabulo primum locum habuerit, adspiratur, Yacinthus Yllus Ymettus; et tanto magis adspiratio addenda non est, quanto apud Latinos vocabula non sunt hac littera notata.

---

7 Vehemens *Papirian 159, 18* 11 Y littera *Papirian. 160, 16*

---

1 in libro quem de grammatica Varro scripsit *Carrio* qui est de grammatica *AB* quē de grammatica *C* qui est in grammatica *Par.* ς ita h] HA *Wilmannsius de Varr. libr. gramm. p. 211*, item h *Ritschelius quaest. Varr. p. 7*, idem h *L. Muellerus mus. Rhen. v. XX (a. 1865) p. 264* 2 disputauit *Carrio*, disputant *C* disputat *AB*ς quae multo *B* quam quod x *Par.* ς, quam quia x *A* quam que x *B* quamq; x *C*, quam quod K *et deinde* ut H et K *Muellerus* 3 quid voluerit *Muellerus*, quid uiderit *ABC Par.* ς 4 litterarum partim sunt et dicuntur ut A et B et h et x partim sunt quae neque dicuntur quaedam neque sunt neque dicuntur ut phi y (ut Φ Ψ *edd.*) *B*ς *Par.*, litterarum partim sunt et dicuntur ut a et b h et x (ut a b et h et x *C*) partim sunt neque dicuntur ut phi Ψ *AC*, litterarum partim sunt et dicuntur, ut A et B, partim dicuntur et non sunt, ut H et X, partim sunt neque dicuntur, ut Φ Ψ *Carrio. de graecis et latinis litteris hoc docuisse videtur Varro, graecas litteras partim easdem esse apud Latinos, partim receptas quidem, sed diversa potestate, partim neque esse neque dici, h. e. neque formam inveniri neque sonum unius litterae nota exprimi: cf. Papir. exc. p. 160,7* 7 vehemens et vemens ς *A* uehemens et uehemens *C* ueemens (*corr.* uemens) et uehemens *B* 8 mehercule et mercle *coniecit Schneiderus gramm. lat. I p. 188* nichil et nil *B* nichil nil *A* nihil nil *C* obseruari eatenus poterunt *A* obseruare eatenus poterunt *BC*ς obseruare eatenus poteris *Carrio*: sed in his praecipue verbis, quae adspirationem habere debent, haec observari eatenus poterunt, quatenus consuetudo permiserit *excerpta Papiriani* 10 adspirationem] adscriptionem *C* asscriptionem *A* 11 V litterā *A* y ponebant *A* 12 quidem] quoque *C* 13 syriam syracusas symbola sycofantas *ABC* at] aut *A* 14 illud etiam *Carrio*, illud enim *B* illud ē *C* illud *A* 15 ā moueam *C* amoueam *B* 16 yacinthus yllus ymetus *C* y accinthus (*corr.* y acinthus) yllus ymetus *B* h yacinctus ylus (*om.* ymettus) *A* 17 quanto] quando *C. an* quoniam? 18 hac litterae nota *C*

p. 2286. 87 P.

Varroni etiam placet r litteram, si primo loco ponatur, non adspirari. lector enim ipse, inquit, intellegere debet Rodum, tametsi h non habet, Rhodum esse, retorem rhetorem. sed eadem observatio non necessaria est [r littera]. sunt enim verba primo loco r litteram habentia non minus latina quam graeca. itaque merito auferemus [aut amovebimus] adspirationem, Roma regina rapa Rodus.

Z in antiquis libellis modo scriptum est, modo non, sed pro illo duo s ponebantur, crotalizo crotalisso, malacizo malacisso et his similia. sed viderint illi qui, cum verbis integris Graecorum uti non erubuerunt, erubescendum crediderunt litteras graecas intermiscere. nobis satius est alieno bene uti, quam nostro ineleganter. |

II EX VELIO LONGO ISTA DEFLORATA SVNT

At, si coniunctio fuerit, per t scribendum est, ut est

at te nocturnis iuvat impallescere chartis;

si praepositio, per d, ut est

fando aliquid si forte tuas pervenit ad aures.

'atque' item coniunctio composita per t similiter scribenda. apud praepositio per d scribi debet, sicut 'ad patrem', quoniam veteres saepe apud pro ad usi sunt; et duabus ex ea mediis litteris sublatis, id est p et u, ad remanet. item quit per t scriptum verbum est tertiae personae, cuius prima est queo, secunda quis, tertia quit; ex quibus componuntur nequeo nequis nequit,

---

7 Z in antiquis *Curt. Valerian. 157, 16* 13 At *Vel. Long. 62, 10. 69, 18* 17 apud *Vel. Long. 70, 6* 20 quit *Vel. Long. 69, 25*

---

1 uarroni etiam placet *A* uarroni enim placet *B* ꝛ uarroni placet *C* r litteram si primo loco ponatur *Carrio*, h littera si pro (primo ꝛ) loco ponatur *B* ꝛ h litteram si pro loco ponatur *C* h litteram si pͨ (*h. e.* post) r ponatur *A* 2 lectus *C* tam̄ etsi *ABC* h] ha *C* 3 Rhodum] rodum *B* rhetorem] rethorem *BC* sed eadem obseruationem (nem *ras.*) non necessaria est r litterae (*corr.* littera) *B* 4 r littera *om. A*, r litterae ꝛ in r littera *Carrio* 5 merito auferamus aūt amouebimus (adspirationem *add. c*) a roma *C* merito auferimus h roma *A* 6 rapa] papa *B* 7 in antiquis libellis *AB Par.*, in antiquis libris *C*, in antiquis libris Latinorum *excerpta Curtii Valeriani* scripta est *C* pro illa *C* duae ss *B* 8 crotalizo chrotalisso *A* crotolizo crotalisso *B* cralizo crotalisso *C* malacizo] malicizo *A* et in his *A* 9 uidēr (*h. e.* uiderunt) *C* 10 crediderint *B* est *om. B* 11 quam n̄rō ineliganter *A* quam non ineliganter (*corr.* ineleganter) *B* quam N̄ eligantur *C*, quam ineleganter nostra apponere ꝛ *ex Curtii Valeriani excerptis* 12 UELLIO *B* DEFLORATA] RELATA *B* 13 scribendum est] scribi debet *C* 14 at te] *Pers. sat. 5, 62* 16 fando] *Verg. Aen. II 81* aliquod *B* 18 *fortasse* sicut ad praepositio 19 ex ea] ex eis *ABC* 20 cuius prima est queo ex quibus conponuntur nequeo inquio per d autem *C*

p. 2287. 88 P.

inquio inquis inquit: per d autem adverbium, ut 'quid faciat laetas segetes', et quae ex eo componuntur, ut quicquid siquid aliquid numquid et his similia. id per d scriptum pronomen est neutri generis ab eo quod est is ea id; per t vero signatum indicat verbum tertiae personae ab eo quod est eo is it.

Placet etiam ut Delmatiam, non Dalmatiam scribamus, quoniam a Delmino, maxima eiusdem provinciae civitate, tractum nomen existimatur.

Feriae quoque, non fereae scribendae sunt, quoniam apud antiquos fesiae, non feseae dicebantur.

Actuarii et actarii, utrumque dicitur; sed actuarii nominantur diversis actibus generaliter occupati, actarii vero scriptores tantum dicuntur actorum.

Item aliud est esse cilonem, aliud chilonem. cilones vocantur homines angusti capitis et longi et adspirationem non habent; chilones vero cum adspiratione scripti a brevioribus labiis homines vocitantur, quod est a graeco vocabulo derivatum, *παρὰ τὰ χείλη*, unde Achillem quoque ferunt esse nominatum.

Coniux sine n putat Nisus artigraphus esse scribendum, quoniam in genetivo casu facit coniugis. mihi autem videtur non evellendam exinde hanc litteram, qua sonus enuntiationis | exprimitur. nam quamvis asserat non esse onerandam supervacuis litteris dictionem, ego tamen non fraudandum sonum existimo suis litteris, quibus integer et plenus auribus intimatur.

III EX CVRTIO VALERIANO ISTA COLLECTA SVNT

Q littera tunc recte ponitur, cum eam statim u littera sequitur iuncta cum alia vocali vel vocalibus [diphthongis], ita ut unam syllabam faciat,

---

6 Delmatiam *Vel. Long. 73, 6* 8 Feriae *Vel. Long. 73, 8* 10 Actuarii *Vel. Long. 74, 10* 12 Cilonem *Vel. Long. 74, 13* 17 Coniux *Vel. Long. 77, 18* 24 Q littera *Cornut. 149, 1*

---

1 inquio] inqueo *corr.* inquio *B* per d item aduerbium *A*, at per d pronomen neutri generis *Velius Longus* quid faciat] *Verg. georg. I 1* 2 quicquid] quidquid *B* 6 placet e adelmitiam non adelmatiam scribamus *A* placet ē adelmatiam non adelmantiam scribamus *C* Delminio *Carrio* 8 scribendae sunt — feseae *om. C* apud antiquos fesiae non feseae *Velius Longus*, apud antiquos feriae non fereae *B* apud antiquos farie non fereae *A* 10 Actuarii uero scriptores et actarii, *sed deleto v.* scriptores *A*, Actuarii uero et actarii *C* *fortasse* sed actuarii generaliter nominantur diversis actibus occupati 11 actorum] auctorum *C* 12 esse *om. B* 13 habet *A B C* 14 est *om. C* 15 ΠΑΡΑΤΑΧΥΛΗ *C* ΙΤΑΡΑΤΑΧΙΑΕ *A* papa ΤΑΧΙ an *B* achilem *A C* quoque *om. C* 16 ferunt] fert *C* 17 Coniunx *A C* 20 onerandum *A* supervacuis] far uacuis *C corr.* s̄ruacuis *c*, uacuis *A* 21 existimo *C* estimo *A B* integer et plenus *et in marg.* integris et plenis ꝭ, integre et plenus *A B C* intimis et plenis *Par.* 24 eam] ea *A* 25 ita ut una syllaba fiat *excerpta Cornuti*

p. 2288. 89 P.

ut Quirites quaestio quaerite. cetera vero per c scribi debent, ut cuius Cumae et reliqua huius modi.

Cum, quando praepositio erit, per c scribitur, ut est illud,

divisum imperium cum Iove, Caesar, habes.

quando autem adverbium est, per q scribendum: veteres enim *pro* 'quando' 'quum' dixerunt, ut est 'quum navis ex Asia venerit': ceteraque huius modi adverbia similiter scribenda sunt, ut quoquumque ubiquumque.

Huiusce per c litteram scribendum est. antiqui enim pronominibus ce addebant, ut hicce illicce isticce; unde subtracta eadem novissima syllaba ce relictum est hic illic istic. sed [hoc] in solo genetivo casu articularis pronominis, qui est huiusce, adhuc eadem syllaba ce integra manet.

Cur alii per c scribendum putaverunt dicentes non posse q litteram poni, ubi u esset sine alia vocali, secundum regulam supra dictam: alii per q, eo quod originem trahat ab interrogativis adverbiis, quae sunt quando quorsum. usus autem obtinuit ut cur per c scribatur.

Partubus et partibus, arcubus et arcibus, artubus et artibus veteres quidem indifferenter scripserunt: nos possumus observare ut ab eo quod sunt partus, id est foetus, partubus scribamus, ab eo autem quod sunt partes partibus; itemque ab eo quod sunt arcus arcubus, ab eo autem quod sunt arces arcibus; et rursum ab eo quod sunt artus, id est | membra, artubus, ab eo *autem* quod sunt artes artibus.

Tres litterae sunt apud Graecos, ζ ξ ψ. ex his in usum nostrum transtulimus z: item pro ξ nos x utimur: ψ nullo modo transferri potuit, sed vis ipsius translata est in ps, ut quae per ψ scribuntur per ps scri-

---

3 Cum *Caecil. Vind. 2318* 8 Huiusce *Mar. Victor. 16,1* 16 Partubus *Scaur. 25, 1* 22 Tres litterae *Papirian. 159, 22*

---

3 scribetur ut est illud, *sed* etur *et* est *ras. B*, scribi debet ut est illud *codex Bernensis 243* 4 divisum] *anthol. lat. II 68 ed. Burm., n. 256 ed. Riese, Donat. vit. Verg. c. 17* habet *Par.* ς 5 quando autem *B* qm̄ enim *C* quando (*om.* autem) *A* aduerbium est et per q *C* ueteres enim quando quum (quando cum *B*) dixerunt *ABC*. quum adverbium temporis, quod significat quando, per q scribendum est *excerpta Caecilii Vindicis* 6 ut est ς id est *ABC* 7 quoquumque ubiquumque ς*A* quocumque ubicumque *B* quoque ubicumque *C* 8 Huiusce per c *B*ς Huiuscemodi per c *AC* 9 c addebant *AC*ς nouissima littera c relictum est ut hic ς 10 c relictum est *B* 11 qui est ς*A* quae est *B* quod est *C* 13 sine aliqua uocali *AC* 15 quando] *fortasse* quare: *cf. Vel. Long. p. 71, 4* usu *C*, *corr.* usus *c* 16 artubus] artibus *A* 17 nos] Non *B* quod sunt partus ς quot sunt partus *AC* quae sunt partus *B* quod est partus *Carrio* 18 quod sunt partes ς*C* q̄t sunt partes *A* quae sunt partes *B* 19 itemque ab eo] itemque ab eo autem *A* quae sunt arces *B* 20 rursus *AC* quae sunt artus *B* artus] arcus *A* 21 autem *om. ABC, add.* ς quae sunt artes *B* 22 *fortasse* tres litterae duplices sunt apud Graecos ζ ξ ψ] x y z *B* 23 ψ *ante* nullo *et post* per *om. B* 24 scribamus] scribimus *B*

p. 2289 P.

bamus. haec in ceteris casibus aut in bis exeunt aut in pis, ut caeleps caelibis, auceps aucupis, Cinyps Cinypis. divisionem praeterea syllabarum ad bs et ps pertinentem hinc observabis, quod, ubicumque ps erunt, dividi non possunt, sed ad sequentem aut antecedentem syllabam applicabuntur, tamquam unius litterae potestatem habeant, *ut* apstinui, aps et tinui, apscessi, aps et cessi, apscondo, aps et condo. at ubi bs fuerint, dividantur necesse est, ut obstipui obstupeo obsum obstrepo. praeterea bs numquam coniunctas invenies: non enim possunt facere syllabam. et si primam quidem vocalem habeant, fallunt quasi ipsae consonent, ut trabs, quia dicimus trabem; ceterum si ante vocalem ponantur, nullo modo enuntiationem capiunt. contra ps etiam praepositae sic sonant, ut apud Graecos ψ. eandem rationem puto observandam et in verbis, quae praeterito tempore et futuro incertum est p an b habere debeant. nam sicut in casibus nominum p littera in b commutatur, ut est caeleps caelibis, ita in temporibus quoque verborum e contrario b in p commutatum videmus, ut scribo scripsi scripturus, labor lapsus lapsurus, nubo nupsi nuptura. z in antiquis libris Latinorum scriptum non est, sed pro illo duo s ponebantur, crotalizare crotalissare. sed viderint illi qui, cum verbis quibusdam integris Graecorum uti in latina lingua non erubuerunt, erubescendum crediderunt litteras graecas intermiscere. nam satius est alienis bene uti quam nostra ineleganter apponere.

Praesto nos per o scribimus, veteres per u scripserunt. sed sic praesto dicendum est, ut sedulo et optato et sortito. inde et praestolari,

16 z in antiquis libris *Cornut. 154, 7*

1 haec in ceteris *A* h. in ceteris *C* in ceteris (*om.* haec) *B* exeunt *om. C* 2 aucceps aucipis *B* cynyps cynipis *A* cynyps cynycypis *B* cinips cinibis *C* 3 hinc observabis quod *B* hanc obseruabimus quia *AC* 4 possent *C* 5 tamquam] tamq. *A* ut *om. ABC* apstinui aps et tinui (*corr.* tenui) apscessi aps et cessi abscondo aps et condo *B* abstinui abs et tenui abscessi abs et cessi abscondo abs et condo *A* abstinui abs et tinui similiter abs et cessi et abs et condo *C* 6 fuerunt *C* diuiduntur necesse esse ut obstipui *A* diuiduntur (diuidantur ꝛ) necesse est ut obstupui *B*ꝛ diuidunt necesse est obstipui *C* 7 praeterea *B* propterea *AC* 8 etsi si primam *Schneiderus gramm. lat. I p. 222* 9 quia dicimus *A* quam dicimus *B* quae dicimus *C* 10 ponatur *C* 11 contra ps] cum traps *C* apud grecos .I. tandem rationem hanc puto *B* 14 commutat *AC* ut est] id est *C* celebs celibis *AB* 16 labor lapsus lapsurus ꝛ labo lapsus lapsurus *AC* labo labsus labsurus *B* nuptura] nupsura *AC* 17 libris latinorum librum scriptum *A* scripta non est sed pro illa *C* 18 crotalissare] crotalisse *B* uiderint] uidēr *AC* diuiderint *B* 19 eruberunt *A* nec erubescendum crediderint *C* an erubescendum crediderint *Carrio* 20 nobis satius est alieno bene uti quam nostro ineleganter *excerpta Cornuti* nostra ineliganter apponere *C* nr̄am eliganter apponere *A* nr̄am ineliganter (*corr.* ineleg.) apponere *B* 22 praestolor *A* veteres] antiqui *C* sed sic presto *A* sed si praesto *C* sed praesto *B* 23 ut sedulo et optato et sortito ꝛ ut sedulo et obtato sortito *B* ut sedulo et optato scriptato *A* et sedulo et abtato (*corr.* optato *c*) scriptito *C*

p. 2289. 90 P.

non praestulari. nec mirum est veteres u littera pro o usos: nam et o pro u usi sunt: poblicum | enim, quod nos publicum, et quod nos culpam, illi colpam dixerunt.

Supter per p scribendum, non per b.

Neglegere per g, non per c scribendum.

† Eutalium Eupolim et alia huius modi quidam per y litteram *scribenda* putaverunt, eo quod graeca esse dicerent; sed apud nos y littera numquam vocali coniungitur.

IIII EX PAPIRIANO ISTA COLLECTA SVNT

Ae syllaba, quam nunc in fine sermonis *per* diphthongon scribimus, ut 'cogitationis magnae', apud antiquos per a et i scribebatur, ut esset distantia genetivorum a dativis. nam genetivo hanc divisionem dabant, ut non esset disyllabus similis dativo, sed trisyllabus inveniretur, ut magnai Asiai aulai frugiferai.

Reliciae et relicui per c scribebantur, ut sit relicuus ut vacuus, sic relicui et vacui, sicut mortuus mortui, strenuus strenui. at nunc reliquiae ut exequiae per q scribuntur.

Cotidie per c et [o] dicitur et scribitur, non per q, quod non a quoto die, sed a continenti die dictum est.

Haud, quando adverbium est negandi, d littera terminatur et adspiratur in capite; quando autem coniunctio disiunctiva est, per t litteram sine adspiratione scribitur.

---

10 Ae syllaba *Vel. Long. 57, 20* 18 Cotidie *Vel. Long. 79, 16 Cornut. 149, 6*

---

1 u litteram *AC* 2 poblicum enim quae nos publicum dixerunt quae nos culpam illi colpam. supter *C.* poblicum pro publicum, quod testatur Papirianus de orthographia, polchrum pro pulchrum, colpam pro culpam *Priscianus l. I p. 27, 11* quod nos] quae nos *utroque loco B* et *ante* quod *om. A* 4 scribendum *om. C* 6 Eutalium eupolim *BC* ylyum eypolim *A*: *fortasse* Euryalum Eupolin 6 scribenda *om. ABC* 9 PAPERIANO *C* 10 per *ante* diphthongon *om. ABC* 11 ut cogitationis *A* ut cogitationes *BC* per ai *B* 14 aulai] *Verg. Aen. III 354* aulai medio fruiferai *C* frugai ferai *Par.*: *Enn. annal. 479 ed. Vahl.* terrai fugiferai 15 Reliquiae et reliqui per c scribebantur ut sicut reliquus et uacuus sic relicui et uacui sic et (et *ras. B, om. Bern. 243*) mortuus et mortui strenuus strenui *B* Reliquo et relinqui per c scribebantur et sicut relicus et mortuus sic relicui et mortui sic et vacuus vacui strenuus strenui *A* Relique et relinqui per c scribebantur ut si reliquus et mortuus sic relicui et mortui sic et uacuus uacui strennuus strennui *C* 16 reliquiae uel exequiae *A* reliquiae uel exaequiae *B* reliquiae uel exęquae *C* reliquiae uelut exsequiae *Carrio.* exequiae, non execiae *Prob. app. p. 197, 27* 18 non *ante* per *om. C* quod non a quotidie *C* quae non a quotidie *B* quod non a quot diebus *A* quoniam non a quota die *Par.*, quia non a quoto die ꝙ. non enim est a quoto die (a quotidie *cod.*) quotidie dictum, sed a continenti die cotidie tractum *Velius Longus*, scient quotidie tractum esse a quot diebus, hoc est omnibus diebus *excerpta Cornuti* 20 quando *A* quō *B* qm̄ *C* quod ꝙ d littera terminatur] per d littera scribitur *C* 21 quando ꝙ *A* quō *B* qm̄ *C*

p. 2290. 91 P.

Malo per unum l, quod est magis volo; malle per duo l, quod est magis velle: nolo per unum l, est enim non volo, nolle per duo l, quod est non velle.

Querella apud antiquos per unum l scribebatur, sicut suadela tutela candela corruptela, quamvis usus sibi etiam apud eos vindicaret ut aliqua in figura deminutivorum per duo l scriberentur, ut capella fabella tabella. nunc autem etiam querella per duo l scribitur.

Narare per unum r scribitur, ut Varroni placet. secutus est enim etymologiam nominis † eius qua gnarus dicitur qui scit et accipit, quod loqui debeat. denique compositio verbi | ita scribitur, ignorare, quod non per duo r, sed per unum scribitur. ideo et naratio unum r habere debet.

Quot, quando numerus est, per t, quando pronomen, per d scribendum est. [nam] totidem per t scribitur, quia numerus est.

Quaecumque verba ab s littera incipiunt, si sic composita sunt, ut ex praepositionem accipiant, servata s littera scribuntur, ut specto exspecto, salio exsilio. cetera verba, quae s in principio non habent, onerari non debent, *ut* aestimo existimo, acuo exacuo, agito exagito.

Prendo dicimus et prehendo, ut hercle et hercule, nil et nihil. sed in his verbis, quae adspirationem habere debent, haec observari eatenus poterunt, quatenus consuetudo permiserit. sed tamen libellus nos evidenter docet, qui inferius de adspiratione scriptus est.

Traps [ab eo quod dicitur trabis] et urps per p debent scribi, licet Varro per b scribenda putet, quia in reliquis casibus b habent. sed tamen,

---

1 Malo *Cornut. 149, 19* 8 Narare *Vel. Long. 80, 8* 14 Quaecumque verba ab s *Caesell. 2314* 18 Prendo *Cornut 153, 7* 22 Traps *Curt. Valer. 156, 22 Scaur. 27, 11*

---

4 Querella apud antiquos *AC* Primo querella (*corr.* querela) apud latinos *B* 5 sibi et aput eos uindicaret et aliqua *A* sibi et apud illos uindicaret et aliqua *C* 6 scriberent *AC* 7 tabella scribitur Nunc autem etiam quaerella per duo ll scribitur *B* tabella nunc autem etiam (etiam *om. Par.*) querela per unum l scribitur *Par.* ς nunc autem etiam] Nā *C* 8 scribitur *post* unum r *om. B* 9 *fortasse* nominis, eo quod gnarus dicitur qui scit et accepit dicitur quis qui scit quid loqui debeat ς, dicitur qui scit qui loqui debeat *Par.* quid loqui *B* 10 quod non *B*ς que non *AC* 11 narratio *corr.* naratio *B* 12 quando *posteriore loco om. A* 13 est *om. C* nam tot itidem *vel* item *coniecit Commelinus. fortasse* item tot per t scribitur: *cf. Isidor. I 26, 22* quia numerus *C* quae numerus *B* quando numerus *A* 14 si] sic *corr.* si *B* sic *om. AC* 15 specto expecto *B* 16 exsilio et cetera *AC* honorari non debent ea ut aestimo *Par.* 17 ut *ante* aestimo *om. ABC* existimo *om. B* 18 prendo et prehendo dicimus *C* erclae et erculae *B* nil et nihil *Carrio et excerpta Cornuti*, nihil et nihili *A* et nihil et nihili *BC* 19 obseruari *C* obseruare *AB* 21 docet *corr.* edocet *B* inferius] *p. 2311* 22 urps] turps *C* 23 scribendum putet *ABC*ς quia in reliquis casibus b habent *B* quod in reliquis casibus habent b *AC* quod in reliquis casibus b habeant *Carrio*

p. 2291. 92 P.

cum ψ littera graeca nullo modo transferri potuerit in usum nostrum et vis eius per p et ṡ litteras scribatur, necessarium est ut, ubi ψ graecum sonat, apud nos quod vitari non potest per has litteras scribatur, id est per p et s, licet in obliquis casibus b habeant, ut caeleps caelibis, urps urbis, item in aliis ipsam retineant, ut auceps aucupis. unde apparet in his casibus mutare nos debere p in b, in quibus † se non ambae consecuntur interposita vocali. hanc etiam regulam sequitur in φ, quae et ipsa per p et h constat, ut Cinyps Cinyphis, quod in nominativo casu per p et s, in aliis casibus per p et h scribitur.

Quicquam in medio per c, non per d scribi debet. in compositione enim plerumque d in c commutatur, ut in praepositionibus, accedo accumulo.

Formosus sine n secunda syllaba scribendum est, ut arenosus frondosus aquosus herbosus. participia vero habent n, ut tonsus tunsus mensus pensus. antiquorum nulla observantia fuit, cum u an sine n scriberent: illi enim tosus tusus prasus plerumque scribebant.

Υ graecum nos in quibusdam | in u convertimus, ut Cymas Cumas, cyminum cuminum; in quibusdam non convertimus, ut Syria Syracusae symbolum sycophanta.

Forfices forpices forcipes secundum etymologiam debemus dicere et scribere: [ut] si a filo dicamus, f debemus ponere, ut forfices, quae sunt

---

10 Quicquam *exc. Priscian. 2319* 16 Υ graecum *Cornut. 153, 11* 19 Forfices *Charis. 94, 21. Vel. Long. 71, 12*

---

1 Ψ littera *C*ς y littera *A* i littera *B* potuerint *corr.* -rit *C* 2 per p et s littera scribebatur *B* ubi Ψ graecum sonat *C*ς ubi i (*superscr.* y) graecum sonat *B* ubi y graecum sonet *A* 3 quod uitari ς quod uitare *AC* qui (*corr.* quia) uitari *B* per *priore loco om. A, posteriore loco om. B* 4 ut celebs *A* urps] urbs *B* 5 retinent *A* 6 mutare nos debere p et b *B*ς nos mutare debere per p et b *AC* se non ambae *AB*ς sen ambae *C* se etiam ambae *Carrio.* se non ambae *si scripsit grammaticus, hoc voluit, in iis casibus, in quibus* p *et* s *interposita vocali non coeant,* p *in* b *mutari debere. rectius tamen erat* in quibus s eandem non sequitur (*vel* s non statim sequitur) nulla interposita vocali 7 sequitur in (p *add. C*) Φ *AC* sequitur in i *B* sequitur et i *et in marg.* Φ *Par.*, sequitur et Φ ς, sequimur in φ *Carrio.* sequitur in φ *videtur tribuendum esse neglegentiae grammatici minus accurate referentis regulam Varronis, a quo* Ψ *et* φ *litterae compositae erant in excerptis Cornuti p. 153, 6* 8 cynyps cynyphis *B* cynips cynipys *AC* quod] quae *ABC* 9 per *ante* p *utroque loco om. C* 10 Quicquam et quicquid in medio per c, non per d scribi debent *de orthogr. p. 2343* 11 aut *corr.* ut *B* 12 scribenda est *C* 13 uero que habent *A* ut consus tonsus ut mensus pensus *C*, ut tonsus tunsus prasus pensus *de orthogr. p. 2335* 14 pensus] pransus *Carrio et margo editionis Parisinae* quamuis antiquorum *Carrio* 15 prasus] *fortasse* pesus 17 syria cyriacus symbolum *AC* syrias cyriacus simbolum *B*, Syria Syriacus symbolum *Carrio.* Syracusae *restitui ex excerptis Cornuti* 18 cycopanta *C* 19 Forfices forpices *om. ABC.* Forfices secundum etymologiam ς 20 si a filo f forfices *C* debeamus ς

p. 2292. 93 P.

sartorum; [et] si a pilo, p, ut forpices, quae sunt tonsorum; si a capiendo, c, ut forcipes, eo quod formum capiant, quae sunt fabrorum. formum enim dixerunt antiqui calidum, unde est formosus.

Vulgus vultum parvum torvum sunt qui putant per duo u scribi non debere, quod similis vocalis vocali adiuncta non solum non cohaereat, sed etiam syllabam augeat, ut est vacuus ingenuus occiduus exiguus perspicuus, et in verbis metuunt tribuunt statuunt. sed Velius Longus per rationem praesumptam decipi eos putat, qui primitivus et adoptivus et nominativus et talia per u et o scribant. nam aliter scribere, aliter pronuntiare vecordis est. cum enim per o scribant, per u enuntiant. praeterea qui contra sentiunt, non respexerunt [unum] u totiens consonantis vim habere, quotiens pro consonante ponitur, quae apud Graecos digammon vocatur; ac sic fieri ut nominativus duas quidem u litteras habeat, sed priorem pro consonante, posteriorem pro vocali scilicet positam. sic et Donatus dicit, quotiens u et i seu sibi seu aliis vocalibus praeponuntur, loco habendas esse consonantium.

Hiemps, ut Caesellio videtur, p habere post m litteram non debet, quod satis sine ea littera [non] sonet, vel quod per omnes casus ne vestigium quidem illius appareat. sumpsi autem quaeritur an possit sine p littera sonare, ut hiems; sed quod et in alia declinatione p respondet, cum dicimus sumptus sumpturus, necessario per p scribi debet.

A et ab et abs et au praepositiones unius generis sunt, ut cum dicimus a me, ab illo, abstuli, aufugi. sed observandum ut tunc ab praepositio scribatur, quotiens parti cuilibet orationis coniungitur, quae a vocali incipiat, ne dictio multis consonantibus oneretur: si vero a | consonante pars aliqua cui praeponitur incipiat, non est ponenda ab praepositio, sed

---

4 Vulgus *Vel. Long. 58, 4 Cornut. 150, 5* 17 Hiemps *Scaur. 21, 6. 27, 3* 22 A et ab *Vel. Long. 60, 6*

---

1 quia necesse *ABC* 2 nostro labori propositam *Carrio*, ñ labori proposita *C* non labari praepositam *A* labori propositam *B* 3 gilbus KIPTOC brateum *AC* 4 bratteum] bractea *vel* bracchium *coniecit Semlerus* 5 sortientur *B* sortiuntur *C* sorciantur *A* 8 notatur *B* notantur *AC* m litteram *B* 10 traducticia *B* ductitia *AC* 11 siue factitia id est primas possiones ut nouus *C* siue facticia primitiua sua sequuntur ut nouus *A* sequente prototipa *B* ut sequantur prototypa *Carrio* 12 noualis et riuus *B*

MARTYRII DE B ET V

missione tractavimus. notum enim omnibus credo consistere quod necesse est, litteram nostro labori propositam si consonans fuerit consecuta, in quacumque dictione b mutam sine dubio scribi, ut blandus, gibbus κυρτός, bratteum, latebrae, tenebrae atque omnia talia. nunc rationabiliter mediae syllabae nostrum sortientur laborem.

Va syllaba in medio nominis posita per v digammon scribetur, ut avarus calvaria, praeter carbasum, quod nomen graecum magis quam latinum arbitror. ambages enim per b mutam notatur, aut quia praeposita est m littera, aut quod ex duobus corruptis nomen arbitramur compositum, quasi ambo actae: unde dicitur et ambire. ergo composita vel appellationes vel traducticia sive facticia, id est quae ex aliis facta sunt, notare debemus sequentes πρωτότυπα, ut novus novalis, et derivativa, ut Alba Albanus, silva Silvanus, privo privatum, libo libatum vel inlibatum. quo-

2 nostro praepositam operi *P* in quacumque parte cuiuscumque dictionis *P* 3 b muta *N* 4 bratteum *P* bratteam *N* tenebrae imbrifer umbraculum libripens librarius nubtiae scribtum labrum flabrum librum atque omnia talia *P* atque] aeque *N* 5 sortientur *P* sortietur *N* 7 caluara *N* caluare *P* 8 aut *utroque loco P* an *N* 9 nomen hoc arbitramur *P* 10 et *om. P* 11 vel traducticia *P* an traducticia *N* 12 ut rivus rivalis et derivatum alva alvanus silva silvanus novus novale privo *P* derivativū Alba *N*

p. 2301 P.

derivativa, ab Alba Albanus, a silva Silvanus, a privo privatum, a libo libatum vel inlibatum.

Ve correpta sive sola fuerit sive adiecta consonanti, per v vocalem loco positam consonantis notetur, ut iuvenis alveus fovea advena iuvencus caverna noverca et adversus praepositio, praeter trabeam. gubernator enim licet per b mutam scribatur, tamen hoc nomen arbitror a guberno verbo figuratum consistere, cuius regulas postea meditabimur, cum ad tractatum b litterae trifariam in nomine positae venerimus. ita tamen, si non deminutiva nomina vel derivativa fuerint: illa enim, sicut superius diximus, prototypa sua sequentur, ut liber libertus libellus, *hiems* vel imber hibernus, flabrum flabellum, tabula tabella taberna tabernaculum, bellator imbellis vel imbecillus, fabula fabella, quae omnia per b mutam ceu primiformia scribentur certissime. be producta per b mutam omnifariam scribetur,

1 diriuatum *B* 4 notetur *BC* notatur *A* 5 noverca] cavea *A* 7 ad tractatum per b litterae *B* ad tractatum b litteram *C* ad tractandum b litteram *A* 10 ut liber libertus libellus uel imber hibernus (ymber hybernus *B*) *AB* ut bip (*corr.* lib) lipt' libellus l' iber ibernus *C* 11 fabrum fabellum *B* inbellis uel inbecillus *B* inbellis uel inbecillis *AC* 13 scribentur *AC*

MARTYRII DE B ET V

rum quia alia ex posteritatis syllaba nominum, alia ex verbis composita vel derivata sunt, suis locis rationem festinabimus reddere.

Ve correpta sive sola fuerit sive adiecta consonante, per v vocalem loco positam consonantis notetur, ut iuvenis alveus fovea advena iuvencus caverna noverca et adversus praepositio, praeter trabeam. gubernator enim licet per b mutam scribatur, tamen hoc nomen arbitror a guberno verbo figuratum consistere, cuius regulas postea meditabimur. ita tamen, si non diminutiva nomina vel derivativa fuerint. illa enim, sicut superius diximus, prototypa sua sequentur, ut liber libertus libellus, labrum labellum, hiems vel imber hibernus, flabrum flabellum, tabula taberna, bellator imbellis vel imbecillus, quae omnia per b mutam ceu primiformia scribentur certissime. be producta per b mutam omnifariam scribetur, ut verbena, rubeta ὁ φρῦνος, ambesum, habena. excipitur avena, quae significat tibiam

1 aliae ex posteritate syllabae nominum *N* alia ex posteritate nominum syllaba *P* 2 vel derivata *P* an derivata *N* festinavimus *N* 4 notentur *N* notabitur *P* 6 scribatur *P* scribitur *N* 7 meditabimur *P* meditemur *N* 8 vel derivativa *P* an defectiva *N* superius dixi prototypa ut liber libellus labrum labellum fabrum flabellum *P* 9 prototypa sua *om. N* libellus] libellum *N* hiems an imber *N* 10 inbellis et inbecillus *P* 11 primiformia *P* primae formae *N* 12 be producta per b mutam scribetur omnifariam *P* In be — scribentur *N* 13 avena *om. N, add. P* tibiam an stipulam *N*

p 2301. 2 P.

ut verbena rubeta ambesum habena. excipitur avena, quae significat tibiam vel stipulam, discretionis gratia. nam severus [quae] a saevo veniens posteritatis [causa] vus syllabae consequitur regulam.

Vi brevis per v vocalem habentem vim consonantis | scribetur, ut Favius Flavius avidus fluvius civitas favilla provincia exuviae manuviae oblivium diluvium savium lividum, simpuvium *εἶδος σκεύους ἱερατικοῦ*: praeter obitum nomen et subito atque obiter adverbia, quia ob et sub utpote praepositiones antiquos puto in scriptura servasse, b litteram non mediae sed primae adiungentes syllabae. Virbius etiam abstractus a regula, quoniam virum bis factum esse memorant, quem numerum per b mutam scribi ante dicta declarant: quidam virum bonum, alii herobium, tamquam sit *ἥρως ἀναβεβιωκώς*, alii deum esse qui Viribus praeest interpretantur. his praeterea notatur ambiguus. namque m semivocali praeposita in una

1 berbena *AB* berbana *C* 2 seuer quae a seuo ueniens *BC* seuer ase uo ueniens *A* seuerus, quia a saeuo uenit ⸗ 5 Flavius] fluuius *A* fluvius] flouius *A* 6 simpuuium ΕΙΔΟΛΚΥϹ ΙΕΡΑΤΙΚΟΥ ΕΙΔΕΛΚΕΥΟΥϹ ΙΕΡΑΤΙΚΟΥ propter *B* subsiciuum ΕΛΔΟϹϹΚΥΟΥϹ ΙΕΡΑΤΙΚΟΥ ΕΙΔΟϹϹΚΕΥΟΥϹ ΙΕΡΚϹΟΥ praeter *A* simpuuium grecum praeter *C* 7 quia] quae *BC* quibus *A* 8 praepositiones ⸗*C* praepositionem *AB* 11 declarent *corr.* -ant *B* herobium *B* uerobium *AC*, *corr.* erobium *A* 12 sit *om. B* ΕΡΟϹ ΑΝΑΒΕΒΙΚΩϹ *ABC* uiribus *AC* uiridibus *B* interpretant *C* 13 semiuocalis *C*

MARTYRII DE B ET V

vel stipulam, discretionis causa. nam severus a saevo veniens posteritatis vus syllabae consequitur regulam, cuius rationem suus locus monstrabit.

Vi brevis per v vocalem habentem vim consonantis scribetur, ut Favius avidus Flavius favilla provincia exuviae oblivium diluvium savium lividum, simpuvium *εἶδος σκεύους ἱερατικοῦ*: praeter obitum nomen et subito atque obiter *κατὰ ταὐτόν* adverbia, quia ob et sub utpote praepositiones antiquos puto in scriptura servasse, b litteram non mediae sed primae adiungentes syllabae. Virbius etiam abstractus a regula, quoniam virum bis factum esse memorant, quem numerum per b mutam scribi ante lata declarant: quidam virum bonum, alii herobium, tamquam sit *ἥρως ἀναβεβιωκώς*, alii deum esse qui Viribus praeest interpretantur [ipsum nomen]: et adverbium, quod verbum habet *πρωτότυπον*, cuius regulam monstrabunt quae fuerint exposita postea. his praeterea notatur

1 discretionis gratia ut separetur ab habena quam lorum interpretantur *P* 3 ut favius flavidus avidus fluvius civitas favilla provincia exuviae manuviae oblivium diluvium *P* 4 deluvium *N* 5 *ἱερατικόν N* 6 *κατὰ τὰ αὐτόν N*, *om. P* 8 Verbius *N* 9 scribi ante lata declarant *P* scribunt elata declarat *N* 11 *αναβεβηκως P* viridibus *P* interpretantur et adverbium ipsum verbum *P* 13 regulam *P* regulas *N* notantur ambitus et ambiguus *P*

p. 2302 P.

eademque dictione numquam v littera pro consonante sequitur. huic opponitur quamvis; sed hoc videtur esse compositum, cum posterior vis syllaba subiungitur plurimis, ut abs quovis quorumvis utrumvis ac talia. observandum tamen ne es pura syllaba terminaverit nomina: si enim fuerint ita enuntiata, per b mutam mediae syllabae sine dubio scribentur, ut abies scabies rabies. at haec quoque species bipertita consistit. nam si trisyllaborum maiorem habuerit numerum, per v necessario notabitur, ut illuvies proluvies ingluvies subluvies. lis etiam syllaba terminata per b mutam scribi compulit nomina, ut nobilis mobilis laudabilis mirabilis debilis habilis affabilis, exceptis servili civili et ovili, quae a servo a cive atque ove, a vis syllaba posteritatis deducunt originem, cuius postea regulas meditabimur. licet enim habitus excubiae probitas arbitrium dubium ac

3 ut abs quouis] ut quouis ubiuis *C* uerbis quouis *A* 5 mediae syllabae *B* media syllaba *AC* 6 at] aut *C*, *om. A* 9 nobilis] nobis *B* 10 effabilis *B* exceptis seruili ciuili et ouile *B* exceptis seruilis ciuilis et ouile *A* exceptis seruilis ciuilis ouilis *C* 11 a vis] a ui *A* regulas *AC* regulam *B* 12 habitus *AC* abitus *B*

MARTYRII DE B ET V

ambiguus. namque m semivocali praeposita in una eademque dictione numquam v littera pro consonante sequitur. huic opponitur quamvis; sed hoc videtur esse compositum, cum posterior vis syllaba subiungitur plurimis, ut abs quovis quorumvis utrumvis ac talia. observandum tamen ne es pura syllaba terminaverit nomina: si enim ita fuerint enuntiata, per b mutam sine dubio mediae syllabae scribentur, ut abies scabies rabies. atque haec quoque species bipartita consistit. nam si trisyllaborum maiorem habuerint numerum, per v digammon necessario notentur, ut inluvies. lis etiam syllaba terminata per b mutam scribi compulerit nomina, ut nobilis mobilis laudabilis mirabilis, excepto [servili] civili et ovili, quod a [servo servilis] cive civilis atque ove ovilis vis syllaba posteritatis deducunt originem, cuius postea regulas meditabimur. licet enim habitus excubiae probitas arbitrium dubium ac talia per b mutam scribuntur, tamen hac de

1 semivocali *P* semivocalis *N* numquam *P* nam quae *N* 2 sed hoc *om. N, add. P* 6 sine dubio medias syllabas scribentur *N* media syllaba sine dubio scribitur *P* 7 atque *P* at *N* si trisyllaborum maiorem habuerint numerum per v digammon necessario notatur ut inluvies proluvies ingluvies *P* si trisyllaborum digammum necessario notentur ut inluvies *N* 9 scribi acuto antepenultimo enuntiata quando adhuc de brevi testamur compulerit nomina ut nobilis abilis affabilis atque omnia talia excepto civilis ovili quod a cive atque ove syllaba posteritatis deducunt originem *P* 10 ovili] vili *N* 11 vi syllabae *N* 12 meditabimur *P* meditemur *N* habitus excubiae probitas ambitus arbitrium *P* abitus excubiae probitas arbitrium *N* 13 scribuntur *P* scribentur *N*

p. 2302. 3 P.

talia per b mutam scribantur, tamen hac de causa, quoniam a verbis figurata consistunt, et sciendum quod quaecumque nomina cum verbis habent societatem, verborum regulis, quas postea [cum] loco suo dederimus, ipsa quoque necessario subiacebunt.

Bi longa, si paenultima fuerit, per b mutam scribetur, ut libido rubigo tibicen ambitus concubina cubile. sed hoc etiam manifestamus, quod horum quaedam | in transfiguratione corripiuntur, ut tibicen tibia, cubile cubitus vel conubium, quae licet vim longarum amiserint, tamen eandem scripturam et in derivationibus desiderant custodire. sciendum praeterea quod, si in compositis nominibus vel in antepaenultima sede vi longa inciderit syllaba, per v vocalem pro consonante scribentur, ut invitus divigenus Lavinia privilegium ac talia. privignum etiam huic regulae inservire non dubito, quod per detractionem e litterae dici puto: privigenum enim

3 quas postea cum loco suo, *sed* postea *ras. B*, quae postea cum loco suo *codex Bernensis 243*, quas propterea cum loco suo *AC* 6 sed hoc etiam *A* sed hec etiam *B* sed haec et *C* quod harum *B* qua horum *A* quae harum *C* 7 corrumpitur *corr.* corripiuntur *B* 8 amiserunt *AC* 9 et in *corr.* etiam in *B* 10 quod si *C* quia si *B* q si *A* vel in antepenultima sedem *B* uel in antepenultimis sedē *C* in penultima ante penultima sede *A* 12 lauina *AC* deseruire *C* 13 quod per *A* quae per *BC*

MARTYRII DE B ET V

causa, quoniam a verbis figurata consistunt, et sciendum quod quaecumque nomina cum verbis habent societatem, verborum regulis, quas postea loco suo dederimus, ipsa quoque necesse subiaceant.

Bi longa, si paenultima fuerit, per b mutam scribetur, ut libido rubigo tibicen ambitus concubina cubile. sed hoc etiam manifestamus, quod horum quaedam in transfiguratione corripiuntur, ut tibicen tibia, cubile cubitus vel concubium, quae licet vim longarum amiserint, tamen eandem scripturam etiam in remutatione servare desiderant. sciendum praeterea quod, si in compositis nominibus vel antepaenultima sede vi longa inciderit syllaba, per v vocalem pro consonante scribetur, ut invitus divigenus Lavinia privilegium ac talia. privignum etiam huic regulae inservire non dubito, quia per detractionem e litterae dici puto: privigenum enim integram magis esse dictionem noster animus arbitratur. admonemus quoque quod in derivativis hic etiam, sicut ubique, spectabimus primiformium

2 a verbis habent *P* verbis habeant *N* 4 robigo *P* 5 manifestamus *P* manifestavimus *N* 6 cubile *om. N, add. P* 7 vel connubium *N, om. P* 8 etiam *om. N, add. P* in remotione *P* 9 vel *et* sede *om. N, add. P* 10 scribetur *P* scribentur *N* 12 enim *om. N, add. P* 14 spectavimus *NP*

p. 2303 P.

integram magis esse dictionem noster animus arbitratur. ammonemus quoque quod in derivativis hic etiam, sicut ubique, spectabimus primiformium regulas, ut cervix cervicale, pulvis pulvinarium, quas a posteritate syllabae venientes paulo post retegemus. hanc regularum divisionem confirmat scriptura convivii: nam dissimili tempore vivi syllabae constitutae notantur similiter, quod prior, id est antepaenultima, longa est et speciem regulae meruit paulo ante memoratae, ubi meminimus vi longam in antepaenultima sede constitutam per v vocalem habentem vim consonantis necessario scribi; manens altera brevis supra dictae servivit regulae, ubi diximus vi brevem in medio nominis positam per v notari. regulam ergo absurde non arbitror esse divisam.

Vo syllaba longa vel brevis in medio nominis posita per v scribetur,

1 ammonemus quoque in derivativis hic esse sicut ubique tractavimus primiformium regulas *Carrio* 2 hic etiam *Par.* ⸗, hic esset *B* hic esse *C* his esse *A* spectauimus *AB* tractauimus *C* primiformum *B* 3 ceruical *C* pulvinare *Carrio* 5 uiui syllabae ⸗ uiuii syllabae *ABC* 6 quae prior *ABC* 7 in antepeneultima sede constitutam *A* in antepeneultima sede constituta *B* in antepenultimam sed constitutam *C* 9 seruit *A*

MARTYRII DE B ET V

regulas, ut cervix cervical, pulvis pulvinarium, quas a posteritatis syllaba venientes paulo post retegemus. et conubium vel ex nubtiis vel ex nubo verbo compositum esse quis abneget? sive igitur a nubtiis, b mutam habebit secundum regulam quam ante posuimus, ubi diximus numquam v digammon consonanti praeponi, sive de nubo verbo factum esse dicamus, eandem scripturam tenebit secundum rationem quam in verbis festinabimus reddere. hanc regularum divisionem confirmat scriptura convivii: nam dissimili tempore vivi syllabae constitutae notantur similiter, quod prior, id est antepaenultima, longa est et speciem regulae meruit paulo ante memoratae, ubi meminimus vi longam in antepaenultima sede constitutam per v vocalem habentem vim consonantis necessario scribi; manens altera brevis supra dictae servivit regulae, ubi diximus vi brevem in medio nominis positam per v digammon notari. ergo regulam absurde esse divisam non arbitror.

1 cervix cervical vel cervicale pulvis pulvinar vel pulvinare *P* a posteriore syllaba *N* a posteritate syllabae *P* 2 retegemus et conubium — 8 notantur similiter *P* retegimus τηδνε regularum divisionem confirmat scriptura et connubium an ex nuptiis vel ex nubo — 7 reddere vivi syllabae convivii nam dissimili tempore constitutae notantur similiter *N* 10 memoratas *N* in antepenultima sedem *N* in antepenultimam sedem *P* 11 necessarium *NP* 12 supra dictae servivit ubi *P* supra dictae servavit scriptor tam ubi *N* vi *om. N, add. P* 14 non *om. N, add. P*

p. 2303. 4 P.

ut advocatus frivolum devotus favonius divortium, abortu et subole regulam propter praepositiones, ut puto, negantibus.

Bu syllaba per b mutam notetur certissime, ut tribunal robustus vocabulum stabulum ebulum vestibulum cunabulum moribundus furibundus atque omnia talia, avunculo tantum minus regulae connumerato, ideo quod formam deminutivi vel derivativi servare minime dubitatur et quasi venire ab avo demonstratur. avum vero per v digammon scribi suus locus monstrabit.

Haec de mediis syllabis. |

VII ITEM EIVSDEM MARTYRII DE VLTIMIS SYLLABIS

Reliquum est ultimis nominum syllabis imponere studium.

Va syllaba nominis terminata, siquidem l antelata littera vel vocalis natura longa in paenultima fuerit, per v scribetur, ut silva malva ulva vulva calva uva stiva oliva saliva, praeter balbas, si tamen prior syllaba

1 friuolum *B* friuolus *C* friuolu *A* fauonius diuortium abortiuum et subolem *A* fauoniū diuortiū abortiuū et subolē *C* fauonium abortum et subolem *B* 2 propter propositionis *B* 5 auumculo tam̄ minus *A* auunculus tantum minus *C* auunculo t̄t nomine minus *B* ideo quod] ideoque *ABC* 7 monstrauit *ABC* 9 MARTIRII *AC* DE ULTIMA SYLLABA *A* . 13 calua uua stiua *A* calua uastiua *C* claua uua stiua *B* saliua praeter discretionis gratia (halua *add. A*) ideo ne non fores *AC*

MARTYRII DE B ET V

Vo syllaba longa vel brevis in medio nominis posita per v digammon scribetur, ut advocatus frivolum divortium devotus favonius, abortu et sobole regulam propter praepositiones, ut puto, negantibus. bu syllaba per b mutam notetur certissime, ut tribunal robustus vocabulum ebulum cunabulum moribundus furibundus atque omnia talia, avunculo tantum minus regulae connumerato, ideo quod formam diminutivi vel derivativi servare minime dubitatur et quasi venire ab avo demonstratur, ut avus avunculus. avum vero per v digammon scribi suus locus monstrabit.

DE MEDIIS SYLLABIS EXPLICIT INCIPIT DE VLTIMIS FELICITER

Haec de mediis syllabis. reliquum est ultimis nominum syllabis imponere studium.

Va syllaba nominis terminata, siquidem l antelata littera vel vocalis

1 vo syllaba longa vel brevis *P* vo longa an brevis *N* 2 abortus et soboles *N* avorto et subole *P* 3 ut puto *P* ut pote *N* 4 vocabulum pabulum ebulum vestibulum cunabulum *B* 5 cunabulum] cenabulum *N* 6 ideo *om. N, add. P* 7 minime *P* memini me *N* 8 monstravit *N* 9 DE MEDIIS — FELICITER *om. N, add. P*

p. 2304 P.

per b mutam scribetur, discretionis gratia, ideo ne non fores, sed ineffabiles voces denuntiet. nam si per b mutam enuntiatur, *θύρας ἤγουν πυλῶνα λαμπρόν*, per v digammon ultima scilicet syllaba, de qua etiamnunc loquimur, *τὰς ψελλάς* significat: Persius 'balva de nare locutus'. si vero haec, id est l, non praefulgeat littera vel ex una vocali natura longa non erit paenultima, b mutam decenter in scriptura tenebit, ita tamen si non a masculino genere nomina fuerint figurata, ut herba tuba turba iuba larba barba, obba *ποτήριον*, glaeba, pronuba, orba. excipiuntur caterva Minerva, quae disyllaborum huius regulae superantia numerum habent longam positione paenultimam.

1 ineffabiles uoces *A* ineffabile uoces *C* ineffabile uocis *B* 2 nam si per b mutam enuntiat ΕΥΡΔCΗΤΟΥΝΙΤΥΛΟΝΔΔΜΤΙΡΟΝ per u digammon ultimam scilicet syllabam de qua et nunc loquimur TΔCΥellas significat Persius ualba locutus de nare si uero *B* nam per b mutam enuntiatur ΕΥΡΔCΝΤΟΥΝ ΡΥΛCΟΝΛΛΔΜΤΙΡΟΝ per u uocalem loco consonantis ultima syllaba de qua et nunc loquimur TΛC Vellas significat Persius ualba de nare loquutus si uero *A* Nam per b mutam enuntiat. Si uero *C*, nam si *θύρας ἤ τὸν πιλῶνα ἀμφίθυρον* significabit, per v digammon ultimam scilicet syllabam, de qua et nunc loquimur scribetur. Persius balva de nare locutus. si vero *Carrio* 5 haec] .h. *B* littera per b mutam scribentur uel ex una *B* 6 tenebit locum u ita tamen *B* 7 iuba larba] iubal arba *BC* iuba arba *A*, larba *δαιμόνιον editores* 8 barba obba TIOTHPION gleba *B* barba abba ΠΟΙΝΡΙΟΝ gelba *A* barba abba gelba *C* 9 quae] quod *C* superant numerum *ABC* habentque *A*

MARTYRII DE B ET V

natura longa in paenultima fuerit, per v digammon scribetur, ut silva malva calva uva oliva, praeter balbas, si tamen prior syllaba per b mutam scribetur, discretionis gratia, ideo ne non tam fores quam ineffabiles voces denuntient. nam per b mutam enuntiatae *θύρας ἤγουν πυλῶνα λαμπρόν*, per v digammon ultima scilicet syllaba, de qua etiam nunc loquimur, *τὰς ψελλάς* significant: Persius 'balva de nare locutus'. si vero haec, id est l, non praefulgeat littera vel ex una vocali natura longa non erit paenultima, b mutam decenter in scriptura tenebit, ita tamen si non a masculino genere nomina fuerint figurata, ut herba tuba turba iuba, larba *δαιμόνιον*, barba, obba *ποτήριον*, glaeba, pronuba. excipiuntur caterva Minerva, quia disyllaborum huius regulae superantia numerum habuere longam positione paenultimam.

Ve syllaba correpta per v digammon sine dubio scribetur, sive a se

1 ut sunt silva malva valva calva uva stiva oliva saliva *P* 2 calva] clava *N* 3 ne non fores quam ineffabilis vocis denuntient *N* ne non fores quam ineffavile vocis denuntiet *P* 5 ultimam scilicet syllabam *NP* 6 significat *P* balva] *Pers. sat. 1, 33* 7 vel ex una *P* an ex una *N* 12 penultimae *N* 13 scribentur *NP*

p. 2304 P.

Ve syllaba correpta per v sine dubio scribetur, sive a se oriantur nomina, seu ab aliis veniant, ut conclave suave sive quidve atque his similia.

Bi non inveni terminatam nisi in pronominibus dativi casus et in adverbio, quae per b mutam omnifariam scribentur, ut tibi sibi ubi ibi, et in pluralibus nobis vobis. et semel sciendum quod quaecumque nomina sive pronomina in dativo casu singulari vel plurali b litteram habeant in alio casu penitus eadem non fulgente littera, per b mutam scribentur, ut omnibus similibus pluribus ac talia.

Bo syllaba definita per b mutam scribetur, ut turbo bubo et tabo, licet per ablativum casum enuntietur, excepto pavone solummodo.

Bal syllaba terminata per b mutam scribentur, quae in barbaris nominibas aut latinis nos novimus invenisse, ut Hannibal Hasdrubal. | alias vocales inter b et l conlocatas reperire non potui.

1 scribetur *AC* scribentur *B* sive *posteriore loco om. C* 3 terminatam ȿ terminatum *ABC* in adverbiis ȿ 5 in pronominibus pluralibus *AC* sciendum q (quia *C*) quodcumque *AC* sciendum est Quodcumque *B* 8 pluribus *B* pluralibus *AC* 9 ut turbo et orbo bubo et ābo *A* ut turba (*corr.* -bo) et turbo bubo et tabo *B* turbo abo bubo abo *C* ut turbo et orbo bubo et tabo ȿ 12 aut latinis *B* at latinis *A* alatinis *C* haud latinis *Semlerus*

MARTYRII DE B ET V

oriantur nomina, sive ab aliis veniant, ut conclave suave sive quidve atque his similia. ve productam invenire non potui.

Bi non inveni terminatam nisi in pronominibus dativi casus et in adverbiis, quae per b mutam omnifariam scribentur, ut tibi sibi ubi ibi, et in pluralibus nobis vobis. et semel sciendum quod quaecumque sive nomina sive pronomina in dativo casu singulari vel plurali b litteram habeant in alio casu penitus eadem non fulgente littera, per b mutam scribentur, ut omnibus similibus pluribus ac talia.

Bo syllaba definita per b mutam scribetur, ut turbo bubo et tabo, licet per ablativum casum enuntiatur, solummodo excepto pavone. bu syllabam ac mutas omnes atque f semivocalem va syllabae cohaerentes vel intercedentibus aliis vocalibus cognovi deficere. unde suscepto reliquarum semivocalium numero regulas, quantum vires sufficiunt, meditemur.

Bal syllaba terminata per b mutam scribetur, quam in barbaris nominibus [aut latinis] novimus invenisse, ut Hannibal Hasdrubal Adherbal. alias vocales inter b et l conlocatas reperire non potui.

1 sive *om. N, add. P* 2 inveniri non potui *N* 4 adverbio *NP* scribentur *P* scribuntur *N* 7 per b mutam *P* per b litteram *N* 8 pluribus *P* pluvialibus *N* 9 finita *P* ut turbo et torbo bubo et tabo *P* 14 quam] quia *NP* 14 aderbal *NP*

p. 2305 P.

Bam et ban syllabas cum aliis vocalibus in nominativo casu a latino sermone abhorrere cognovimus, excepto novem: significat autem indeclinabilem numerum, qui per v scribitur: notatis etiam quibusdam neutralibus, quae postmodum aliis subiciemus generibus.

Bar et ber syllabae terminatae per b mutam scribentur, si disyllaborum non egrediantur numerum, quorum naturaliter longa minime carebit paenultima, id est si non fuerint trisyllaba, quae naturalem longam non habebunt paenultimam, ut iubar liber imber uber faber suber coluber Mulciber. si enim trisyllaba fuerint neutri generis, quae longam paenultimam naturaliter habebunt, per v vocalem loco positam consonantis notentur, ut cadaver papaver et similia. nam pulver, licet sit disyllabum, tamen, quoniam antiqui duplicem nominativum enuntiari maluerunt (non solum enim pulver sed etiam pulvis dixerunt), hac de causa per v scribitur. vir per v vocalem vim consonantis habentem scribitur, ut semivir

1 Bem et bam syllabas *ABC* 2 excepto uno nom̄ Significat *B* 4 quem postmodum aliis subiciemus generibus *B* quod postmodum aliis subicimus generibus *AC* 8 habebunt *B* habent *A* habet *C* coluber] Calaber ς 12 tamen (tm̄ *A*) antiqui quoniam duplicem *AB* tamen antiqui duplicem *C* enuntiari *B* enuntiare *AC* 13 sed et puluis dixerunt *AC* sed etiam puluis (*om.* dixerunt) *B*

MARTYRII DE B ET V

Bam ban syllabas cum aliis vocalibus in nominativo casu a latino sermone abhorrere cognovimus, excepto novem: significat autem indeclinabilem numerum, qui per v digammon scribitur: notatis etiam quibusdam neutralibus, quae postmodo aliis subiciemus generibus.

Bar ber syllabae terminatae per b mutam scribentur, si disyllaborum non egredierint numerum, quorum naturali longa minime carebit paenultima, id est si non fuerint trisyllaba, quae naturalem longam non habebunt paenultimam, ut iubar imber faber uber suber coluber Mulciber liber et per analogiam verber. si enim trisyllaba fuerint neutri generis, quae longam paenultimam naturaliter habebunt, per v vocalem loco positam consonantis notentur, ut cadaver papaver et similia. nam pulver, licet est disyllabum, tamen, quoniam antiqui duplicem nominativum enuntiari maluerunt (non solum enim pulver sed etiam pulvis dixerunt), hac de causa per v digammon scribitur, vis syllabae posteritatis, cuius rationem suo loco monstrabimus, arripiens regulam. vir per v vocalem vim consonantis habentem scribetur, ut semivir triumvir, licet composita, non sunt

1 a *om. N, add. P* 3 scribetur *P* 4 postmodo *P* postmodum *N* 8 iubar liver faver uver suver coluver mulciver et per analogiam verver *P* 9 verber — 10 longam *om. N, add. P* 12 quoniam *om. P* 15 monstravimus *NP* 16 licet composita et non consistunt simplicia *P*

p. 2305. 6 P.

triumvir, licet composita, non simplicia sint. vor per v notetur, ut livor et Mavors, si hoc nomen in hac parte poni necessarium dicimus: quidam enim non solum Mars, sed etiam Mavors, unde et Mavortia, dici volunt: excepto arbore, quoniam nuncupatur et arbos, quod per b mutam scribi docuit consuetudo. nam labor favor fervor pavor ex verbo figurata verbi quoque non abnegant regulam. bur syllaba terminata b mutam in scriptura tenebit, ut ebur robur.

Ves brevis definita [quae] syllaba per v vocalem pro consonante scribetur, ut dives. bes longa cum fuerit terminata, b mutam tenebit in scriptura, ut labes tabes pubes nubes, quamvis nubis quidam nominativum enuntiare maluerunt. vis per v vocalem loco positam consonantis, ut civis nivis navis clavis gravis pulvis suavis. licet enim scrobis et orbis per b mutam scribantur, tamen hac de causa, quoniam quidam nominativum singularem sine i littera enuntiare voluerunt. bos per b mutam, ut arbos,

1 sint *B* sunt *AC* 2 si hoc nomen *C* si tamen hoc nomen *B* si et hoc nomen *A* dicimus *AC* ducimus *B* 4 quoniam nuncupatur *AC* quod nuncupatur *B* quod] quae *ABC* 5 favor] fabor *B* 6 Bur syllaba terminata b muta scriptura tenebit *C* Bur syllaba b mutam scriptura tenebit *A* 7 tenebunt *B* 8 ues breui finata syllaba per u uocalem pro consonante scribitur ut dines b mutam n̄ tenebit bes longa cum fuerit terminata in scriptura *C* 9 fuerit *A* fuerint *B* b mutam tenebunt *B*, *om. A* 12 nivis *om. A*

MARTYRII DE B ET V

simplicia. vor per v digammon notetur, ut livor et Mavors, si hoc nomen in hac parte poni necessarium dicimus: quidam enim non solum Mars sed etiam Mavors, unde et Mavortia, dici volunt: excepto arbore, quoniam nuncupatur et arbos, quod per b mutam scribi docuit consuetudo. nam labor favor fervor pavor ex verbo figurata verbi quoque non abnegant regulam. bur syllaba terminata b mutam in scriptura tenebit, ut ebur robur.

Bas syllabam terminari in latino sermone parum invenire potuimus. ves brevis definita syllaba per v vocalem pro consonante scribetur, ut dives. bes longa cum fuerit terminata, b mutam tenebit in scriptura, ut labes tabes pubes nubes, quamvis nubis quidam nominativum enuntiari maluerunt. vis per v vocalem loco positam consonantis, ut civis nivis navis clavis gravis pulvis suavis. licet enim scrobis et orbis per b mutam scribantur, tamen hac de causa, quoniam quidam nominativum singularem sine i littera enuntiari voluerunt. bos per b mutam, ut arbos, ceu superius meminisse cognoscimus. bus, siquidem masculini generis tantum nomina fuerint, per b mutam scribetur, ut cibus naebus morbus rubus globus nimbus lembus

4 nam lavor favor *N* nam labor fabor *P* 5 abnegat *N* 16 scribentur *N*

p. 2306 P.

sicut superius meminisse cognoscimus. bus siquidem masculini generis tantum nomina fuerint, per b mutam scribentur, ut cibus nebus morbus rubus globus nimbus lembus lumbus, nervo notato solummodo, quod, si illi e longa fuerit praeposita, faciet verbum: enervo enim ἐκνευρίζω positio verbi dicitur, cuius rationem, cum de verbo locuti fuerimus, maturabimus reddere. observabimus tamen, si disyllaborum non egressa fuerint numerum aut paenultimam ex una vocali naturaliter longam minus habeant: nam mutabunt scripturam, ut rivus clivus acervus nominativus et cetera. sed quia Coroebus supergreditur numerum disyllaborum, per b mutam notatur, sciendum quod ideo hanc litteram tenuit in scriptura, vel quia peregrinum nomen minimeque latinum existit, vel quia paenultimam longam non ex una vocali, sed ex diphthongo meruit. si vero mobilia vel promiscua fuerint, per v vocalem loco positam consonantis scribentur, ut

1 cognoscimus *C* cognoscimur *AB* 3 quod (quae *C*) si illi e longa *BC* cui si e longa *A* 7 aut penultimam *B* a paenultima *AC* longa *A* 8 cetera *A* ceteri *B* ceterii *C* 9 sed quia coroebus *A* sed quae coroebus *C* sed quod caroebus *B* 10 Sciendum autem quia ideo *B* uel quia — uel quod *A* uel quae — uel quod *C* uel qua. *corr.* uel quia *utroque loco B* 12 ex diptongon *ABC*

MARTYRII DE B ET V

lumbus, nervo notato solummodo, quia, si e longa fuerit praeposita, faciet verbum: enervo enim ἐκνευρίζω positio verbi dicitur, cuius rationem, cum de verbo locuti fuerimus, maturabimus reddere. observabimus tamen disyllaborum ut non egredierint numerum aut paenultimam longam ex una vocali minus naturaliter habeant: nam mutabunt scripturam, ut rivus clivus acervus genetivus nominativus et cetera. sed quia Coroebus supergrediens numerum disyllaborum per b mutam notatur, sciendum quod ideo hanc litteram tenuit in scriptura, vel quia peregrinum nomen, haut latinum existit, vel quia paenultimam longam non ex una vocali, sed ex diphthongo meruit. si vero mobilia vel ex parte mobilia vel promiscua fuerint, per v vocalem loco positam consonantis, ut novus nova novum, saevus saeva saevum, curvus curva curvum, balvus balva balvum, torvus torva torvum et clavus clava clavum, licet aliam per genera significationem suscipiunt; avus avia,

1 facit et verbum enerbo — de verbo *P* faciet et verbum enervo ἐκνευρίζω enervo positio verbi dicitur cuius rationem . n . cum de verbo *N* 3 observamus tamen disyllaborum ut non egredierint *N* observabimus autem si disyllaborum non egredierint *P* 5 ut trivus clivus acervus nominativus et genetibus et cetera *P* ut trivus clivus cervus genetivus nominativus et ceteri *N* 7 quod *om. P* 8 haud] aut *P* 10 vel promiscua *P* an promiscua *N* 12 valvus valva valvum *P* et clavus clava clavum si et aliam *P* et ḡlavus va glavum licet . n . aliam *N*

p. 2306. 7 P.

novus nova novum, saevus saeva saevum, curvus curva curvum, balvus balva balvum, torvus torva torvum, clavus clava clavum, licet aliam per genera significationem suscipiunt; avus avia, cervus cerva, favus fava, quam similiter alter intellectus sequitur, nisi femininum discretionis gratia per b mutam voluerimus scribere; calvus calvarium et corvus promiscuum et hic et haec clavus alterum per genus significans: orbo gibbo probo subductis a regula, albo etiam discretionis gratia. nam cum ventrem significat, per digammon v, cum colorem, per b mutam scribetur certissime. sciendum similiter quod hic quoque disyllaborum superantia numerum eandem scripturam *non* retineant, ut superbus superba superbum, acerbus acerba acerbum et palumbus promiscue, licet Vergilius feminino genere extulerit,

nec tamen interea raucae, tua cura, palumbae.

excipitur protervus: | nam lascivus per v scribitur, quoniam longam natura-

1 seuus seua seuum ceruus cerua ceruum ualuus ualua ualuum toruus torua toruum (et *add. B*) clauus claua clauum *ABC* seuus seua seuum ceruus cerua curuus curua curuum toruus torua toruum et clauus claua clauum ς *et codex Bernensis 243* 2 aliā *A* alia *BC*ς 3 auus aua curuus curua flauus flaua quam *A* auus auia ceruus ceruia flauus flauia quam *B* auus aua ceruus cerua flauus flaua quam *C* 5 caluus caluarum *B* clauus caluarium *A* clauus clauarium *C corr.* caluus caluarium *c*, caluus calua ς 6 clauus *BC* clabus *A* aluus *c et Carrio* gibbo] gillo *B* 8 significat *C* significant *A* significet *B* 9 quod] que *B* 10 scripturam retineant *B* scripturam teneant *AC* 11 palumbes promiscue *Carrio* 13 rauc& uacuare palumbae *A* raucae tua cauere palumbae *C* palumbes *Carrio*

MARTYRII DE B ET V

cervus cerva, favus fava, quam similiter alter intellectus sequitur, nisi femininum discretionis gratia per b mutam voluerimus scribere; calvus calvarium et corvus promiscue et hic et haec clavus alterum per genus significans: orbo gibbo probo subductis a regula, albo etiam discretionis gratia. nam cum ventrem significat, per digammon v, cum colorem, per b mutam scribetur certissime. sciendum similiter quod hic quoque disyllaborum superantia numerum eandem scripturam non retinent, ut superbus superba superbum, acerbus acerba acerbum et palumbus promiscue, licet Vergilius feminino genere extulit

nec tamen interea raucae, tua cura, palumbes.

excipitur protervus: nam lascivus per v digammon scribitur, quoniam longam

1 favus fava quam similiter alterum alter intellectus sequitur *P* Flavus Flavia quamvis similiter alter intellectus sequitur *N* 3 clavus *P* lavus *N* 7 non retinent *P* nonne retinent *N* 10 nec tamen] *Verg. bucol. 1, 58* 11 digammon *om. N, add. P*

p. 2307 P.

liter paenultimam tenuit, et sciendum quod, sive erunt disyllaba, sive hunc ampliaverint numerum, sive unius seu trium generum fuerint, si secundam ab ultima longam habeant, omnia per v vocalem pro consonante scribentur, ut rivus clivus flavus positivus comparativus et talia. meminerimus tamen quod mobilium nominum feminina neutraque genera similem masculinorum suorum scripturam suscipiunt, ut flavus flava flavum, albus alba album ac talia. sed quia non omnia in bus desinentia existunt mobilia, sicut in principio huius regulae genera dividentes nos disseruisse meminimus (quaedam enim masculini generis inveniuntur solummodo, ut cibus nimbus, quaedam masculini et feminini, ut cervus cerva, quaedam neutra, ut aevum) sciendum quod etiam neutra, quae a posteritate bus syllabae non veniunt, per v digammon scribuntur, ut ovum arvum hervum, excepto libo, id est *ποπάνῳ*. verbi enim ultima syllaba per b mutam scribitur hac de causa, quod a verbere dictum esse veteres existimaverunt, cuius rationem in ante latis tradidisse cognoscimus.

3 pro sonante *B* 4 rivus] triuus *A* comparatiuus et talia *Carrio*, compositiuus et alia *ABC* 6 ut flauius flauia flauium *C* 7 sed quia non omnia *B* sed quae omnia *AC* 11 sciendumque etiam neutra *B* sciendumque ē neutra *AC* sciendum est quod neutra *Carrio* syllabę *corr.* -ba *B* 12 scribuntur *B* scribentur *AC* 15 cognoscimus *C*, *corr.* -ur *B* cognoscimur *A*

MARTYRII DE B ET V

naturaliter paenultimam tenuit, et sciendum quod, sive erunt disyllaba, sive hunc ampliaverint numerum, sive unius seu trium generum fuerint, si secundam ab ultima longam habeant, omnia per v vocalem pro consonante scribentur, ut rivus clivus flavus positivus comparativus et talia. meminerimus tamen quod mobilium nominum feminina neutraque genera similem masculinorum suorum scripturam suscipiunt, ut flavus flava flavum, albus alba album ac talia. sed quia non omnia in bus desinentia existunt mobilia, sicut in principio huius regulae genera dividentes disseruisse meminimus (quaedam enim masculini generis inveniuntur solummodo, ut cibus nimbus, quaedam masculini et feminini, ut cervus cerva, quaedam neutra, ut aevum), sciendum quod etiam neutra quae a posteritate bus syllabae non veniunt per v digammon scribuntur, ut ovum arvum ervum, excepto libo *ποπάνῳ*. verbi enim ultima syllaba per b mutam scribitur hac de causa, quod a verbere dictum esse veteres existimaverunt, cuius rationem in ante latis tradidisse cognoscimus.

1 penultima *P* 3 omnia] nomina *NP* 4 ut trivus *P* et alia *N* 7 sed qn̄ n̄ omnia *P* sed quia nomina *N* 12 ervum arvum *N* 13 libo *ποπανο* a verbi *N* libro *πωπανον* verbi *P* 14 a verbere dictum *P* a verbo deductum *N*

p. 2307. 8 P.

Vax et vex et vix: unum tantummodo nomen per unam quamque syllabam repperi terminatum, ut vivax vibex verbex cervix, quorum media per b mutam, quae vero utrimque vel extrinsecus sunt per v significari cognovimus. reliquas ab his consonantibus insertas vocales latinum minus adscivit eloquium. ea vero quorum solutio superius compromissa est in tractatu sequenti b litterae trifariam in nomine constitutae congrua declaratione patefient.

VIII EIVSDEM ADAMANTII MARTYRII DE B LITTERA TRIFARIAM IN NOMINE POSITA

De b littera trifariam in nomine posita, quantum possibilitatis fuit, sufficienter, | ut puto, tractavimus. ab expositis enim recte iam intellegere possumus, siquid eveniet dictorum contrarium. ibi namque considerare debebimus, ne aliquid dissimile fuerit vel genere vel numero syllabarum,

2 uiuax uibex uerbex *B* uiuax uiuex uerbex *C* uiuax uiuex ueruex *A* uiuax uibex ueruex *Carrio* mediam *ABC* medium *Carrio* 3 utrimque *A* utrumque *BC* 5 adscivit] adscribit *B* abscidit *AC* in tractatu sequenti de b littera trifariam in nomine posita congrua declinatione patefient ς 6 sequentis *ABC* declaratione *B* declinatione *AC* 8 ADAMANTII MARTYRIS *A* ADAMATII MARTIRII *C* 9 positam *utroque loco ABC* 10 quantum possibilitatis fuerit *B* quantum possibilitas fuerit *AC* 13 debemus *C* syllabarum ū tempore *A* syllabarum uel temporum ς

MARTYRII DE B ET V

Vax vex vix: unum tantummodo nomen per unam quamque syllabam repperi terminatum, ut vivax, vibex ὁ *μώλωψ*, verbex *τὸ πρόβατον*, cervix, quorum media per b mutam, quae utrimque vel extrinsecus sunt per v digammon signari cognovimus. reliquas [ab] his consonantibus insertas vocales latinum minus adscivit eloquium.

ADAMANTII SIVE MARTYRII DE VLTIMA NOMINIS SYLLABA EXPLICIT FELICITER

De b littera trifariam in nomine posita, quantum natura valuit ministrare, sufficienter, ut puto, tractavimus. ab expositis enim recte iam intellegere possumus, siquid eveniet dictorum contrarium. ibi namque considerare debebimus ne aliquid dissimile fuerit vel genere vel numero syllabarum, tempore, significatione, vel si ex alia parte orationis descenderit. quae observantes minus, ut reor, errabimus. restat nobis de b littera,

2 ut vivax vivex vervex cervix *P* vivex *ομωλοψ* vervex *N* 4 significari *NP* 6 Adamantis sive Martyrii *N* 7 FELICITER *om. N, add. P* 11 debemus *P* 13 minus longius ut reor erramus recte nos de b littera *P*

p. 2308 P.

tempore, significatione, vel si ex alia parte orationis descenderint, quae observantes minus, ut reor, errabimus. restat nos de b littera, quae similiter in verbis etiam invenitur, tractare plenam imponentes, ut puto, laboris rationem. nam si ex nomine verboque oratio perfecta componitur, hanc quoque partem et immeditatam relinquere non necessarium et supra eam laborare supervacuum iudico. de hac igitur parte regulas, quantum possumus, breviter meditemur, indicativi modi primam inspicientes personam, verbi scilicet activi vel etiam neutri. sicut enim activum, sic et passivum scribetur: nam in communibus et deponentibus nullam invenire potui quaestionem. ex datis enim in nomine regulis exponendisque in verbo quae inveniuntur iudicabuntur facilius. primae autem personae similem formam sequentes retinere non dubium est. et quia omnis prima syllaba verborum, in communibus aut deponentibus media quoque per v vocalem loco positam consonantis scribitur, excepto baiulo, bullio etiam iuxta quam in

2 errauimus *ABC* restat ut nos — tractemus *Carrio* 3 puto] pote *B* laboribus *Carrio* 5 et inmeditatam relinquere necessarium et supra eam laborare non superuacuum *B* et inmeditatam relinquere non necessarium et supra eam laborare non superuacuum *A* et inmeditatam relinquere non necessarium est super eam laborare superuacuum *C* et immeditatam relinquere non necessarium est, et super ea valde laborare superuacuum *Carrio* 6 regulas] restat ut *C*, *om. A* 10 exponendisque in uerbo quae in uerbo inueniuntur *B* exponendis quae in uerboque inueniuntur *A* exponendisque in uerbis inueniuntur *C* 12 et quia omnis] et quae omnia *ABC* et quia omnia prima syllaba uerborum in communibus aut deponentibus ueniunt, media quoque *Carrio* 13 aut] at̄ *A* ac *C*

MARTYRII DE B ET V

quae similiter in verbis etiam invenitur, tractare plenam imponentes, ut puto, labori rationem. nam si ex nomine verboque oratio perfecta componitur, hanc quoque partem et immeditatam relinquere non necessarium et supra eam laborare supervacaneum iudico. de hac igitur parte regulas, quantum possumus, breviter meditemur, indicativi modi primam inspicientes personam, verbi scilicet activi vel etiam neutri. sicut enim activum, sic et passivum scribetur: nam in communibus et deponentibus nullam invenire potui quaestionem [recipiens]. ex datis enim in nomine regulis exponendisque in verbo quae inveniuntur iudicabuntur facilius. primae autem personae similem formam sequentes personas etiam [reliquas] retinere non dubium est. et quia omnis prima syllaba verborum, in communibus autem et deponentibus media quoque per v vocalem loco positam consonantis

3 partem immeditatam relinquere non necessarium est super eam laborare superuacuum iudico *P* 8 recipiens *P* Recipi ẽn *N* 9 indicabuntur *NP* 10 sequentes etiam retinere *P* 11 autem *om. P*

p. 2308. 9 P.

prima nominum syllaba dedimus rationem (bibo quoque propter discretionem a vita per v, a potu per b scribendum est; et abeo, id est discedo, obeo circumeo, subeo succedo ac similia praepositionum gratia per b arbitror scribenda, etiam deponentia b mutam in scriptura tenere usus et consuetudo antiquitus tradidit); reliquas, ut vires sufficiunt, una regula generali tractare temptabimus, quippe regulis in nominibus datis firmis ac manentibus, etiam si in verba figurentur. ut enim verba in nomen ducta verborum regulas non amittunt, ita nomina loco posita verborum origine regularum carere non possunt.

Ergo si tempus praeteritum modi indicativi in vi terminaverit syllabam, media atque ultima syllaba | personae primae temporis praesentis per v vocalem loco positam consonantis scribetur, eo quod omne praeteritum perfectum vi syllaba terminatum praeter bibi per v scribitur, foveo fovi, faveo favi, moveo movi, paveo pavi vel [expaveo] expavi, lavo lavi, iuvo iuvi, servio servivi; exceptis lambo lambivi, ambio ambivi ac talibus,

1 dedimus *AB* didicimus *C* 2 discedo ȿ *A* discendo *C* descendo *B* 3 obeo circumeo *Carrio*, abeo circumeo *ABC* arbitror scribenda etiam deponenda b mutam *B* arbitror scribenda et deponentia mutam *A* arbitror scribenda esse deputantum (*corr.* -andum *c*) muta *C* 5 quippe regulis *C* qp̄ regulis *A* quapropter regulis *B* 7 etsi (*corr.* etiamsi) in uerba (a *ras.*) *B* etsi in uerbis *A* e͞e in uerbis *C* in nomine ducta *C* 8 ammittunt *B* 14 expaveo *om. B* 15 lambo lambi ambio ambibi *A* lambio lambibi ambio ambibi *B* lambo lambibi ambio ambibi *C*. '*forte* cambio' *Carrio*

MARTYRII DE B ET V

scribitur, excepto baiulo, bullio ἀναπηδῶ etiam iuxta quam in prima nominum bu syllaba dedimus rationem, bibo quoque propter discretionem, et abeo obeo subeo ac similia praepositionum gratia, arbitror etiam deponens b mutam in scriptura tenere usus et consuetudo antiquitus tradidit; reliquas, ut vires sufficiunt, una regula generaliter tractare temptabimus, quippe regulis in nominibus datis firmis manentibus, etiam si in verba figurantur. ut enim verba in nomen ducta verborum regulas non amittunt, ita nomina loco posita verborum origine regularum carere non poterunt.

Ergo si tempus praeteritum modi indicativi in vi terminaverit syllaba, media atque ultima syllaba personae primae temporis instantis per v vocalem loco positam consonantis scribentur, eo quod omne praeteritum perfectum vi syllaba terminatum praeter bibi per v digammon scribitur, foveo fovi, faveo favi, moveo movi, paveo pavi vel expavi, lavo lavi, iuvo iuvi,

1 baiulo *P* baiolo *N* ἀναπηδῶ *om. P* 3 et abeo obeo — b mutam *P* tabeo obeo subeo et similia prepositionum gratia δια συναψαι arbitror: etiam deponens per b mutam *N* 5 temptavimus *NP* 7 deducta *P* 8 potuerunt *P* 9 in *om. P* 12 scribitur] scribuntur *N*, *om. P*

p 2309 P.

quia m littera praeposita scripturam mutavit: ferveo etiam, si in praeterito perfecto fervi facit, per v, cui etiam ego magis adsentior, si ferbui, per b mutam scribetur: ita tamen, si primae coniugationis ac primae speciei verba non fuerint. illa enim per b mutam scribentur, ut libero liberas liberavi, guberno gubernas gubernavi, exubero exuberas exuberavi, sibilo sibilas sibilavi, dubito dubitas dubitavi, hebeto hebetas hebetavi, titubo titubas titubavi, habito habitas habitavi. excipiuntur invito et derivo iuxta rationem quam superius diximus, omnem primam verborum syllabam praeter haec quae paulo ante numeravimus per v scribi, quoniam in et de praepositiones esse nemo dubitat. navigo enim et acervo ἐπὶ τοῦ σωρεύω ac talia in nomine datis subserviunt regulis. et haec quoque species in duas partes dividitur. nam si disyllaba fuerint, scripturam mutabunt, ut levo levas levavi, servo servas servavi, curvo curvas curvavi, novo novas novavi, ovo ovas ovavi, excepto orbo. nam turbo a turba nomine descendens ba

1 quam litteram praeposita scriptura mutauit *ABC* etiam si] etsi *ABC* 2 cui esset *corr.* cui etiam *B* cuius *AC* si ferbui *B* fieri ferbui *A* ferbui (*om.* si) *C* ferbui tamen *Carrio* 9 numerauimus *AB* memorauimus *C* 10 nemo dubitat *B* non dubitant *AC* ΕΠΙΤΟΤΙΩΡΕΥΩ *B* em ΤΟΠΩΠΕΙΩ *A*, *om. C*, ἐπιπλῶ σωρεύω *editores* 14 ba syllabae *Carrio*, bā syllabā *A* ba syllaba *B* bā syllaba *C*

MARTYRII DE B ET V

servio servivi; exceptis lambo lambivi ac talibus, quia m littera praeposita scripturam mutavit: ferveo etiam, perfectum si fervi facit, per v digammon, cui etiam ego magis adsentio, si ferbui facit, per b mutam scribetur: ita tamen, si primae coniugationis ac primae speciei verba non fuerint. illa enim per b mutam scribentur, ut libero liberas liberavi, guberno gubernas gubernavi, sibilo sibilas sibilavi, dubito dubitas dubitavi, hebeto hebetas hebetavi, titubo titubas titubavi, habito habitas habitavi. excipiuntur invito et derivo iuxta rationem quam superius diximus, omnem primam verborum syllabam praeter haec quae paulo ante enumeravimus per v digammon scribi, quoniam in et de praepositiones esse a nemine dubitatur. navigo enim et acervo ἐπὶ τοῦ σωρεύω ac talia in nomine datis subserviunt regulis. et haec quoque species in duas partes dividitur. nam si disyllaba fuerint, scripturam mutabunt, ut levo levas levavi, servo servas servavi, curvo curvas curvavi, novo novas novavi, ovo ovas ovavi, excepto orbo. nam turbo a turba nomine descendens ba syllabae posteritatis detinuit

1 exceptis lambo lambi *N* lambeo lambui exceptis *P* quia *om. N, add. P* 3 facit *post* ferbui *om. P* 5 guberno as avi exubero as avi sibilo *P* 8 *fortasse* invito et devito 9 enumeravimus *P* numeravimus *N* 10 a nemine] nemini *P* 13 fuerint *P* fuerit *N*

p. 2309. 10 P.

syllabae posteritatis iure detinuit regulam. probo enim puto dici per detractionem r litterae, cum contrarium eius exprobro nuncupatur, et ideo b mutam arbitror apponendam iuxta regulam quam in nominibus nos dedisse meminimus. et libo a graeco translatum esse confidimus, ut est ἐπὶ δ' αἴθοπα οἶνον λείβε. praeterea quaerimus, quare verbum enervo disyllaborum supergrediens numerum et coniugationis primae ac primae speciei consistens non per b mutam sed per v scribitur, et dicimus quaestionem solventes, quia e longa praepositio est, et ideo disyllaborum arripuit regulam.

Sed quia evenit | quaedam verba in ultima quidem aut antecedente syllaba primae personae v litteram non habere, in secunda vero continere persona, ut volo vis, malo mavis, quaedam in praeterito tantum perfecto, non tamen in positione sua, ut gaudeo gavisus sum, et rursus in praeterito perfecto v litteram penitus non habente alias personas in temporibus aliis

1 detenuit *AC* retinuit *B* 2 exprobo *B* 3 in hominibus *A* in omnibus *BC* 4 ut — λείβε] ut ē eni de ЄΟΠΔΟΙΝΟΔΒЄ *codex Bernensis 243*, ЄΠΙΔЄΘΟΠΔΟΙΝΟΛΒЄ *B* ΜЄΤΙΔЄΦΠΔΟΙΝΟΝΒЄ *A*, *om. C*ς 8 quia (quae *corr.* quia e *C*) est longa praepositio et ideo *AC* 10 sed que (*corr.* quia) euenit (t *ras.*) *B* sed euenit *A* sed quae euenire *C* 12 quidam in praeterito *B*

MARTYRII DE B ET V

regulam. probo enim puto dici per detractionem r litterae, cum contrarium eius exprobro nuncupatur, et ideo b mutam arbitror in scriptura tenere iuxta regulam quam in nominibus dedisse meminimus. et libo a graeco translatum esse confidimus, ut est ἐπὶ δ' αἴθοπα οἶνον λείβε. praeterea quaerimus, quare verbum enervo disyllaborum supergrediens numerum et coniugationis primae ac primae speciei consistens non per b mutam sed per v digammon scribitur, et dicimus quaestionem solventes, quod e longa praepositio est, et ideo disyllaborum arripuit regulam.

Sed quia evenit quaedam verba in ultima quidem aut antecedente syllaba primae personae v litteram non habere, in secunda vero continere persona, ut volo vis, malo mavis, quaedam in praeterito tantum perfecto, non tamen in positione sua, ut gaudeo gavisus sum, et rursus [in] praeterito perfecto v litteram penitus non habente, alias personas in temporibus aliis eandem tenere litteram, ut vivo vixi, sciendum quod etiam illa v litteram vocalem pro consonante habeant in scriptura. si vero praeteritum supra dictum in bui aut in si aut in psi syllabas desinat, per b mutam sine dubio scribentur, ut praebeo praebui, iubeo iussi, scribo scripsi ac talia.

4 ἐπί] *Hom. Il. A 462* 7 solventes quod longa *N* solventes e longa *P* 10 contingere persona ut volo *P* continere ut volo *N* 13 non habentem *NP* 14 quod etiam illam *P* quoque etiam illam *N* 16 in si aut in bsi *P* in si aut psi *N*

p. 2310 P.

eandem tenere litteram, ut vivo vixi, sciendum quod etiam illam v litteram vocalem pro consonante habeant in scriptura. si vero praeteritum supra dictum in bui aut in si aut in psi syllabas desinat, per b mutam sine dubio scribentur, ut praebeo praebui, iubeo iussi, scribo scripsi ac talia.

Credo etiam de verbis hanc regulam nos dedisse plenissimam, cum temporis omnis praeteriti imperfecti ultimam syllabam, modi scilicet indicativi, per b mutam, ut amabam volvebam, et praeteriti perfecti eandem ultimam et plusquamperfecti paenultimam per v vocalem loco positam consonantis, ut amavi amaveram, volvi volveram (futuri quoque eiusdem *modi* terminus, si primae et secundae tertiaeque productae coniugationis verba fuerint, per b mutam scribetur, ut amo amabo, voco vocabo, doceo docebo, moneo monebo, nutrio nutribo, audio audibo), et subiunctivi seu coniunctivi ultimas per v vocalem pro consonante scribi debere antiquos tradidisse cognoscimus, ut volvam volverem volverim volvissem volvero ac talia, eorum scilicet verborum, quorum prima persona aut v vocalem habuerit pro consonante in ultima syllaba, ut levo privo, aut penitus eadem littera non apparente, eodem loco scilicet eademque persona, ut habito hiberno amo doceo ac talia. nam quae habebunt b mutam in prima persona prae-

1 sciendumque etiam illam *B* sciendum quod illam *A* sciendumque est illam *C* 2 haberi *B* 6 imperfecti — 7 praeteriti *om. AC* 7 volvebam] uolebam ς*B* 9 eiusdem terminus ς*B* eiusdem terminos *AC* 11 per b mutam scribetur *B* per b mutam scribentur ς*A* per b mutam uerba scribentur *C* 14 volvam volverem] uolebam uolueram ς*B* uolebo uolueram *AC* volvissem] uoluisse *B* 16 ut leuo priuo aut penitus eadem littera ς*B* ut priuo an penitus eandem litteram *A* priuo. a. penitus eandem litteram *C* 17 eodem scilicet loco *AC*

MARTYRII DE B ET V

Credo etiam de verbis hanc regulam dedisse plenissimam, cum temporis omnis praeteriti imperfecti ultimam syllabam modi scilicet indicativi per b mutam [scribi], ut amabam volvebam, et praeteriti perfecti eandem ultimam et plusquamperfecti paenultimam per v vocalem loco positam consonantis, ut amavi amaveram, volvi volveram, futuri quoque eiusdem modi terminum, si in bo desinat, per b mutam, ut amabo docebo, et subiunctivi seu coniunctivi ultimas et paenultimas per v vocalem pro consonante antiquos scribi tradidisse cognoscimus, ut volvam volverem volverim volvissem volvero ac talia, eorum scilicet verborum, quorum prima persona aut v vocalem habuerit pro consonante in ultima syllaba, ut levo privo, aut penitus eadem littera in eodem loco eiusdem non fulgente personae, ut

2 imperfecti *om. N, add. P* 3 scribi *om. P* 6 terminantis in bo desinant *P* docebo] dabo *P* 9 quorum prima *P* quo ex prima *N* 10 aut penitus eadem littera in eundem locum *P* an penitus eandem litteram in eundem locum *N*

p. 2310. 11 P.

sentis, ut dictum est, temporis, quorum praeteritum in bui aut in psi syllabas desinet, eandem b mutam in omnibus temporibus modorum omnium, ubicumque inciderit, servare desiderant. |

IX EVTYCHIS DE ADSPIRATIONE

Quamquam alias quoque voces ad adspirationem pertinentes non paucas, quae non erant ab idoneis auctoribus frequentatae, sciens praeterii, ne nimia longitudine voluminis essem molestus, tamen, quoniam plerosque legentium plus † licet sterilis brevitas quam utilis commentariorum prolixitas, quasi per epitomam eadem mihi repetere placuit et omnibus tam veterum testimoniis quam redditis ubique rationibus praetermissis ipsas tantummodo meras rursus exponere regulas, ut ante dicta studiosioribus et posteriora satisfacere videantur his qui longiora fastidiunt.

Omnis vox graeca vel barbara suum servat apud Romanos tam in vocalibus quam in consonantibus spiritum, ut Halys Hecuba Hegio Hieron Homerus hymen, hora diei, Thybris Phoebus chorus Rhenus Hannibal.

Omnes articuli a vocali incipientes cum adspiratione proferuntur, ut hic haec hoc, hi hae haec, absque vocativo o. et adverbiis tamen localibus adspiratur, ut hic huc hinc hac, nisi cum pronominibus componuntur,

2 desinit ≼*A* 4 EUTICHIS *AC et deleta* S *B* Euticetis *Par.* 7 esse *AC* quoniam *om. B, add. b* 8 plus licet sterilis breuitas quam utilis commentariorum delectat prolixitas *Carrio* licet *ABC*, placet *b*, libet *codex Bernensis 243. fortasse* iuvat quam] que *AC* 9 quasi per ythomam *ABC*: epytomam *in margine b* omnibus] omnium *ABC* 10 praetermissis *Carrio*, praemissis *ABC* 14 halis *ABC* Hegio *B* heio *AC* 15 hymen *A* humen *B* himen *C* hora dierum *A* thibris *AB* hrenus *AC* 17 *fortasse* in adverbiis etiam vocalibus adspiratur localibus ≼*A* uocalibus *BC*

MARTYRII DE B ET V

habito hiberno amo doceo ac talia. nam quae habebunt b mutam in prima persona, quorum praeteritum in bui aut in psi syllabas desinet, eandem b mutam in omni tempore modorum omnium, ubicumque inciderit, servare desiderant.

ADAMANTII SIVE MARTYRII
DE B MVTA ET V VOCALI TRADVCTA IN CONSONANTIS POTESTATEM LIBER SINGVLARIS EXPLICIT FELICITER.

2 quorum praeteritus *P* quarum praeteritus *N* 3 in omnia tempora *NP* 5 Adamantis siue Martyri *N* 6 DE B LITTERA MVTA *P* in cons. potestatem *P* in cons. poteste *N* 7 FELICITER *om. N*

p. 2311. 12 P.

ut illic istic istuc istinc istac. tunc enim amittunt collisione vocalium spiritum, quem aliae compositiones etiam in mediis semper vocalibus servant, ut adhuc prohibeo, exceptis paucis corruptis, quae excludunt penitus spiritum, sicut superius dictum est, ut postumus post humatum, id est post sepultum, patrem natus, bimus trimus quadrimus quasi a bis ter quater et hieme dicta, manubrium manuhaberium, peteredium a petendis hereditatibus: cum hoc ipsum etiam quibusdam solet evenire simplicibus, ut veho traho vexi traxi, mihi mi, nihil nil, prehendo prendo, vehemens vemens et similia, sicut ante relatum est.

Omnis vocalis vocali illata, seu divisa seu in diphthongo copulata, caret adspiratione, | ut aenus aeneus aedes aedilis aeger Aelius Aemilius aequus aequor aes aestimo aestas aevum auceps audeo audax ausus audio augurium augeo aufero aulaeum aura auris aurum ausculto autumo et aut coniunctio, exceptis haedus haereo haud haurio hio hisco et quicquid ab his componitur vel derivatur. nam haec ut articulo adspiratur, heu et hei ut interiectionibus et verbo heiulo, quod ab hei vel heu traductum est, heus et heia ut adverbiis vel interiectionibus.

Omnis vocalis b sequente leviter enuntiatur, ut abies ebur ibi ob uber, notatis habeo hebes hibiscus et quicquid ab uno quoque eorum fit.

Omnis vocalis c sequente leviter profertur, ut acies ecce oculus ocior, absque articulis et adverbiis, † cum mutatur vocalem adspiratam sequitur. in pronominibus modo adspiratur, ut hic et haec et hoc.

Omnis vocalis d sequente leviter enuntiatur, ut ador edax odor udus. notatur Hadria hedera. hodie enim ex hoc die compositum servavit articuli adspirati scripturam.

---

1 ut *ante* illic *om. ABC* istic istec istuc istac *A* istic istec istic istac *B* istic istec istac istuc *C* amittit *ABC* 2 quam (a *ras.*) *B* etiam] et *A* ēē *C* 4 ut postumus *A* ut posthumus *B* ut postumor *C* 5 quasi ab hieme *A* quasi quater ab isto hieme *C* 6 manubrium quasi manuhaberium *C* pieteredium *B* a] ex *AC* 7 etiam] et *AC* solet aedium euenire *B* 8 mi *om. A* 10 seu in diphthongo *om. AC* 11 ut aenus aeneus *B* ut aenus naeus *AC*, ut aenus aereus *Carrio* Aemilius *B* aemulus *AC* 12 aequor] aequorum *B* 13 auleum *Carrio*, alueum *ABC* auris] auriū *C*, *om. A* ausculto autumo *C* ausculta actūo *A* auscultata auttumno *corr.* ausculta autumno *B* 14 haedus haereo haud haurio *B* haed (he *A*) haereo hau haurio *AC* 15 haec aut articulo *B* ut heu et hei interiectionibus *A* ut heu et hei ut interiectionibus *C* 16 quod] qui *C* quae *A* ei uel haeu *B* 17 heia ut adnerbiis *C* heia et aduerbiis *B* hei ut aduerbiis *A* 18 ut abies ebur *B* ut hebies hebur, *A* ut hobies hebur *C* 19 hebes] habes *ABC* hibiscus *B* abisc *A* habis *C* 20 omnes uocales c sequente leuiter proferuntur (profertur *A*) *AC* ut acies ecce oculus ocior *B* ut aties (ut oties *C*) oculū sotior *AC* 21 cum mutatur — adspiratur *om. Carrio* cum mutatur uocalem *B* commutatur uocale *A* cōmitatur uocalē *C. fortasse* cum c muta vocalem adspiratam sequitur 22 in pronominibus modo adspiratur *om. C* 23 d littera sequente *AC* edax] adax *A* adax edax *C* audax edax *Carrio*

p. 2312. 13 P.

Omnis vocalis f g h p q t v pro consonante sequentibus caret adspiratione, ut Afer ager aha apis aqua ater avus, effero egeo ehem epulae equus, et coniunctio, ignis iter, opus otium ovis, uter uva. de agni enim hapso, id est vellere, in superioribus dictum est.

Omnis vocalis l sequente absque e leviter enuntiatur, ut ala, ales, alo id est nutrio, albus id est color, alga, almus, alnus, altus, alvus id est venter, ilex, Ilerda, ilico, ille, olor id est cygnus, oleum, ulcus, ulciscor, ulmus, ulna. notantur halo verbum, hilum hilaris holus nomina. e enim sequente l plerumque graviter effertur, ut helluo helvus helucus helops et quicquid ab uno quoque eorum fit.

Omnis vocalis m sequente leviter enuntiatur, ut amor amicus amoenus amans amictus amurca emo emax imus immo omen omasum omentum umor umerus umidus, notatis hamus Hammon homo humus et quicquid ab his fit.

Omnis vocalis n sequente leviter effertur, ut annus anulus ensis inanis initium inulae onus onustus unus unicus, notatis honor honestas et Iohannes, vel peregrinis et punicis vocibus, ut Hannibal Hanno Henna, et hinnulus vel hinnus et quicquid ab his fit.

A vel u vocales r sequente leviter enuntiantur, ut area aries aranea arcus arma arduus artus aro urtica urna, notatis hara harena harundo: nam harmonia harpyiae harpalice graeca sunt et ob hoc adspirantur. e vocalis r sequente leviter effertur, ut erus error ervum ergo, nisi post r b sequatur vel n vel s vel e longa: tunc enim graviter enuntiatur, ut herba herbidus herbilis herbosus, proprium Hernae, unde est 'Hernica saxa colunt', Hersilia heres heredium Herennius proprium; et Hercules a graeco per syncopam factum iure habet adspirationem, heri etiam adverbium temporis differentiae causa, ne genetivus putetur ab eo quod est erus eri. i vocalis ante r semper adspiratur, ut hircus hirquitallus Hir-

---

1 omnis uocalis f c n p q t u pro consonante sequentibus caret *B* omnis uocalis f g h l p q t u sequente caret *A* omnis uocalis ante f g l p q t u caret *C* 2 ager ala apis *AB* eger ālapis *C* effero] affero *B* afferre *A* affere *C* ehem] hem *corr.* ehem *A* enim *BC* 3 de agni enim hapso *B* de agni enim apso *A* de agno enim apso *C* 4 in superioribus dictum est *om. AC* 5 ut alia ales alo *B* ut ala alas alo *C* ut alo alis *A* 7 oleum] oleo *AC* 8 holus nomina *AB* olus nomina *C* 9 grauiter effertur plerumque ut elluo *C* helvus] helnus *A* elnus *C* helucus] hellus *AC* 11 omnes uocales m sequente leuiter enuntiantur *C* 12 amans amictus amurca *B* amans amat amurca *C* amat amurga *A* 13 umerus] umerum *AB* humerum *C* Hammon] hamon *C* hamen ꝫ 15 anulus *B* annulus *AC* inannis *A* iannis *B* 17 Henna] haenna *B* 18 uel hinnuus *B* uel innuus *C*, *om. A* 19 sequentes *B* 21 harpige *A* harpie *BC* 22 ergoni Si post r b sequatur uel n uel s e longa *B* ergoni p t r b sequatur l (sequuntur l' *C*) n l' s e longā *AC* 24 haernae *B* herne *A* haerne *C* unde] ut *B* Hernica] *Verg. Aen. VII 694* 26 per syncopam *A* per syncopae *C* per sincope *B* etiam] et *AB* est *C* 27 quod] que *A*

p. 2313. 14 P.

pinus hirsutus hirtus Hirtuleius, Hirrus proprium; nisi aut monosyllabum sit, ut ir, aut ex motu verbi, ut eo is irem ires ire, iris id est arcus, aut nisi a post r sequatur: tunc enim adspiratione caret, ut ira iratus iracundus irascor et quicquid ab uno quoque eorum fit. o vocalis r sequente leviter effertur, ut orbus Orcus ordior orsus orior oriens ortus, id est natus. si vero alia r sequatur aut t quae non sit ex declinatione verbi nata, tunc ei adspiratur, ut horreo, horror, horreum, hortus holerum, Hortensius. notatur hordeum.

A vel e vel u vocales s littera sequente carent adspiratione, ut as assis astutus ascendo aspicio esca est essem essemus usus usura: notantur hasta hastile † hastinu hesternus (est enim ab heri adverbio) et Hesperia graecum. i vero vel o sequente s, post quam erit p vel t, cum adspiratione proferuntur, ut Hispania Hispo hispidus historia histrio Hister, seu proprium seu fluminis sit seu gentis vocabulum, hospes hospita hospitium Hostilius hostia. notantur pronomen iste et ab eo composita, os oris, ex quo ostendo ostentum, leviter prolata, sicut alia quae post s carent p vel t, ut isdem oscitans. |

X EX ORTHOGRAPHO CAESELLIO ISTA COLLECTA SVNT

Con praepositio, si ad verba a vocalibus incipientia accedat, n consonantem perdit, ut aequo coaequo, eo coeo, ortus coortus: sin autem ad verba accedat a digamma incipientia, id est quae v loco consonantis positam retinent, non perdit n litteram, ut volvo convolvo, vinco convinco. contra evenit in re praepositione: d enim litteram accipit extrinsecus, cum ad vocalem incipientem verbi alicuius accessit, quam d litteram non accipit, si ad digamma, id est v positam loco consonantis, accedat, ut ulcero redulcero, ago redigo, eo redeo, voco revoco, vinco revinco.

Qui, si una syllaba est, per q litteram scribendum est, ut qui homo; si duae, per c, ut cui homini. aliquonde per quon debet scribi: divisio

---

1 Hirrus] hirrus (rus *ras.*) *B*, hirtus *codex Bernensis 243* proprium *om. A* 2 aut ex motu uerbi ut eo *B* aut ex mutuñ b uerbi ut eo *C* aut s mutat in r ut eo *A* ires ire *om. A* iris *om. BC* artus *B* 3 a post r ⸗ x post r *ABC* 5 orsus] ores *C, om. A* 6 aut t hoc fit (hoc fit *om. AC*) non ex declinatione uerbi nam tunc ei (tunc et *A*) aspiratur *ABC* 7 hortus holerum hortentius (*corr.* hortensius *b*) *B* hortus holerum olerum hortentius *A* ortus (*corr.* hortus *c*) olerum hortentiũ *C* 8 hordeum *A* ordeum *BC* 10 est esse essem essemus *C* 11 hastinu *om. A*: hastula *Semlerus* 12 o] u *ABC* post quam erit p uel t *B* postq; erit p uel t *C* post q erit p b t *A* 13 Hispania] hispina *BC* 15 notatur *ABC* 17 ut isdem oscitans *B* et idem conscitans *C, om. A* 18 CESELLIO *B* CESSELLIO *AC* 22 retinent non perdit *B* retinet non perdunt *A* retinet non perdit *C* 23 accipit extrinsecus *B* extrinsecus accipit *A* extrinsicus accepit *C* 24 ad uocalem incipientem uerbi *B* ad uocale incipientem ubi *A* ad uocalem incipiente ubi *C* quam d litteram *B* que d litteram *A* quae d littera *C* 27 litteram *om. A* homo] horum *AC* 28 aliquonde (aliquando *corr.* aliquonde *C*) per quon *BC* aliquando per q *A* aliquunde per quun ⸗

p. 2314. 15 P.

enim illius est aliquo et unde, hoc est ex aliquo loco. sed certe n, non m erit, quia 'unde' ita scribitur. et aliquobi aeque: ex aliquo enim et ubi est, hoc est in aliquo loco. sed hae syllabae, quae litteris q u o constant, non exaudiuntur, perscribi tamen debebunt.

Re praepositio non numquam, cum ad consonantes accedit, geminat illas, quod plerumque apud antiquos est, ut duco redduco, cado reccido, tuli rettuli, pello reppello, do reddo, lego rellego; unde relliquias et relligionem scribunt. quod apud poetas ita oportere scribi concesserim, tametsi apud oratores quoque antiquos est; nobis iam decor et levitas obtinenda est, qui maximus fructus est latinitatis.

Tamtus et quamtus in medio m habere debent: quam enim et tam est, unde quamtitas quamtus tamtus. nec quosdam moveat, si n sonat: ita enim supra docui, n sonare debere, tametsi in scriptura m positum sit.

Quaecumque verba primo loco ab s littera incipient, ea cum praepositione ex composita litteram eandem s habere debebunt, cetera minime onerari oportet, ut salio exsilio, specto exspecto. | aestimo existimo s non habent, sicut aequo exaequo, peto expeto aeque non habent. quo discrimine facile intellegitur aliud esse pecto, aliud specto; et ideo ab eo quod est pecto, id est pectino, cum compositum fuerit expecto, s litteram non habet; ab eo vero quod est specto, id est rei alicuius spectaculo utor, cum compositum fuerit exspecto, s litteram, sicut supra diximus, necessario retinet. item exscreo cum s screare significat, sine s creare. exsilium

---

11 Tamtus *Cornut. 152, 3* 14 Quaecumque verba *Papirian. 159, 14* 22 exsilium *Cornut. 152, 6*

---

1 aliquon et unde *C* ex alico loco *AC* n non m erit quon unde ita scribitur *B* n m erit q unde ita scribitur *A* ñ m erit quia unde per n scribitur *C* 2 et aliquobi aeque aliquo *AC* et aliquobi ex aliquo *B* 3 constat *A* 4 debebunt *B* debent *A* debet *C* 5 non nunquam *B* numquam *AC* 6 ut *om. BC* redduco *B* reduco *AC* recido *ABC* 7 retuli pello repello *ABC* do *om. B* rellego *B* relego *AC* relliquias et relligionem *A* reliquias et religionem *C* reliquias (*corr.* relliquias *b*) etiam religionem *B* 8 quod apud *B* quae aput *AC* concesser̄ ita etsi *AC* 9 decor et *B* deceret *C*, *om. A* 10 quae *C*, *corr.* qui *B*, qua *A* 11 Tantus et quantus in medio m habere debent quam et tam unde quantitas quantus tantus nec quosdam moueat *B* Tantus et quantus tātus nec quosdam moueat *C* Tantus et quātus per m a tam et quam nec quosdam moueat *A*. *emendationem praebuerunt excerpta Cornuti* 12 n] non *utroque loco A* 13 tametsi *B* tam̄ *AC* 15 littera eandem s habere debebunt *B* litteram eandem habere debt̄ *A* littera eandem habere debet *C* 16 exilio specto expecto *AB* s non habent] si non habent *C* 17 quod discrimine *B* 18 aliud specto] aliud exspecto *A* 19 cum *om. AC* expecto] exspecto *C* 20 non habet — 21 s litteram *om. AC* non habent *B* 21 exspecto] expecto *B* 22 retinet] non tenet *A* exscreo cum s screare fit si sine s creare *B* exscreo cum s creare fit ñ sine s *A* exsecro cum s screare fit sic sene s creare *C* exscreo cum s a screare fit, si sine s, a creare *Carrio* exilium *B*

p. 2315. 16 P.

quoque cum s scribi debet (ex solo enim ire est exsolare), quasi exsolium, quod Graeci ἐξορισμόν dicunt; et antiqui exsoles dicebant, quos nos exsules dicimus. extorrem vero sine s: ex terra enim eiectum significat. exsui habet s: sui enim est et insui, quasi alicui rei immitti, unde exsui, quasi iam emitti et nudari. inde exsuviae, unde exsuti, id est spoliati. exire sine s (ire enim simplex est), et quaecumque ex hoc formabuntur, ut exitus exitium exitiale. *exercitus* et exercere non habent s in compositione, quia simplicia quoque s similiter non habent. etenim exercere est ex ex et arcere, ut exercitus qui sub disciplina certa arcetur, unde exercitatio. exscindo s habere debet: scindo enim est simplex. similiter exsculpo et exsisto: sculpere enim et sistere simpliciter dicitur. expurgo autem eodemque modo excedo s non desiderat. eximo similiter: nam et in aliis praepositionibus sine hac littera est, ut redimo interimo dirimo. itaque exemptus ita scribitur et eximius, qui est quasi exemptus et extra ceteros positus. extremus quoque sine s: ex enim est, unde extra et extremus, unde extrinsecus exter extrarium, et siqua alia hinc trahi possunt. exsequiae vero habent s: sequi enim est in simplici. at exiguae non habent s, sicut indiguae, quae egeant, *unde* exiguitas. similiter exoletus, quod ex alterius partis praepositione manifestum fit: adolevit enim est. obsolevit autem s quidem habet, sed non ipsius verbi, verum praepositionis, quae est obs, sicut ab abs, quasi abolevit, id est inveteravit et obsorduit| diuturnitate. haec et quae his similia sunt hoc modo animadvertentur. cetera, quae simplicia sunt et non componuntur, sine ulla dubitatione x tantum habebunt, ut vixi dixi vexavi faxo uxor auxilium examen axis exemplum.

---

1 exsolium] extra solum *C* 2 quod] quae *AC* 5 emitti et nudari *AC* emitti enudari *B* inde exuuiae unde exuti *C* 7 exitiale, exercere non habent s in compositione, quia in simplici quoque s similiter non habent *Carrio* exercitus *om. ABC* non habet s in compositio quia in simplici quoque s similiter non habet *C* 8 quia] quae *AB* 9 est ex ex et arcere *C* est ex et arcere *A* est et ex arcere *B* est ab ex et arcere *Carrio* *fortasse* et exercitus disciplinam *B* 10 similiter exsculpo et exsisto per s, quia ab ex et sculpere est: item ab ex et sistere. sculpere enim et sistere simpliciter dicitur. expurgo eodemque modo excedo s non desiderant *Carrio*, exsculpo exsisto per s quia ex ex et sculpere est et ex ex et sistere s̄ expurgo et excedo n̄ desiderant *C* 11 exculpo et exsisto *B* exsculpo existo *A* sculpere] exculpere *A* 12 autem] etiam *B* 13 interimo] intimo *AC* 14 ut eximus quod est quasi exemptus *A* ut eximus quasi exemtus *C* 15 *fortasse* exter enim est, unde extra et extremus extrinsecus externus extrarius 17 exsequie uero habent s *B* exseque uero habent s *A* exsequi uero habet s *C* est *om. B* exigue non habet s *C* 18 unde *om. ABC*ş exiguitas similiter, ut et exoletus *Carrio* exsoletus quod ex *B* exoletus quae ex *C* exsolet ex *A* 19 est *om. A* 20 autem *om. A* s quidem *AC* s siquidem *B* sed] si *A* praepositiones *AC* 21 sicut] sic *A* et absorduit *AB* et obsurduit *C* 22 diurnitate *AB* cetera — componuntur *om. AC* 23 tantum] autem *C* 24 faxo] faxi *ABC* axis et exemplum *B*

p. 2316. 17 P.

De divisione syllabarum. duae [sunt] consonantes impares, quae tamen haerere possunt, si hinc inde vocalem accipiant, posteriorem syllabam sequuntur; pares vel impares, singulae scilicet, et in priorem et in posteriorem dividuntur: potestas, novissima syllaba stas erit, noster ster, capto pto, aut ubi tres sunt, ut plostrum strum, lustrant strant, capistrum strum, aeque claustrum rastrum campestre. fere autem tres hae consonantes tertio loco r habent, et aliae l litteram, ut astula et in elisione astla, pestulum *pestlum:* aliter nullo modo tribus consonantibus unitas syllabae datur. cum pares sunt, singulae ad singulas syllabas ibunt: duae enim pares litterae, seu vocales sint seu consonantes, non coeunt: similiter quae syllabam non faciunt, si vocalem accipiant, tametsi impares sunt, ut carpo dorsum Porcius. una consonans inter duas vocales posita posteriorem sequitur, ut Paris lapis tutus. at si inter vocales consonans fuerit et digamma posterius, vocali digamma adhaerebit. iam enim dixi excepta q littera et g nullam aliam consonantem cum eius modi syllabis consistere, ut solvo nervus volvo larya pulvis. itaque tenuis si trisyllabum est, n consonans ad u accedit, si disyllabum, ad e: aeque belua malva.

Dispicio, verbum compositum, quaeritur utrum per duo s an per unum scribi debeat, et utrum ita dividi, dis et spicio, *an di et spicio.* et divisionis quidem eius facilis ratio est, quoniam omnes praepositiones integrae separandae sunt, ut est abstulit abs et tulit, transtulit trans et tulit, abscondit abs et condit et cetera his similia. per duo autem s scribendum | est, non per unum, quoniam ex praepositione et verbo constat esse compositum, quem ad modum est conspicio aspicio despicio; ac per hoc per duo s disspicio scribi debet et ita dividi, dis et spicio. non nulli vero dispicio per unum s scribendum putant, quod praepositio interdum litteram perdat, ut est diduco divido diiudico. sed melius est per duo s scribi disspicio.

---

1 DE DIUISIONE SYLLABARUM *tituli loco praescripta sunt in ABC.* *fortasse* in divisione syllabarum duae consonantes impares] in partes *priore loco B, utroque loco A* 5 aut] at *ABC* plostrum] plaustrum *C* 7 et alia l litteram ut astula et in elisione ascl'a pestulum aliter *A* et alia l litteram ut castula et in elisione ascla pestulum aliter *B* et alia l littera ut astula et in lisione ascla pestulum aliter *C* et aliae l litteram ut astcla (assula *Carrio*) et in elisione ascla pestulum (pessulum *Carrio*) aliter ς 9 syllabas *om. B* enim *om. AC* pares] partes *A* 11 impares] in partes *A* dorsum *AB* deorsum *C* 13 tutus] turus *BC* tirus *A* si *om. A* 14 digamma adhaerebit *A* digammae adhaerebit *BC* excepto q littera g *C* 15 consistere *AC* consentire *B* soluo neruo uoluo laruos puluis *B* soluo ueruo uolo larua puluis *A* soluo ueruo uolbo larbuos puluis *C* 16 n *om. A* 17 ad e aeque bellua *A* adaeque belua *BC* 18 an] aut *B* 19 ita dividi — 20 facilis *om. AC* dis et picio *B* an di et spicio *om. B* 20 omnes praepositiones integrae separandae sunt *BC* oms praepositio integra separanda est *A* 24 conspicio] compositio *C* 26 vero] et *A* quod] quae *B* q *A* 27 divido *om. C*

p. 2317. 18 P.

Obliviscor compositumne an simplex est? compositum, scilicet huius simplex latet in antiquis [nominibus et] monumentis: livisci enim [oblivisci] est et livitus, quod nos hodie per elisionem oblitus. quod cum manifestum fuerit, planissime quivis intelleget in scriptura verbi huius divisionem, ob et liviscor.

Pompeiius Tarpeiius et eiius per duo i scribenda sunt et propter sonum (plenius enim sonant) et propter metra: numquam enim longa fiet syllaba, nisi per i geminum scribatur. hanc scripturam ita dividimus, ut praedixi. nunc illud, genetivi eorum et nominativi plurales et dativi quem ad modum scribantur videamus. quidam huius Pompei Tarpei, hi Pompei Tarpei, his Pompeis Tarpeis per unum i scribunt: non nulli pusillo diligentiores alterum i his addunt: ego quoque tertium addendum praecipio. si enim, ut docui, nominativus duo i habet pro duabus consonantibus, haec perire nulla declinatione possunt, quae tamen omnimodis modernus usus excludit.

XI EX LVCIO CAECILIO VINDICE ISTA DEFLORATA SVNT

M litteram, ad vocales primo loco in verbis positas si accesserit, non enuntiabimus; cum autem ad consonantes aut digammon aeolicum, pro quo nos v loco consonantis posita utimur, tunc pro m littera n litterae sonum decentius | efferemus.

Luci magni magi cum in genetivis singularibus dicimus, interest quos nominativos habeant: proinde enim intererit, utrum per duo i an per unum debeant scribi. si lucus magnus magus sunt nominativi eorum, unum i in genetivo habebunt: plurali quoque nominativo et vocativo, sed et dativo et ablativo similiter scribentur. si autem Lucius Magnius magius proferantur, duo i in genetivo habebunt, Lucii Magnii magii, quod ipsum Lucilius adnotavit, cum a numero Numerius discerneret.

---

1 obliuiscor compositumne am simplex est compositum scilicet huius enim simplex latet *A* obliuiscor non simplex conpositum est conpositum (*corr.* obliuiscor conpositum est non simplex conpositi) scilicet huius simplex latet *C* obliuiscor compositum ne an simplex latet *B* 2 nominibus et *om. B* 3 leuitus *B* quae nos *C* 4 planissime *AC* plenissime *B* intellegit *AC* in scripturam *B* 6 tarpeius *A* trapeii *B* eius *A* 9 illum *B* 10 hi pompei et tarpei *B* 11 his pompeis his tarpeis *AB* pusillo] plus illo *A* 12 alteram *ABC* tertiam addendam *AB* tertiam addeda *C* 13 duo *om. AC* 14 haec] hae *ABC* 16 DEFLORATA *AC* COLLECTA *B* SUNT *om. A* 17 M litteram cum ad vocales — positas acceesserit *AC* 18 cum autem consonantes *C* cum aut consonantes *A* | 19 posita *om. B* 21 Luci magni magicum in genitiuis *B* Luci magni (magi *add. c*) cum genetiuis *AC* 23 magnus *et deinde* Magnius *et* Magnii *seclusit Muellerus in Lucil. fragm. p. 141* unum i *B* i unum *AC* 25 similiter scribentur *B* scribitur similiter *AC* 26 ut lucii *B* et lucii *A* quod ipsum *C* q; ipsum *A* quae ipsius *B* Lucilius] *Charis. p. 78, 8. Caesellium non recte interpretatum esse Lucilii versum adnotavit Lachmannus in Lucret. p. 329* 27 Numerius] numeros *B*

p. 2318. 19 P.

Cum praepositio per c scribenda est; quum adverbium temporis, quod significat quando, per q scribendum est discretionis causa, ut apud Ennium

cum legionibus quum proficiscitur induperator.

Cuiusque non per c scribitur, sed per q, quia sensum quoque alium habet. nam huiusce hominis huius hominis est; at cuiusque hominis et cuiusque ordinis uniuscuiusque hominis et uniuscuiusque ordinis significat.

Accedo per duo c, attuli per duo t, assiduus per duo s, apparo per duo p, annuo per duo n, alligo per duo l. in his non solum propter soni levitatem consonantes mutantur, sed et quod nullo modo in eis sonare d littera potest. sonat autem d littera et scribitur, cum f consonanti adiuncta est, ut adfluo adfari adfuturum adfatus adfero. contra b non sonat, ut offui offero offendo.

XII EX PRISCIANO GRAMMATICO, QVI NOSTRO TEMPORE CONSTANTINOPOLI DOCTOR FVIT, DE LIBRO PRIMO IPSIVS ISTA COLLECTA SVNT

Notandum igitur quod hamus, qui a Graecis ancistrus appellatur, cum adspiratione debet scribi.

Sciendum et hoc, pro φ graeco a Latinis in scribendo ph poni debere in graecis dumtaxat nominibus, ut Orpheus Phaëthon. in ceteris autem latinis nominibus f ponendum, | ut fama filius facio. Phoebus, quo nomine Apollo significatur, ita scribendum est, ut post p h ponatur: similiter et Erichthonius.

Hiulcus per adspirationem debet scribi. i enim consonans ante se adspirationem non recipit nisi tantum vocalis. [beatus per adspirationem scribendum non est].

---

1 Cum praepositio *Curt. Valer. 156, 3* 7 Accedo *Cornut. 151, 7 Papirian. 162, 9* 16 *Priscian.* hamus *7, 14* 18 pro φ graeco *11, 18* 22 Erichthonius *13, 6* 23 hiulcus *14, 20*

---

1 quum] cum *B* quod] quae *C*, *om. B* 3 quum] cum *B* induperator ς imperator *A B C* 4 Cuiusque] quuiusque *A* quu.usque *B* quiūque *C*, *corr.* quiusque *c* quia sensum quoque *om. A C*, *add. B* 5 at quuiusque hominis et cuiusque ordinis *B* ad quuiusque hominis quuiusque ordinis *A* at quiusque hominis quiusque ordinis *C* 7 appareo ς *et excerpta Papiriani et Cornuti* 9 et] etiam *B* 10 et scribitur *A* et ascribitur *B* et aut scribitur *C* 14 Constantinopoli Romae *Carrio* 15 ista *om. B* 16 quod] quia *A C* hamus *A C* hec amus *B corr.* hic hamus *b* quia grecis hancisturus *B* 18 a latinis in *C* latinis in *B* in latinis *A* p et h *C* 19 pheton *A B C* 20 facio *B* faciam *A C*, facies *Carrio* 21 similiter et hericthonius hiulcus *B* similiter et (et *om. C*) hiericthonis hiulchus *A C* 23 debent ς b enim consonans — scribendum non est *B* b enim consonans ante se aspirationem scribendum est (*rell. om.*) *A C* 24 beatus per aspirationem scribendum est *Par.* ς, *om. Carrio. fortasse* hiatus per adspirationem scribendum est. *nam hoc adnotare poterat Cassiodorius adductus iis quae de hiatu scripta invenit apud Priscianum p. 17, 10*

p. 2319 P.

Caelebs ante terminalem s litteram b scribi debet, non v, quoniam v vocalis, cum in consonantis transierit potestatem, *non* potest aliam praecedere consonantem.

Adspiratio ante vocales omnes poni potest; post consonantes autem quattuor tantummodo ponitur, c t p r, ut habeo Herennius heros hiems homo humus Chremes Thraso Philippus Rhodus. ideo autem h vocalibus extrinsecus adscribitur, ut minus sonent, consonantibus autem intrinsecus, ut plurimum sonent.

Gnatus per g et n scribendum est, sicut gnavus, quia in compositione ipsam retinent g, ut agnatus et ignavus.

Ecquid per c scribendum in prima syllaba, quoniam enquid significat n littera consonante in c conversa.

Samguis in prima syllaba per m scribendum in nominativo dumtaxat casu, in ceteris autem casibus per n, quoniam m littera in n convertitur.

Bs latinae litterae pro ψ graeca littera non aliter poni debent in una eademque syllaba coniunctae nisi in fine nominativi, cuius genetivus in bis desinit, ut urbs urbis, caelebs caelibis, Arabs Arabis.

Sciendum autem surripio per r geminum, non per b et r scribendum: similiter et [corripio] arripio, quoniam b in r quoque commutatur.

Suspicor et suspicio, verba composita ab adverbiis sursum vel susum, in prima syllaba per unum s, non per duo scribenda sunt, quoniam duplicari consonans subsequente alia consonante non potest, sicut nec antecedente, nisi fuerit muta ante liquidam, ut supplex suffragor sufflo effluo effringo.

Quicquam in prima syllaba per c scribendum, quod d littera in c litteram commutatur.

Aggero per g scribendum et aggregatus, non per d.

---

1 *Priscian.* caelebs *18, 10* 4 adspiratio *18, 15* 9 gnatus *30, 10* 11 ecquid *31, 10* 13 samguis *32, 9* 15 bs latinae litterae *33, 7* 18 surripio *34, 10* 20 suspicor *34, 13* 25 quicquam *35, 1 Papirian. 160, 10.* 27 aggero *35, 1*

---

1 s *om. AC* b scribi debet non u *B* b scribi debet non per u *AC* per b scribi debet et non per v *Carrio* 2 consonantis] consonantes *A* consonantē *C* non *ante* potest *om. ABC* 4 autem] ut *A* 6 chremens *AC* h *om. AC, add. B* 7 minus sonent *B* minus sonet *AC* 9 quia] quae *C* que *A* 10 retinent *Carrio*, retinet *ABC* ut agnatus *B* ut gnatus *AC* 13 Samguis *C* Sanguis *AB* dumtaxat *om. C* 14 qm̄ m littera *Bc* qm̄ littera *C* qū cō littera *A. Prisciani praeceptum*, in n mutatur s, sanguis sanguinis, *ipse Cassiodorius videtur perturbavisse* 15 pro ψ graeca littera ς per i greca littera *B* per y graecā litterā *C* per v graecam litā *A* 19 similiter et corripio arripio *B* similiter arripio et corripio *C* arripio similiter et corripio *A* in r quoque commutat *A* in r commutat *C* 23 suffrago *C* suffragio *A* 25 quod] quia *C* q. *A* 26 mutatur *AC* 27 aggero per g *B* aggero per d *A* adgero per g *C* scribendum *om. C* adgregatus *C*

Harpyia, quod graecum nomen est, per y graecum sequente i latino scribendum est, | quoniam apud eos *vi* diphthongon est.

Ara, cum altare significat, sine adspiratione, cum vero cubile porcorum, cum adspiratione scribendum.

CONCLVSIO

Congregatis igitur, quae per supra dictos orthographos necessario repperi fuisse conscripta, nunc finem libri domino iuvante faciamus. datur enim intellegi rem nimis utilem fuisse, quae tot ac tantis auctoribus cognoscitur esse tractata, quoniam, siquid a prioribus praetermissum est, a sequentibus constat impletum. meminisse autem debemus frequenter artigraphos de orthographia tractasse et iterum orthographos de partium declinatione disseruisse, cum tamen res sibi repugnare videantur. ars enim tractat de partium declinatione, orthographia vero quem ad modum scribi debeat designat, quod partium declinatio decora repperit. hoc si in auctoribus semper intenderis, ut pro locis suis posita diligenter accipias, nullo errore fatigaberis. nunc animos legentes erigite et gaudete tantos ad vos priscos pervenisse auctores, ut eis credere indubitata mente debeatis. possem quidem Aquilam et Quintilianum, sed et Avitum, quos non nulli in orthographiae peritia laudandos esse putaverunt, quos tamen venturos in Christi nomine celerrime sustinemus, superioribus auctoribus addere. sed necessarium non est multiplici numero dare licentiam, cum non sint omnino definiti quanti de eadem re scribere maluerunt. nam si duodecim horarum spatia diem protinus complere noscuntur, si duodecim quoque menses annum volubili varietate restituunt, si duodecim signa caelestia totius nobis circuli campos solida rotunditate concludunt, debet nobis omnino sufficere, quod ex duodecim orthographorum libris rectitudinem scripturae docentium defloratas regulas posteris legendas exhibui.

Valete, fratres, atque in orationibus vestris | mei memores esse dignamini, qui vos inter cetera et de orthographiae virtute et de distinctione

1 *Priscian.* Harpyia *37, 12* 3 ara *53, 20*

1 arpyia quod *B* harpygia quae *C* arpygia que *A* sequente i latino *B* sequenti in latino *A* sequenti i latinū *C* 2 yi *B* iy *AC* 4 cum vero — adspiratione *om. AC* scribendum est *C* 6 Congregatis igitur quae per supradictos *B* Congretis (Cum grecis *C*) igitur quod supra dictos *AC* per] apud ς 7 libri *B* libro *AC* 8 intellegi rem] intellegerem *corr.* -re *B* 12 disserere *AC* 13 partium] artium *ABC* nominum *Carrio* 14 quod partium declinatio *B* qui partium declinatio *A* qui partium declinatione *C* quae in partium declinatione *Carrio* repperit *AC* reppererit *B* 16 fatigaberis *B* fatigaris *AC* erigere *A* 17 possim quidem *C* possim qui *A* possemque . . *sed* que *ras. B* 18 orthographia *AC* 20 necessarium non est *B* necessarium est *AC* 23 protinus *om. C* 25 cāpum *AC* 26 artigraphorum *AC* 27 regulas *om. A* posteras legendas *A* posteros legenda *C* 28 atque *om. AC* 29 qui uos in cetera *AC* quos inter cetera *B* et *priore loco om. B*

p. 2321 P.

ponenda, quae nimis pretiosa cognoscitur, sub brevitate commonui, et quem ad modum scripturae divinae intellegi debeant, copiosissime legenda praeparavi. quatenus sicut et ego vos ab imperitorum numero sequestratos esse volui, ita nos virtus divina non patiatur cum nequissimis poenali societate coniungi.

EXCERPTA EX DVOBVS LIBRIS INSTITVTIONVM CASSIODORII

I *Ex praefatione*

vol. II p. 509 ed. Gar.

Reliquos vero codices, qui non sunt tali distinctione signati, notariis diligenti tamen cura sollicitis relegendos atque emendandos reliqui. qui etsi non potuerint in totum orthographiae minutias custodire, emendationem tamen codicum antiquorum, ut opinor, adimplere modis omnibus festinabunt. habent enim scientiam notarum suarum, quae ex maxima parte hanc peritiam tangere atque admonere noscuntur. sed ut error inolitus aliquatenus de medio tolleretur, factum est ut in sequenti libro de orthographiae regulis perstrictim pro captu ingenii non nulla poneremus, ne praecipitanter emendantium impolita praesumptio posteris carpenda traderetur. paravi quoque quantos potui priscos orthographos invenire, per quos etsi non omnino correcti, tamen ex magna parte meliorati esse videantur: orthographia siquidem apud Graecos plerumque sine ambiguitate probatur expressa, inter Latinos vero sub ardua difficultate relicta monstratur, unde etiam modo studium magnum lectoris inquirit.

II *Ex institutionum divinarum lectionum c. XV*

p. 517 ed. Gar.

Et quoniam interdum casus generaque nominum vel tempora verborum humanis regulis nequeunt convenire, sed tamen eorum usum ecclesiasticus consensus amplectitur, duorum vel trium priscorum emendatorumque codicum auctoritas inquiratur. scriptum est enim ‘in ore duorum vel trium stabit omne verbum’, et praesumi non liceat quod divino vindicatur eloquio, ut est in psalmo vigesimo primo ‘populo qui nascetur, quem fecit dominus’, et illud evangelii ‘euntes docete omnes gentes baptizantes eos

1 quae nimis *B* quae minus *C* quē inis *A* 3 sicut ego *B* 5 coniungi. hunc cassiodori senatoris de orthographia librum ex duodecim auctorum opusculis defloratum. n̄. EXPLICIT *B* coniuncti hunc cassiodoris senatoris de orthographia librū ex XII auctorum opusculis defloratū AMNN EXPLIC̄ LIB̄ DE ORTOGRAPHIA ADIUUANTE D̄NO̅ *A* coniungi. hunc casiodori senatoris de ortographia librum ex XII auctorum opusculis defloratum EXPLICIT AMEN AMHN *C*

B codex Bambergensis
b eiusdem codicis corrector
ς editiones Cassiodorii

13 scientia *B* 18 quantos] quantum ς 24 tempora verborum] temporum *B*ς 25 ecclesiasticum *B* 27 duorum vel trium testium *Garetius*

p. 517. 18 G.

in nomine patris et filii et spiritus sancti', similiter et in centesimo quadragesimo tertio psalmo 'beatus populus,' cuius est dominus deus eorum' et his similia. regulas igitur elocutionum latinarum, id est quadrigam Messii, omnimodis non sequaris, ubi tamen priscorum codicum auctoritate convinceris. expedit enim interdum praetermittere humanarum formulas dictionum et divini magis eloquii custodire mensuram. in prosa caput versus heroici finemque non corrigas, quinque longas totidemque breves non audeas improbare, | trochaeum triplicem laudabilis neglectus abscondat, miotacismos et hiatus vocalium omnino derelinque, quoniam hic locum habere non possunt quae doctores litterarum liberalium regulariter custodire noscuntur. istud enim inter humanas dictiones convenit praecaveri, in divinis autem eloquiis tales compositiones nullatenus accusantur. maneat ubique incorrupta locutio, quae deo placuisse cognoscitur, ita ut fulgore suo niteat, non humano desiderio carpenda subiaceat. haec enim et simplices suaviter instruit et doctos pro sua reverentia decenter oblectat.

Post superiorem igitur divisionem, ubi diximus idiomata legis divinae non esse tangenda, vel cetera quae secuntur locus ammonet more maiorum hanc quoque ponere subdivisionem, ut ad particulas partium distinctius venire debeamus. unde enim doctissimus Aristoteles perihermenias suas ad liquidum perducere potuisset, nisi divisionum et subdivisionum iterumque particularium divisionum ordine custodito cuncta tractasset? quem secuti nunc dicimus, in quibus litteris sunt librariorum vitia corrigenda. in verbis quae accusativis et ablativis praepositionibus serviunt situm motumque diligenter observa, quoniam librarii grammaticae artis expertes ibi maxime probantur errare. nam si m litteram inconvenienter addas aut demas, dictio tota confusa est. casus vero nominum exceptis monoptotis declinationesque verborum quae defectiva non sunt totasque partes orationis, ubi tamen sacra non impugnat auctoritas, considera diligenter suisque locis aptata custodi, ne locutionis ordine permixto totum, quod absit, possideat indecora confusio.

B pro v, v pro b, o pro u, n pro m contra orthographiae praecepta vitiose positas non relinquas. aspirationem vero superfluam deme aut adice competenter. casus nominum temporaque verborum, ubi tamen permitteris, custodi diligenter. reperies enim frequenter in auctoritate consuetudini dissona, quae tibi non liceat immutare; sed in his emendatorum codicum servetur exemplum. cetera vero quae sunt male praesumpta recorrige, quoniam antiquarii exinde potius comprobantur offendere, dum elocutioni

3 latinorum *B* quadrigam] quadrica *B* quadriga *b* 8 meotacismos *B* 9 derelinque *b* relinque *B* 14 carpienda *B* 15 instrui *B* 18 hanc] hac *B* 33 permitteris] premitteris *B* 34 reperiens *B* consuetudini dissona ≤ consuitudinis sona *B* consuetudinis sonum *b* 37 probantur ≤

p. 518. 525 G.

latinae linguae nesciunt servire disposite. a in fine adverbii non relinquas, a iterum casui genetivo non subtrahas. multa etiam respectu euphoniae propter subsequentes litteras probabiliter immutamus, ut illuminatio irrisio immutabilis impius improbus. r litteram narrationi tolle superfluam: a gnaro enim, id est scito seu perito, venit nominis ista compositio. quod, cum pronomen est, per d, non per t litteram; cum vero adverbium numeri est, per t, non per d litteram scribendum est. quicquam c magis in prima syllaba ponendum est quam d propter euphoniam, quam praecipimus sequi. quid plura? secundum regulas artigraphorum quae tamen sunt emendanda percurre, ne articulatae vocis pulchra modulatio peregrinis litteris maculata absona potius et indecora reddatur. orthographos priscos frequenter relege, quos ego inferius titulo tricensimo, ubi de antiquariis legitur, propter notitiam librariorum utiliter instruendam deflorandos esse iudicavi, et extrinsecus huic libro de orthographia titulum dedi. ita contingit ut et istud studioso prosit legere, ubi cognoscit quae in scripturis sanctis minime debeat violare et illud necessario latius discatur, ubi generaliter praesumpta vitia corrigantur.

p 525 ed. Gar.

III *Ex eiusdem libri c. XXX*

Accedit etiam laudibus eorum qui factum domini aliquo modo videntur imitari, qui legem suam, licet figuraliter sit dictum, omnipotentis digiti operatione conscripsit. multa sunt quidem quae de tam insigni arte referantur, sed sufficit eos dici librarios qui librae domini iustitiaeque deserviunt. sed ne tanto bono mutatis litteris scriptores verba vitiosa permisceant aut ineruditus emendator nesciat errata corrigere, orthographos antiquos legant, id est Velium Longum, Curtium Valerianum, Papirianum, Adamantium Martyrium de v et b, eiusdem de primis mediis atque ultimis syllabis, eiusdem de b littera trifariam in nomine posita, et Eutychen de aspiratione, sed et Focam de differentia generis, quos ego, quantos potui, studiosa curiositate collegi. et ne quempiam memoratorum codicum obscuritas derelicta turbaret, quoniam antiquarum declinationum permixtione pro maxima parte confusi sunt, magno studio laboris incubui, ut in libro sequestrato atque composito, qui inscribitur de orthographia ad vos defloratae regulae pervenirent et dubietate sublata liberior animus viam

1 a] ae *utroque loco* ς 4 r litteram narrationi tolle superflua *B* G litteram a narratione tolle superfluam ς 8 quam praecipimus ς qua precipimur *B* 13 notitiam] notiam *B* 15 debeat diuiolare *B* 16 discitur *B*ς

Institutionum divinarum caput XXX e duobus codicibus Bernensibus 171 (C) et 225 (D) emendatum edidit Hagenus anecd. Helvet. praef. p. CXXXXI

19 accidit *BC* 22 referuntur *D* set sufficite hos dicit librarios *B* librae domini *BC* libere domino *D* 25 papirianum *D*ς papurianum *C*, *om. B* 27 de b litterā *C* trifaria *CD* tripharia *B* eutichen *B*ς euticen *D* 28 1 quantos potui *B* quanto potui *C* quanta potui *D* quantum potui ς 30 declinationum] declinatione *B* 31 pro maxima parte confusi] propria parte confusa *C*

p. 525. 528 G.

emendationis incederet. Diomedem quoque et Theoctistum aliqua de tali arte scripsisse comperimus. qui si inventi fuerint, vos quoque eorum deflorata colligite. forte et alios invenire possitis, per quos notitia vestra potius instruatur. isti tamen qui memorati sunt, si assiduo studio relegantur, omnem vobis caliginem ignorationis abscidunt, ut quod hactenus ignoratum est habeatur ex maxima parte notissimum.

IIII *Praefatio secundi libri*

p. 528 ed. Gar.

Intentus nobis est de arte grammatica sive rhetorica vel de disciplinis aliqua breviter velle conscribere. quarum rerum principia necesse nobis est inchoare, dicendumque prius est de arte grammatica, quae est videlicet origo et fundamentum liberalium litterarum. liber autem dictus est a libro, id est arboris cortice dempto atque liberato, ubi ante copiam chartarum antiqui carmina describebant. scire autem debemus, sicut Varro dicit, utilitatis alicuius causa omnium artium extitisse principia. ars vero dicta est, quod nos suis regulis artet atque constringat. alii dicunt a Graecis hoc tractum esse vocabulum, ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, id est a virtute doctrinae, quam diserti viri unius cuiusque bonae rei scientiam vocant. secundo de arte rhetorica, quae propter nitorem et copiam ĕloquentiae suae maxime in civilibus quaestionibus necessaria nimis et honorabilis aestimatur. tertio de logica, quae dialectica nuncupatur: haec, quantum magistri saeculares dicunt, disputationibus subtilissimis ac brevibus vera sequestrat a falsis. quarto de mathematica, quae quattuor complectitur disciplinas, id est arithmeticam geometricam musicam et astronomiam, quam mathematicam latino sermone doctrinalem possumus appellare. quo nomine licet omnia doctrinalia dicere valeamus, quaecumque docent, haec sibi tamen commune vocabulum propter suam excellentiam proprie vindicavit, ut poeta

---

1 incideret *B* 2 scripsisse *BD* conscripsisse *C*ς 3 forte set *B* 5 abscindunt ς *In excerptis libri secundi adscriptae sunt lectiones codicis Wirceburgensis f 5 (A) cum emendationibus veteris correctoris (a) et lectiones codicis Sangermanensis 782 (S)* CASSIODORI SENATORIS INSTITUTIONŪ DIUINARŪ LITTERŪ EXPL LIBER PRIMVS INCIP EIUSDĒ SECULARIUM LITTERŪ LIBER SECUNDUS DEO GRATIAS prefatio libri II *B, in quo primum praefatio illa quam dedit Garetius p. 528 scripta est, sicut indicavit Haasius, deinde sequuntur haec,* In quo libro primum nobis dicendum est de arte grammatica quae est uidelicet *sqq.* DE GRAMMATICA ARTE *S. inscriptio omissa est in A* 9 necesse nos est inchoare *S* 11 liberalium] liberarium *A* 12 copiam] inuentionem *B* 13 discribebant *A* describebant Ideoque licentia est nunc et breues libros facere et prolixiores extendere; quoniam sicut cortex et virgulta complectitur et uastas arbores claudit, ita pro rerum qualitate permissum est modum libris inponere *B* 17 doctrinae *om. B* bonae *om. B* bonae (re *superscr.*) scientiam *A* 20 quantum] qua tum *A* quā tum *a* 23 astronomicam (*corr.* astronomiam) mathematicam uero latino *B* 25 valeamus] possimus *B* 26 ut poeta dictus intellegitur apud grecos homerus apud latinos uergilius orator enuntiatus apud grecos demosthenes apud latinos cicero declaratur quam-

p. 528. 529 G.

dictus intellegitur Virgilius, orator enuntiatus advertitur Cicero, quamvis multi et poetae et oratores in latina lingua esse doceantur, quod etiam de Homero atque Demosthene graeca facundia concelebrat. mathematica vero est scientia quae abstractam considerat quantitatem. abstracta enim quantitas dicitur, quam intellectu a materia separantes vel ab aliis accidentibus sola ratiocinatione tractamus. | sic totius voluminis ordo quasi quodam vade promissus est. nunc quem ad modum pollicita sunt, per divisiones definitionesque suas domino iuvante reddamus, quia duplex quodam modo discendi genus est, quando et linealis descriptio imbuit diligenter aspectum, et per aurium praeparatus intrat auditus. nec illud quoque tacebimus, quibus auctoribus tam graecis quam latinis quae dicimus exposita claruerunt, ut qui studiose legere voluerit quibusdam compendiis introductus lucidius maiorum dicta percipiat.

INSTITVTIO DE ARTE GRAMMATICA

p. 2321 ed. Putsch.

Grammatica a litteris nomen accepit, sicut vocabuli ipsius derivatus sonus ostendit, quas primus omnium Cadmus sedecim tantum legitur invenisse eas Graecis studiosissimis tradens. reliquas ipsi vivacitate animi suppleverunt. de quarum formulis atque virtutibus Helenus et Priscianus suptiliter attico sermone locuti sunt. grammatica vero est peritia pulchre loquendi ex poetis illustribus oratoribusque collecta. officium eius est sine vitio dictionem prosalem metricamque componere; finis vero elimatae locutionis vel scripturae inculpabili placere peritia.

Sed quamvis auctores temporum superiorum de arte grammatica ordine diverso tractaverint suisque saeculis honoris decus habuerint, ut Palaemon, Phocas, Probus et Censorinus, nobis tamen placet in medium Donatum deducere, qui et pueris specialiter aptus et tironibus probatur accommodus, cuius gemina commenta reliquimus, ut supra quod ipse planus est

---

uis multi et poetae et oratores in utraque lingua esse doceantur. mathematica uero *B* 3 graeca] graecia *AS* 5 quam] qua ς accedentibus *S* 6 uade *AB* uate *Sb* 7 quemammodum *AB* 10 per aurium praeparatum intrat auditum *Garetius* per aurium *S* post aurium *AB* 12 voluerint — introducti — percipiant *B* compendiis] conpetentiis *S* 14 EXP̄. PRAEFATIO. INCP̄ INSTITVTIO DE ARTE GRĀMATICA Grammatica a litteris *AS* CASSIODORII SENATORIS EXPL. SECUNDI LIBRI PREFATIO *et interpositis titulis eiusdem libri* Grammatica a litteris *B* 17 easque Graecis studiosissimis tradidisse ς reliquaś *B* reliqua *AS* 18 de quarum positionibus atque uirtutibus grece ellenus (allenus *ut videtur b*) latine priscianus suppliciter (sufficienter *b*) tractauerunt grammatica uero *B* Helenus atque Priscianus *Garetius.* Helenum *quem dixerit Cassiodorius, non constat. si graecum esse voluit, sicut videtur, de Apollonio vel Herodiano, quos apud Priscianum nominatos invenerat, cogitari potest* 19 attico] antiqno ς 20 oratoribusque ς auctoribusque *ABS* sine vitio dictionem *A* sine uitio distinctionem *B* sine dictione *S* 21 elimatae *BSa* elimata *A* 24 suisque — habuerint *in marg. add. A* 27 relinquimus *S* planus *B* latinus *AS*

p. 529 G. p. 2321—23 P.

fiat clarior dupliciter explanatus. Donatus igitur in secunda parte ita disceptat [de voce articulata, de littera, de syllaba, de pedibus, de accentibus, de posituris seu distinctionibus, et iterum de partibus orationis VIII, de schematibus, ‖ de etoemologiis, de orthographia]. vox articulata est aer percussus sensibilis auditu, quantum in ipso est. littera est pars minima vocis articulatae. syllaba est comprehensio litterarum vel unius vocalis enuntiatio temporum capax. pes est syllabarum et temporum certa dinumeratio. accentus est vitio carens artificiosa pronuntiatio. positura sive distinctio est moderatae pronuntiationis apta repausatio. partes autem orationis sunt octo, nomen, pronomen, verbum, adverbium, participium, coniunctio, praepositio, interiectio. nomen est pars orationis cum casu corpus aut rem proprie communiterve significans, proprie, ut Roma Tiberis, communiter, ut urbs flumen. pronomen est pars orationis quae pro nomine posita tantundum paene significat personamque interdum recipit. verbum est pars orationis cum tempore et persona sine casu. adverbium est pars orationis quae adiecta verbo significationem eius explanat atque implet, ut 'iam faciam' vel 'non faciam'. participium est pars orationis dicta, quod partem capiat nominis, partem verbi: recipit enim a nomine genera et casus, a verbo tempora et significationes, ab utroque numeros et figuras. coniunctio est pars orationis adnectens ordinansque sententiam. praepositio est pars orationis quae praeposita aliis partibus orationis significationem earum aut mutat ‖ aut complet aut minuit. interiectio est pars orationis significans mentis affectum voce incondita. schemata sunt transformationes sermonum vel sententiarum ornatus causa posita, quae a quodam artigrapho nomine Sacerdote collecta fiunt numero nonaginta et octo, ita tamen ut quae a Donato inter vitia posita sunt in ipso numero collecta claudantur, quod et mihi quoque durum videtur, vitia dicere quae auctorum exemplis et maxime legis divinae auctoritate firmantur. haec grammaticis oratoribusque communia sunt, quae tamen in utraque parte probabiliter reperiuntur aptata. addendum est etiam de etymologia et orthographia, de quibus alios scripsisse certissimum est. etymologia est aut vera aut veri similis demonstratio declarans, ex qua origine verba descendant. orthographia est rectitudo scribendi nullo errore vitiata, quae manum componit et linguam.

1 explanatus. sed et sanctum Augustinum propter simplicitatem fratrum breuiter instruendam aliqua de eodem titulo scripsisse reperimus, quae vobis lectitanda reliquimus, nequid rudibus deesse videatur, qui ad tantae scientiae culmina praeparantur. Donatus igitur *B et Garetius. eadem leguntur in codice Parisino 8679*

2 de voce — 4 orthographia, *quae hoc loco in BS⊆ interposita sunt, in media parte paginae scripta et figura adpicta quasi tituli notata sunt in A*

18 partem uerbi *ABS* partemque uerbi *ab* 22 earum *Sb* eius *AB* 24 positae *Garetius* a quodam] ab *B* 25 collecta sunt ⊆ 29 oratoribusque] oratoribus *S* in *om. S* 30 de etymologia *A* de etoemologiis *B* de ethimologiis *S*

31 alios] nonnullos *B* etoemologia uero est aut uera *B*

p. 2323 P.

Haec breviter dicta sufficiant. ceterum qui ea voluerit latius pleniusque cognoscere, cum praefatione sua codicem legat, quem nostra curiositate formavimus, id est artem Donati, cui de orthographia librum et alium de etymologiis inseruimus, quartum quoque de schematibus Sacerdotis adiunximus, quatenus diligens lector in uno codice reperire possit, quod arti grammaticae deputatum esse cognoscit.

Q. PAPIRII DE ORTHOGRAPHIA

Iustitia cum scribitur, tertia syllaba sic sonat, quasi constet ex tribus litteris t z et i, cum habeat duas, t et i. sed notandum quia in his syllabis iste sonus litterae z inmixtus inveniri tantum potest, quae constant ex t et i et eas sequitur vocalis quaelibet, ut Tatius et otia iustitia et talia. excipiuntur quaedam nomina propria, quae peregrina sunt. sed ab his syllabis excluditur sonus z litterae, quas sequitur littera i, ut otii iustitii. item non sonat z, cum syllabam ti antecedit littera s, ut iustius castius.

1 haec breuiter (de *add. b*) definitionibus tantummodo dicta sufficiant *B* 2 codicem legat quem de grammatica feci arte conscripsi (*corr.* conscribi *b*) quatenus diligens lector inuenire possit quod illi proposito deputatum esse cognoscit. Nunc ad artis rhetoricae divisiones definitionesque ueniamus. quae sicut extensa atque copiosa est ita multis et claris scriptoribus tractata dilatatur. De rethorica *B* 6 cognoscit. Sed quia continentia magis artis grammaticae dicta est, curauimus aliqua de nominis uerbique regulis pro parte subicere, quas recte tantum Aristoteles (aristotelis *S* arestothelis *A corr.* -les *a*) orationis partes adseruit *AS*ϛ. *sequitur deinde in A uberior commentarius de declinatione nominum et de coniugatione verborum*, Graeca nomina quae apud nos in as exeunt tres species habent — fungor hanc rem et illa re. Haec satis ad exempla analogiae dixisse sufficiat. nunc ad artis rhetoricae deuisiones definitionesque ueniamus *sqq. sed haec omnia, quorum pars in editiones Cassiodorii recepta est, ex Martiani Capellae libro tertio p. 82, 6 — 95, 33 ed. Eys. descripta sunt. in S autem omissa hac parte pro ea scripta sunt haec*, reliqua qui uoluerit in alio quaerat uolumine. nam ego describtor ad potiora discurrens reliquorum oblitus sum aut fors neglexi. Inter rationes rethoricas obseruandum: *cf. rhet. lat. ed. Halm p. 501. interpositis definitionibus ad artem rhetoricam pertinentibus sequitur deinde expositio artis rhetoricae.*

7 *Papirii fragmentum in codice Palatino 1753 scriptum est f. 75* incip̄ p̄ quinti papirii ortografia feliciter lectori et scriptori: *cf. gramm. lat. v. VI praef. p. VII. ex eodem codice primum editum est ab Ioanne Sichardo in editione Basileensi a. 1527 f. 106*, 'Q. PAPYRII DE ORTHOGRAPHIA FRAGMENTUM. *Si diuinare licet, eum existimaverim Papyrium, qui a Prisciano toties Papyriani nomine citatur de re grammatica, cuius exemplar exusque Hassia iam iam expectamus, donaturi aliquando publico*'. *in titulo editionis dicitur* Papyrii Praetextati fragmentum de orthographia: *cf. gramm. lat. l. c. p. IX. ex Basileensi editione Papirii fragmentum repetivit Lipsius de rect. pronunt. lat. ling. c. 14, ex Palatino codice Augustus Wilmannsius mus. Rhen. v. XXIII a. 1868 p. 401* 9 constant ex t *Wilmannsius*, constat t *codex*

BEDAE

DE ARTE METRICA

ET

DE ORTHOGRAPHIA

LIBRI

ALBINI ORTHOGRAPHIA

Ex Bedae libris duos recepi, alterum de arte metrica, alterum de orthographia. tertium enim de schematibus et tropis, quem libello de metrica arte Beda adiunxerat, postquam nuper Halmius cum rhetoribus edidit, non putavi denuo grammaticis addendum esse. liber de metrica arte autem inde a nono saeculo in multis codicibus scriptus est, quorum plurimi eum una cum libro de schematibus et tropis, non nulli etiam per se scriptum exhibent. ex his codicibus in nova editione tres mihi parati erant, quos cum Putschii editione contuleram, Monacensis 6399, Leidensis 122, Sangermanensis 1180.

Codex Monacensis 6399, olim Frisingensis 199 saec. IX duos Bedae libros de arte metrica et de schematibus continet, quibus duo commentarii Audacis de accentibus subiecti sunt, f. 1—30 *De littera — XXV quod tria sint genera poematis. expliciunt capitula incipit liber de arte grammatica De littera — sempiternam. explicit de arte metrica liber (unus* superscr.*) incipit liber secundus de scematibus et tropis Solet aliquoties — uxoris loth*, f. 30—32 *De accentibus Accentus quid est — etsi adposita non erit. Recapitulatio de accentibus Accentus quid est — syllabarum in unum redactarum repperitur:* Audac. exc. p. 9, 10—10, 20 et p. 37, 1—40, 16. eodem codice in libro de schematibus usus est Halmius rhet. lat. p. 607.

Codex Leidensis bibl. publ. 122 s. X post Donati aliorumque grammaticorum libros, quos indicavi gramm. lat. v. IV p. XXXI, Bedae libros de metrica arte, de schematibus, de orthographia continet, f. 62 sqq. *I De littera — XXV quod tria sunt genera poematos. Ueda gutberto leuite salutem De littera — sempiternam. explicit de arte metrica liber unus incipit de schematibus et tropis liber II Solet aliquoties — uxoris loth. Ortografia Uedae presbyteri A littera — sermo peruenit.*

Codex Sangermanensis 1180 s. IX librum de metrica arte habet ita, f. 65—73 *in nomine indiuidue trinitatis De lit. — quod tria sint genera poematos. De literis Qui notitiam — sempiternam.* interposito fragmento de schematibus, *Solet aliquoties — quam terribilia sunt opera*

tua (p. 611, 17 ed. Halm), sequitur Pompeii commentarius in Donatum: cf. gramm. lat. v. IV p. XXXIII et V p. 84.

Lectiones trium codicum cum iis quae in priore scriptura non multo post, ut videtur, mutata sunt integram indicavi, omissis quidem levioribus scripturae discrepantiis, quae nullius momenti in hoc praesertim scriptore sunt. de ceteris codicibus, quorum magnus superest numerus, non quaesivi, neque certiorem eorum fidem esse puto quam eorum quos adhibui. ex his autem in primis Monacensem secutus sum, quem et diligentius quam reliquos duos scriptum esse inveni et ab Halmio ad me missum in ipso opere faciendo excussi. quare huius potissimum scriptura accurate indicata est. editorum exemplorum lectiones paucis locis adnotavi. editus autem est hic liber primum cum aliis grammaticis Mediolani a. 1473, deinde a Iano Parrhasio Mediolani a. 1504: cf. gramm. lat. v. IV p. IX et XLIV. Parrhasii editionem secuti sunt qui postea vel cum aliis grammaticis vel cum reliquis Bedae libris hunc librum ediderunt. neque is quis novissime eum edidit, Gilesius Bedae op. v. VI p. 40 sqq., manu scriptos libros adhibuit vel ad emendationem quidquam contulit.

Inscriptionem libri *de arte metrica* pro ea quae adhuc ex Parrhasii editione propagata ferebatur, *de metrica ratione*, restitui. nam et in antiquissimis codicibus ita inscriptus legitur et ipse Beda hoc nomine librum significavit p. 2364, *sed hoc interim nostro operi, quod de arte metrica cudimus, satis esse putamus*, eodemque modo in indice librorum a se editorum post historiam ecclesiasticam v. III p. 316 ed. Gil., *librum de orthographia alphabeti ordine distinctum, item librum de metrica arte et huic adiunctum de schematibus sive de tropis libellum.* alterum illud, quod nunc vulgo receptum est, in duobus veteribus libris inveni, codice Parisino 4841 decimo saeculo scripto, *Bedae presbyteri de metrica ratione*, et codice Bononiensi undecimo saeculo scripto, *incipit congregatio Baedae presbyteri de metrica ratione inprimis de litteris.*

Restat ut de ratione libri et de auctoribus quos Beda secutus est pauca dicam. incipit igitur institutionem a mensura syllabarum, de qua post disputationem de litteris prooemii loco huic parti praepositam septem capitibus disseruit. deinde de ipsis metris praecipiens uberrime hexametrum dactylicum et coniunctum cum eo pentametrum versum tractavit. ad hos enim versus omnia quae post brevem expositionem pedum metricorum item septem capitibus scripta sunt c. 10—16 pertinent. sequuntur septem capita de quibusdam metrorum generibus, quibus recentiores poetae in canticis et hymnis usi sunt. postremo de discrimine rhythmi et metri et de generibus carminum in fine libri duobus capitibus breviter disputavit. ex antiquioribus autem grammaticis quos secutus est ipse nominavit hos, Donatum quater, p. 2350 de v littera, p. 2354 de liquentibus litteris et de vocali

producta ante vocalem, p. 2373 de genetivo nominum in ius vel ium finitorum; commentatores Donati Pompeium et Sergium bis, p. 2350 de v littera et p. 2353 de communibus syllabis, Audacem vel Audacium, quem dicit, p. 2363 de accentu interiectionum, Victorinum, h. e. libellum de ratione metrorum Maximo Victorino tributum, p. 2371 de synalipha, Mallium Theodorum p. 2379 de iambico metro. ad Servii centimetrum pertinent haec p. 2380, *praeterea sunt metra alia perplura, quae in libris centimetrorum simplicibus monstrata exemplis quisque reperiet.* ab iisdem auctoribus etiam non adscriptis nominibus multa recepta sunt, e quibus ea quae maxime consentiunt indicatis locis veterum auctorum, quos Beda secutus est, in marginibus editionis adnotavi. arte autem Donati cum commentariis Sergii et Pompeii et in prima parte libri de syllabis et in altera quae est de hexametro saepe usus est. ex Mallii Theodori libro de metris cum quaedam de communibus syllabis p. 2354 et de hexametro et pentametro p. 2365 tum plurima quae in tertia parte p. 2376 sqq. de variis metrorum generibus leguntur petita sunt. Audacem de scansionibus hexametri p. 2368, de mensura v. *reice* p. 2372 et v. *aqua* p. 2375, de rhythmo et metro p. 2380 secutus est. praeter hos de mensura syllabarum in primis usus est libellis de syllabis finalibus, qui Servii et Victorini nominibus inscripti feruntur, denique ex Charisii quoque et Diomedis libris pauca recepit. Charisium enim in iis quae de v. *torcular* et *pulvinar* p. 2759 et de regula Lucilii in nominibus in ius vel ium finitis scripta sunt p. 2373 secutus est. a Diomede autem commentariolum de generibus carminum in fine libri scriptum recepit.

Alios veterum grammaticorum libros praeter eos quos dixi a Beda adhibitos esse non inveni, neque quidquam omnino, quod quidem ex antiquiore doctrina petitum sit, apud eum legitur, quod non in his libris qui nunc extant inveniatur. itaque cum ad supplenda veterum grammaticorum praecepta nihil novi hic liber afferat, in arte recentiorum poetarum vel modernorum versificatorum, quos ipse dicit p. 2354, cognoscenda omnis fere eius utilitas posita est. nam ad horum usum ea quae ab antiquioribus acceperat accommodavit eorumque versus adscripsit. ex his nominatim appellavit hos, Iuvencum, Ambrosium, Prudentium, Paulinum, Prosperum, Sedulium, Venantium Fortunatum, Aratorem. semel p. 2380 Porfirium nominavit, sed eius tamquam pagani se rationem non habuisse dicit. in plurimis tamen exemplis quibus usus est, nomina poetarum omisit. sed haec omnia indagare et ex quibus locis quidque petitum sit indicare ut longum et molestum erat, ita in hoc genere scriptorum parum utile esse videbatur. quare nolui in his eandem operam, quam antiquioribus scriptoribus praestiti, collocare, sed pleraque non indicatis auctoribus vel locis e quibus petita sunt exhibui.

Libri de orthographia quattuor vidi codices manu scriptos, Parisinum 7530, Montepessulanum 306, Leidensem 122, Sangallensem 249. quorum antiquissimus est Parisinus 7530 octavo saeculo scriptus, quem descripsi gramm. lat. v. IV p. XLI. Bedae liber legitur in eo f. 290*—301* *incip. libellus beta* (corr. al. m. *bede*) *presbyteri de ortō A littera — peruenit**). in codice Montepessulano 306 saec. IX, cuius supra p. 85 in Capri et Agroecii libris mentionem feci, hic liber omisso Bedae nomine cum aliis de orthographia libris scriptus est ita, f. 102*—107* *Me legat antiquas — sabbati* p. 2327—2350 P., f. 107*—109 *De ortographia Ortographia grece latine recta scriptura* (Isidor. I, 26) — *per a et i scribendum est,* f. 109*—116 *incipit liber de ortographia A littera etiam nota — sermo peruenit.* codicem Leidensem bibl. publ. 122 tres Bedae libros continentem modo commemoravi. codex Sangallensis 249 ex duabus partibus compositus est, quarum prior octavo, posterior nono saeculo scripta esse dicitur in indice codicum Sangallensium (Verzeichniss der Handschriften der Stiftsbibliothek von St. Gallen) p. 92. in priore parte Bedae liber scriptus est p. 1—41, *Liber Bedae famuli Christi de orthografia A littera — peruenit:* sequuntur Capri et Agroecii libri. in altera parte primum orthographia Albini scripta est p. 62—91, *Aeternus aetas aeuum per duo u — sabbati* $\overline{XPC}$ *per X et Xrisma finit amen,* deinde excerpta Terentii Scauri, cf. supra p. 4. praeterea in codice Parisino 4841 decimo saeculo scripto pauca ex initio libri leguntur, *incipit liber de orthographia Bedae presbyteri A littera etiam nota praenominis est* sqq. duos codices Harleianos 3826 et 3969 commemoravit Gilesius Bedae op. v. VI praef. p. II. denique manu scripto codice usus est Caspar Barthius. nam ex hoc libro petita sunt quae ille tamquam inedita posuit advers. l. XXXVII c. 14 p. 1693.

Horum codicum tres quos primo loco posui, Parisinum et Leidensem a me olim cum Putschii editione collatos et Montepessulanum a Duebnero excussum, ad editionem adhibui. e quibus Parisinus codex quamvis neglegenter scriptus tamen, quoniam diversa a reliquis duobus origine est, non nullis locis veram scripturam solus servavit. Montepessulanus et Leidensis ex uno archetypo videntur descripti esse. quare ea quae in alterutro ex his solo leguntur altero cum scriptura Parisini codicis consentiente auctoritatem non habent, sed errori vel arbitrio scribentis tribuenda sunt. Leidensi codici, qui maxime hoc genere mutationum et interpolationum corruptus est, similis fuit is ex quo olim cum reliquis Bedae scriptis hic liber editus

*) De origine codicis memorabile est quod post v. *diastole graece latine interdictum* p. 2784 eadem manu scripta est germanica interpretatio *forboten.* ex quo apparet vel ipsum codicem vel eum ex quo haec pars descripta est in Germania scriptum esse.

est, eandemque formam repetivit Gilesius Bedae op. v. VI p. 1 sqq. nam quamquam codicem Harleianum 3826 nono saeculo, ut ait, scriptum adhibuerat, tamen pauca ex eo codice emendavit, reliqua ex editione Basileensi a. 1563 expressit; codicis autem scripturam paucis locis in fine editionis adnotavit. inter grammaticos autem hunc Bedae librum non inveni receptum ante Putschium, qui eum tamquam incerti scriptoris librum, sed Bedae vulgo tributum in fine operis p. 2775 sqq. collocavit. mihi vero propositum fuit ut remota prava et saepe manca scriptura editorum exemplarium ad fidem manu scriptorum librorum lectionem revocarem. in quo maxime Parisinum et Montepessulanum codicem secutus sum; rarius Leidensis codicis scriptura cum vulgata consentiens recipienda fuit. lectiones autem codicum accuratius, quam per se in hoc scriptore desiderabatur, indicandae erant, propterea quod multa a Beda ex antiquioribus auctoribus deprompta sunt, quae siquis cum iis quae nunc apud illos feruntur comparare vult, sciendum est, quid in libris manu scriptis legatur.

Antiquae autem eruditionis reliquias apud Bedam inventas in primis Charisio et Diomedi deberi dixi gramm. lat. v. I p. XXIII. a Charisio enim et nomina grammaticorum, quaecumque in hoc libro leguntur, et plurima veterum scriptorum exempla petita sunt. quamquam copiae veteris grammatici a Beda ita circumcisae sunt, ut pauca in his excerptis relicta sint, quae ad corruptam in codice Charisii scripturam emendandam aliquam utilitatem habeant. sed praeter ipsius Charisii librum Beda adhibuit excerpta similia Bobiensibus illis quae post Charisium edidi. nam et vocabula quaedam quae in his solis leguntur recepit, ut p. 2790 *luter*, p. 2795 *proverbium*, et exempla quae a Charisio omissa, in excerptis addita sunt exhibuit, p. 2788 *iuga* versum Vergilii, p. 2794 *pax* exemplum Sallustii: cf. Charis. p. 33, 30. 32, 6 et exc. p. 550, 5. 548, 8. semel p. 2799 in v. *sulphur* et *scrupulus* ipse addidit exempla Vergilii et Terentii, quae neque apud Charisium neque in excerptis leguntur, sed saepius ab aliis grammaticis adhibita sunt. cum Diomede praeter ea quae in initio libri de notis litterarum scripta sunt maxime consentiunt adnotationes de praepositionibus *ab* et *ex* p. 2776, *in* p. 2788, *pro* p. 2794, *super* p. 2798, *sub* p. 2799 et de adverbio *ut* p. 2803: cf. Diom. p. 411 sqq. et p. 408, 10. nam quae praeterea ad eundem auctorem referri possunt de nominibus et constructione verborum leviora sunt et ab aliis etiam peti poterant. illa vero de litteris et de praepositionibus etiam in arte Dosithei p. 13 sqq. et p. 42 sqq. scripta sunt, et non nulla ex his accuratius quam ea quae apud Diomedem leguntur cum excerptis Bedae consentiunt. quare haud scio an haec vel ex ipso Dosithei vel ex simili libro potius quam a Diomede repetenda sint. deinde vero Capri et Agroecii libri de orthographia saepissime a Beda usurpati sunt. nam et ex orthographia Capri, quem

librum eodem modo, quo nunc in manu scriptis codicibus fertur, scriptum habebat, plurima recepit et Agroecii praecepta ordine litterarum disposita fere omnia in suum librum transtulit. huc accedit magnus numerus adnotationum quae in definiendis differentiis vocabulorum vel elocutionum similia significantium versantur, quarum adnotationum pars nunc etiam in libris de differentiis qui manu scriptis libris traditi sunt invenitur. ea quae de diversis significationibus verbi *sero* scripta sunt p. 2801 leguntur in explanationibus Donati gramm. lat. v. IV p. 542, 24, quamquam eum librum aliis locis a Beda adhibitum esse non inveni. sed illi in hac parte praeterea parata fuerunt glossaria, in quibus cum latinis verbis composita erant graeca, e quibus eas potissimum adnotationes recepit, quibus complura verba latina, ut ea non diversa esse significatione doceret, uno graeco reddi docuit. num orthographos a Cassiodorio excerptos habuerit dubito. nam et pauca sunt quae huc referri possint et ita comparata, ut ex alio potius fonte videantur petita esse, p. 2797 *praestolari* coll. exc. Curt. Valer. p. 157, 22, p. 2804 *urgeo* coll. exc. Papir. p. 164, 22 et de b et v litteris in v. *balvae* p. 2779, *excubiae* et *exuviae* p. 2785, *libidinosus*, *lividus*, *larba* p. 2789, *verbex* p. 2804, quae in Martyrii excerptis tractata sunt. restant pauca quae, cum ab antiquioribus auctoribus petita sint, nunc apud alios grammaticos, quod sciam, non leguntur, in primis haec, p. 2780 *cupio* et p. 2782 *clamo* cum exemplis Ciceronis et p. 2802 *torques* cum exemplis Livii et Ciceronis. ea vero quae ipse Beda his quae ab antiquioribus acceperat addidit in sermone librorum sacrorum et scriptorum ecclesiasticorum, quorum exempla apposuit, versantur. haec de auctoribus quibus Beda usus est breviter dixisse nunc sufficiat. nam accuratius ea de re quaerere et unde quidque petitum sit indicare, ad historiam quidem veterum grammaticorum per infimam aetatem latinarum litterarum persequendam haud inutile est, ceterum ad res quae tractantur explicandas opus esse non videbatur.

Alium de orthographia librum Putschius p. 2327 sqq. e codice Bongarsii, qui nunc est Bernensis 338, primus edidit et pro eo de quo modo dixi Bedae nomine inscripsit. nam cum illius codicis scriptura Putschii editio ita consentit, ut dubitari nequeat quin ex eo expressa sit. eundem librum postea Frobenius non cognita Putschii editione ex codice Salisburgensi edidit in Alcuini operibus v. II p. 301 sqq. qua de re in praefatione l. c. scribit haec, 'Beatum Alcuinum de Orthographia scripsisse diserte testatur vitae illius scriptor. similiter Trithemius libr. XI de viris illustribus O. S. Ben. cap. XXVI. et Ioannes Baleus Anglus cent. XI. script. Brit. inter opera Alcuini recensent librum unum de Orthographia. Latuit vero hoc scriptum omnes etiam solertissimos bibliothecarum veterum scrutatores ad hoc usque tempus; nec quae illius forma, methodus aut conditio esset,

quisquam novit vel prodidit; adeo, ut celeberrimus Cave illud inter deperdita recensere non dubitaverit. Nos, cum vetustissimum codicem ms. bibliothecae Illustrissimi Metropolitani Capituli Salisburgensis, numero 71 subnotatum, et circa initium sec. IX. exaratum evolventes incideremus in opusculum orthographicum, inter genuinas epistolas Alcuini ibi descriptas comprehensum, opinari cepimus, id ipsum esse opusculum B. Alcuini hucusque desideratum. Nec opinio, ut confidimus, nos fefellit; idem namque opusculum aeque vetusta manu scriptum sub nomine Albini Magistri ab amicis ac sodalibus nostris San-Maurianis repertum fuit in bibliotheca Regia Parisiensi, in cod. numero 4841 notato, cui cur fides non adhibeatur, nulla plane causa aut ratio succurrit'. in Parisino codice, cuius Frobenius mentionem fecit, praeter fragmentum Bedae supra commemoratum hic liber legitur ita, *incipit ortographia albini magistri Me legat antiquas — hirrus proprium* p. 2344. eadem inscriptio est etiam in codice Laudunensi 448 saec. IX, in quo post Alcuini librum de arte grammatica hic liber scriptus est, *incipit orthographia albini magistri Me legat* sqq.: cf. catalogue général des manuscrits des bibliothèques publiques des départements v. I p. 237. in reliquis codicibus quos vidi nomen scriptoris additum non est. sunt autem hi, Montepessulanus 306 et Sangallensis 249, quos modo in orthographia Bedae commemoravi, Bernenses tres, 330 ab Usenero mus. Rhen. v. XXII (a. 1867) p. 416 descriptus, 338, ex quo Putschius, ut dixi, librum edidit, 243, Parisini 7521 et 7553, Sangermanensis 1447. atque ex his quoque Sangermanensis confirmat nomen Albini praescriptis versibus duobus et viginti ad Karolum regem, *splendida dum rutilat roseis Aurora quadrigis* sqq.: cf. de gramm. quibusd. inf. aet. p. 8, Alcuini op. v. II p. 238 ed. Frob.

Ex his quae dixi satis apparet Bedae nomen, quod Putschius huic libro praescripsit, a libris manu scriptis nullam auctoritatem habere*), sed quoniam multa quae in illius libro leguntur repetita sunt in hoc, Putschius hunc breviorem potius, quem sine nomine auctoris in uno codice scriptum invenerat, quam illum ampliorem, cuius codicem manu scriptum non habebat, Bedae tribuendum esse putavit. praeter orthographiam Bedae autem Albinus excerptis Cassiodorii usus est. ab his duobus auctoribus enim longe maxima huius libri pars repetita est; pauca quae apud illos non inveniuntur, in primis in fine unius cuiusque litterae, ipse Albinus addidit. in quibus Priscianum nominavit p. 2347. ab eodem l. XIIII p. 49, 5 excerpta de praepositionibus *pro* et *prae* p. 2342 petivit. ex Capri orthographia p. 100, 5 adnotationem de adverbiis *protenus* et *protinus* recepit.

*) In uno codice Reginensi 1587 decimo saeculo scripto, qui olim Nicolai Heinsii fuit, excerptis Albini, ut videtur, Bedae nomen praescriptum est, *orthographia Bedae recte scribendi Me legat antiquas* sqq.

grammaticum de cacosyntheto appellavit p. 2347. verum ne in his quidem quidquam reperitur quod dignum esse memoria videatur. atque omnino omitti hic Albini liber in nova editione grammaticorum poterat, sicut reliqua quae ab illo et aequalibus eius de arte grammatica scripta sunt, nisi Putschii instituto factum esset ut una cum antiquorum orthographorum libris vulgo usurparetur. quare, ne quid desideraretur quod olim receptum esset, nunc quoque denuo edendum esse librum putavi, praesertim cum multa quae adhuc corrupta in his excerptis ferebantur ex manu scriptis codicibus corrigenda essent. duos autem codices ad eam rem adhibui, Sangallensem, quem cum Putschii editione ipse contuleram, et Montepessulanum, cuius scripturam a Duebnero adnotatam habebam. e quibus Sangallensis cum Putschii editione plerumque consentit, multis tamen locis, in quibus Bernensis codex vel corruptus vel neglegentius a Putschio expressus erat, emendatam lectionem praebuit. in Montepessulano codice non solum excerpta alio ordine disposita sed etiam verba scriptoris saepe temere mutata sunt. cum hoc consentiebat Salisburgensis, quem Frobenius expressit. ego Sangallensem codicem maxime secutus sum, cuius scripturam ita repraesentavi, ut, ubi ab ea recedendum esset, discrepantiam in adnotatione exhiberem. ex Montepessulano codice, quocum Frobenii editio sicut dixi, consentit, ea quae rectius in eo quam in Sangallensi libro scripta sunt vel memorabilia esse videbantur adnotavi: nam omnem lectionis discrepantiam et mutatum excerptorum ordinem indicare inutile fuit. eadem ratione in Putschii editione usus sum, ex qua ea quae vel auctoritate codicis vel emendatione editoris rectius in ea quam in manu scriptis libris leguntur vel propter aliam causam hanc curam requirebant indicata sunt.

BEDAE PRESBYTERI LIBER DE ARTE METRICA

I De littera. II De syllaba. III De communibus syllabis. IIII De primis syllabis. V De mediis syllabis. VI De ultimis syllabis nominum pronominum participiorum. VII De *ultimis syllabis* verborum et adverbiorum. VIII De *ultimis syllabis* coniunctionum praepositionum interiectionum. VIIII De pedibus. X De metro dactylico hexametro vel pentametro. XI Quae sit optima carminis forma. XII De scansionibus sive caesuris versus heroici. XIII De synalipha. XIIII De episynalipha vel diaeresi. XV Quod et auctoritas saepe et necessitas metricorum decreta violet. XVI Vt prisci poetae quaedam aliter quam moderni posuerint. XVII De metro phalaecio. XVIII De metro sapphico. XVIIII De metro tetrametro catalectico. XX De metro iambico hexametro. XXI De metro iambico tetrametro. XXII De metro anacreontio. XXIII De metro trochaico tetrametro. XXIIII De rhythmo. XXV Quod tria sint genera poematos.

DE LITTERA

p. 2349 P.

Qui notitiam metricae artis habere desiderat, primo necesse est distantiam litterarum syllabarumque sedulus discat. sunt autem latinae litterae omnes XXI, e quibus quinque vocales appellantur, a e i o u, ceterae omnes consonantes. at de isdem consonantibus septem dicuntur semivocales, f l m n r s x, ceterae novem mutae, b c d g h k p q t. y autem sextam

F codex Frisingensis 199, nunc Monacensis 6399
L codex Leidensis bibliothecae publicae 122
P codex Parisinus Sangermanensis 1180
flp codicum FLP manus secunda
ς *lectio vulgata ex editione Parrhasii a. 1504*

4 VII De uerborum et (et *om. L*) aduerbiorum VIII De coniunctionum praepositionum interiectionum *FL* VII De uerb. et aduerb. VIII De coniunc. p̄pos. interiect. *P* 8 de synaliphi *F* de synalyphis *L* 10 falleutio *F* falleucio *L* falleuco *P* 13 anacreuntio *FLP* de rythimo *F* 14 sint *FP* sunt *L* poematis EXPLICIUNT CAPITULA INCIPIT LIBER DE ARTE GRAMMATICA DE LITTERA *F* poematos BEDA GUTBERTO LEUITE SALUTEM DE LITTERA *L* Bedae Sacerdotis de metrica ratione liber unicus ς 17 sedulo ς 19 at de] et de *P*

vocalem et z septimam decimam consonantem propter graeca verba, quibus consuete utuntur, adsumpsere Latini. neque enim aliter typum vel zelum vel cetera huius modi quo modo scriberent habebant. qui etiam post perceptionem dominicae fidei H et X et P et Ω graecas litteras, etsi non in alphabeti ordinem recipiunt, divinis tamen paginis inditas continent, H videlicet, quae duplici apud eos scribitur figura, quo modo apud Latinos littera H, intromittentes propter auctoritatem nominis Iesu, X et P propter nomen Christi, Ω propter auctoritatem dominici sermonis 'ego sum A et Ω'. alpha etenim tantum nomine discrepat, ceterum et figura et potestate nostram A aequiparat. nam P Graecorum ab R nostra et figura distat et nomine. porro | H et Ω hoc a nostris E et O differunt, quod semper longae sunt. nostrae autem omnes vocales sunt dichronae, hoc est et brevibus syllabis habiles et longis, quo modo et illorum *α* et *ι* et *υ*. namque *ε* et o semper apud illos breves natura permanent. itaque omnes litterae quibus utimur sunt XXVII, vocales videlicet VIII et consonantes undeviginti. sed et de ipsis vocalibus i et u plerumque in consonantium potestatem transeunt, cum aut ipsae inter se geminantur, ut iumentum vinum, aut cum aliis vocalibus iunguntur, ut ianua iecur iocus, vanitas veritas volatus. u quoque non numquam sibi ipsa praeponitur, ut vultus; sed et alterum consonantis locum tenet, cum vel latine avum vel evangelium graece nominamus. mirum autem, quare dixerit Donatus eam interdum nec vocalem nec consonantem haberi, cum inter q litteram consonantem et alteram vocalem constituitur, ut quoniam quidem; nisi forte, quia tam leviter tum effertur, ut vix sentiri queat. videtur autem non esse firma ratio, qua eius sententiam exponentes Pompeius vel Sergius dicunt eam consonantem esse non posse, quia ante se habet alteram consonantem, id est q; vocalem esse non posse, quia sequitur illam vocalis, ut quare quomodo, | et ob id eam tunc non esse litteram scribunt. quid enim? numquid, quando scribimus statum, dicendum est t consonantem esse non posse, quod ante se habeat alteram consonantem, id est s? immo et cum

2 utimur *L* 4 H ET X ET P ET Ω cum a grecas *F* H et X et P cum A et Ω grecas *P* (ita et chi cum) H X et P et Ω et A grecas *L* 7 Iesu] ihū *FL* nam ς*P* 8 Ω propter *F* AΩ propter *L* A et Ω propter ς*P* 10 nostram A *F* nostrum A *LP* nostra *FL* nostro *P* 14 naturaliter ς*P* 16 sed de *P* 17 geminatur *F* 18 iecur] iecor *F* 20 avum] aurum *FLP* 21 dixit *P* Donatus] *p. 367, 16* 22 nec vocalem] neccalem *F* 24 tum] tunc *L* 25 qua eius *F* quà eiùs *P* quam eius *L* quia eius ς pompeius uel sergius *P* ponpeius uel sergius *L* pompeius uel sereius *F: Pomp. p. 103, 26 Serg. de litt. p. 476, 8 in Don. p. 421, 33* 26 habeat *L* 27 ut quare ut quomodo *P* 29 statum *Flp* statim *L* fatum *P* astum ς 30 id est s (uocalem et esse non posse quia illam uocalis sequitur *in marg. add. l*) immo et cum dicimus *L* id est s immo (et uocalem esse non posse quia illam uocalis sequitur *add.* ς *et in marg. p*) et cum dicimus *P*ς

p. 2351. 52 P.

dicimus stratum, r esse litteram fatendum est, cum et vocalis sequatur et duae praecedant consonantes, t quoque nihilo minus consonantem, cum eam et praecedat alia consonans et sequatur. i autem hoc habet proprium inter vocales, ut, quotiens locum tenens consonantis alteram ante se in eadem parte orationis habet vocalem, hanc, etsi natura brevis erat, semper positione faciat longam, ut maius peiurium: unde et duplex appellatur. x quoque littera consonans eiusdem potestatis gratia duplex nuncupatur, ut axis. sunt et liquentes litterae quattuor, l m n r, quae diverso quidem modo, sed certa ratione plerumque in metro solitam consonantibus vim amittere, non numquam breves natura syllabas inveniuntur reddere longas.

DE SYLLABA

Syllaba est comprehensio litterarum vel unius vocalis enuntiatio temporum capax, quia omnis syllaba aut brevis est et tempus recipit unum, quod atomum metrici vocant, ut pater, aut longa est et duo recipit tempora, ut mater. hic enim ma, cum dicitur mater, longitudine sui circumflexus tantum temporis bis occupat, quantum pa semel, cum acute dicitur pater. sunt igitur longae syllabae, sunt breves, sunt communes. sed longae duobus modis fiunt, natura et positione. natura quidem bifarie, aut productione videlicet singularum vocalium, ut navis sedes finis omen unus, aut duarum coniunctione, quod diphthongon vocant, ut aevum poena Augustus Eurus ei, ut Arator

ei mihi iam video subitis lapsura ruinis
condita fana diu, templi quoque nobilis aedem;

vel cum dicimus Tydeus Tydei, ubi e et i non separamus, sed coniunctim proferimus, ne quintam potius quam secundam | declinationem significet. et hoc graeca nomina sortiuntur; in latinis non invenitur haec diphthongus. positione autem longae fiunt syllabae modis sex: cum correpta vocalis aut in duas desinit consonantes, ut ast; aut in unam duplicem, ut dux; aut desinit in unam consonantem et excipitur ab altera, ut arca; aut excipitur ab x duplici consonante, ut axis; aut ab i loco consonantis posita, ut Troia, quae positio non numquam in metris in tres dividitur syllabas, ut est illud,

---

1 r non esse *L* sequitur *corr.* sequatur *F* 2 t quoque nihil ominus consonantem cum eam et praecedat alia consonans et sequatur *L* t consonantem cum eam et praedat alia consonans et sequatur *F* s.t. consonantem cum eam praecedat alia consonans et sequatur *P* s et t (*reliquis omissis*) ς 5 semper ca positione *F* semper eam positione *LP* 7 gratia *om. L*, *add. l* 9 consonantibus *FL* consonantium *Pl* 10 amittere nonnumquam *FL* amittere solent (et *add. P*) nonnumquam *Plς* 14 atomum *Pfς* atonum *FL* 18 fiunt *L* sunt *FP* bifarie *LP* bifariae *F* bifariam ς 20 poene *F* 21 aratur *F* 23 diu] dium *F* 24 coniunctum *corr.* -im *F* 27 fiunt *FL* sunt ς *P* 28 aut unam duplicem *L* 30 duplici] dupli *F*

p. 2352. 53 P.

arma virum tabulaeque et Troia gaza per undas;

aut desinit in consonantem et excipitur ab i vel u positis in loco consonantium, ut advena adiumenta. breves vero sunt syllabae quae horum nihil habuerint. quod vero quidam inter longas syllabas adnumerandum autumant, cum correpta vocalis excipitur a duplici littera z, ut Mezentius, aut a duabus consonantibus, ut agri [vel acres], falluntur. nam et z, quotiens in eadem parte orationis brevem sequitur vocalem, potest eam producere, si sic poeta voluerit, ut gaza; cum vero parte aliqua orationis in brevem vocalem terminata sequens sermo a littera z incipit, nullam producendi habet potestatem, unde est 'nemorosa Zacynthos': et r littera liquens eodem modo, sicut et l, cum in medio sermone brevem sequitur vocalem praecedente qualibet consonante, potest hanc licentia poetica facere longam; cum vero utralibet liquida sequens consonantem in capite fuerit sermonis, non potest longam facere vocalem quae in fine verbi praecedentis naturaliter brevis extiterat. sunt item syllabae quae utroque modo, et natura videlicet et positione, longae sunt, ut dens gens mens mons frons.

DE COMMVNIBVS SYLLABIS

Communes autem syllabae modis fiunt novem, quibus aut naturaliter longae poetica licentia in breves aut naturaliter breves transferuntur in longas. brevis quippe transfertur in longam, cum | correpta vocalis in eodem verbo a duabus excipitur consonantibus, quarum posterior est liquida: est enim brevis natura in hoc, 'mens tenebris obscura suis'; est longa positione in hoc, 'mortisque tenebras.' in quo Sergius modo iniusto utitur exemplo, 'neve flagella': flagellum enim in capite verbi habet liquidam litteram consonanti subiectam, quae positio numquam brevem natura syllabam verbi praecedentis potest facere longam. item natura brevis syllaba ad votum poetarum transferri potest in longam, cum correpta vocalis in consonantem desinit et excipitur ab h littera: est enim natura brevis in hoc,

porcinum tenuere gregem, niger, hispidus, horrens;

est voluntate poetae longa in hoc,

vir humilis maesto deiectus lumine terram,

---

1 arma] *Verg. Aen. I 119* 3 adiumenta *FP* adiumentum *L* 6 ut agri uel acres *FP* ut acri uel acres *L: cf. Mall. Theod. p. 587, 10* 6 nam z *L* 10 unde est et nemorosa *L: Verg. Aen. III 270* 15 sunt item *FP* sunt autem *L* 16 uidelicet *FP* scilicet *L* 17 mons fons frons ς 20 poetica *L* poetali *FP* 23 obscura *FP* operta *L* 24 sergius *LP* seregius *F: Serg. de syll. p. 478, 29* 25 neue flagella ς*P:* neue flagello *FL: Verg. georg. II 299* 29 enim *om. F* 30 breues *F*

p. 2353. 54 P.

et item

mors fera per hominem miserum sibi subdidit orbem.

ubi item quidam grammaticorum dubium ponunt exemplum, 'terga fatigamus hasta'. nam etsi non h sequeretur, mus tamen esse posset longa poetica licentia, quia plenis pedibus superfuit, sicut hoc quod item ponunt,

omnia vincit amor, et nos cedamus amori,

ubi mor ideo potuit produci, quia post emensos pedes integros partem terminat orationis, tametsi vocalis sequatur. tertius modus est syllabae communis, cum verbum aliquod in vocalem desinens correptam excipitur a duabus consonantibus, quarum prior sit s: est enim natura brevis in hoc Fortunati,

ordinibus variis alba smaragdus inest;

est positione longa in hoc Sedulii,

adveniat regnum iam iamque scilicet illud.

cum vero s in capite verbi fuerit consonanti alii subiecta, nequaquam potest ultimam verbi prioris syllabam producere, quae in brevem desierat vocalem, ut Sedulius

stare choro et placidis caelestia psallere verbis,

et Fortunatus

vocibus alternis divina poemata psallunt;

falsoque definit Pompeius s non posse liquescere, nisi ipsa antecedat, ut 'ponite spes sibi quisque'. hanc Virgilius et in medio verbo alteri consonanti praepositam, ubi commodum duxit, liquentium | more transiliit,

hortatur Mnestheus nunc nunc insurgite remis;

nisi forte hunc versum ita scandendum putamus, ut sit horta spondeus, tur mne spondeus, stheus nunc spondeus, coniunctis scilicet vocalibus, quod diphthongon vocant. unde bene Donatus, cum de liquentibus loqueretur litteris, dixit specialiter de hac 'et s littera suae cuiusdam potestatis est, quae in metris plerumque vim consonantis amittit'. est enim modus quartus syllabae communis, cum post pedem quemlibet una syllaba brevis remanserit de verbo, quae vel in vocalem desinens excipiatur a consonante verbi sequentis vel in consonantem desinens excipiatur a littera vocali: est enim natura brevis in hoc,

cuius onus leve est, cuius iuga ferre suave est;

---

3 exemplum ponunt *P* terga] *Verg. Aen. VIIII 610: cf. Serv. in Don. p. 424, 15* 6 omnia] *Verg. bucol. 10, 69* 7 integros pedes *L* 16 desierat *LPf* deserat *F* desinerit ς 19 furtunatus *F* 21 definit *P* di..nit *F* diffiniuit *f* definiuit *L* propeius *F corr.* pompeius *f*: *Pomp. p. 117, 23* ipsa *LPf* ipsi *F* 22 ponite] *Verg. Aen. XI 309* 23 transiliit ut est hortatur ς*P*: *Verg. Aen. V 189* 24 nunc *semel scriptum habet F, bis LPf* 25 ut sit *LPf* ut *F* 27 Donatus] *p. 368, 2* 29 *fortasse* est item modus quartus in hoc 30 quartus syllabae *P*

p. 2354. 55 P.

est longa permissu poetico in hoc,

frondea ficus erat cuius in robore nullum,

quod genus syllabae inter longas vel omnino refugiendum vel parcissime usurpandum est. unde et in recentioribus poetis non facile eius invenies exemplum, quamvis et apud Virgilium non rarissimum, apud Homerum vero frequentissimum reperiatur. item modus est quintus, cum pars orationis desinit in diphthongon sequente statim altera vocali: est enim per naturam longa in hoc, 'Musae Aonides'; est per licentiam brevis in hoc, 'insulae Ionio in magno', quod posteriores poetae magis in una parte orationis fieri voluerunt. unde nec huius exemplum facile in nostratibus poematibus invenies. at cum diphthongus a vocali alterius verbi excipitur, tum hanc per synalipham transiliendam esse dicebant, ut Prosper in praefatione epigrammatum

nec nostrae hoc opis est, sed ab illo sumitur hic ros,
qui siccam rupem fundere iussit aquas.

sextus modus est, ut Donatus ait, cum producta vocalis est vocali altera consequente: est enim longa in hoc,

o utinam in thalamos invisi Caesaris issem;

brevis in hoc,

te Corydon, o Alexi, trahit sua quemque voluptas.

quod moderni versificatores in eadem potius parte orationis facere consuerunt, ut 'Eoi venere magi' et

splendidus auctoris de vertice fulget Eous.

et rursus longa est per naturam ita,

angelus intactae cecinit properata Mariae,

brevis per licentiam ita,

exultat Mariae cum prima adfamina sensit.

at cum longa vocalis vel etiam brevis, quae partem terminat orationis, excipitur a vocali, alterius verbi priorem per synalipham absumunt, ut Prosper

nam si te virtute tua ad caelestia credas
scandere, de superis pulsus in ima cadis;

quamvis et Arator imitatus veteres dixerit

o utinam nostris voluisses fida iuventus

3 Quod genus — 6 reperiatur *Mall. Theod. 587, 14*

1 permissu (permisso *F corr.* -su *f*) poetico in hoc *LF* in hoc permisso poetico *P* 6 reperiatur quintus modus est *L* 8 Musae] *cf.* [*Max. Vict.*] *de final. p. 230, 18* 9 insulae] *Verg. Aen. III 211* 10 unde nec huius exemplum facile (facile *om. P, add. p*) *FP* unde huius exemplum non facile *L* 11 at cum *F* ut cum *L* aut cum *P* 16 Donatus] *p. 369, 11* 18 o utinam] *Lucan. Pharsal. VIII 88: cf. Serg. de syll. p. 479, 19* 20 te Corydon] *Verg. bucol. 2, 65* 22 eoi *FL* eoo ς*P* 23 fulgit *F* 27 exultant *L* 29 absumit *L*

p. 2355. 56 P.

consiliis parere prius, ne litora Cretae
linqueres insani rabiem passura profundi.

septimus modus est, cum pronomen c littera terminatum vocalis statim sequitur: est enim longa in hoc,

non quia qui summus pater est, et filius hic est,
sed quia quod summus pater est, et filius hoc est;

brevis in hoc,

hic vir, hic est, tibi quem promitti saepius audis.

sed et adverbium c littera terminatum communem syllabam facit: est enim longa in hoc Paulini,

donec adspirante deo conatibus aegris;

brevis in hoc Prosperi,

ut morbo obsessis praestanda est cura medendi,
donec in aegroto corpore vita manet.

octavus modus est, cum correptam vocalem in eadem parte orationis sequitur z consonans graeca duplex: est enim longa in hoc Iuvenci,

difficile est terris adfixos divite gaza;

est brevis in hoc eiusdem,

et gaza distabat rerum possessio fulgens.

nonus modus est, quo omnis syllaba novissima versus in quocumque metro adiaforos, id est indifferens, est et ad voluntatem poetarum vel correpta producitur vel corripitur producta, quod frequentius est quam ut exemplis indigeat.

Sciendum est autem quod x litera duplex numquam facit communem syllabam, sed cum in eodem verbo sequitur vocalem, semper eam habet longam aut natura, ut pax lex lux rex vox, aut positione, ut fax nex nix nox nux et exul exitus exitium. cum vero in primordio fuerit verbi, non potest producere finem prioris verbi quod in brevem desierat vocalem, ut

pontibus instratis conduxit litora Xerxes.

n quoque littera pari ratione, ni fallor, cum in medio verbo consonanti alteri fuerit subiecta, praecedentem syllabam sive | natura seu positione semper longam habet, ut regna calumnia. cum vero in primordio verbi fuerit alii subiecta consonanti, ut Gnaeus gnarus, profecto ultimam syllabam verbi prioris, si in brevem desierat vocalem, brevem hanc, ut fuerat,

---

1 consiliis parere *LPf* consilii sperare *F* 2 insani *FP* insanam *L* 7 brevis in hoc *om. L* 8 hic vir] *Verg. Aen. VI 792* 16 iuuencii *L* 20 in quocumque metro adiaforos est id est indifferens est *F* indifferens est in quocumque metro quae graece adiaforos dicitur *L* 21 poetae *L* 22 quam exemplis *L* 26 nox nux et exul *FP* nux nox exul *L* 27 finem *FP*ς ultimam syllabam *L* desierat *LP* desiderat *F* desierit ς 28 pontibus] *Terentian. 1160: cf. Serg. de syll. p. 479, 29* instratis *FP* in.ratis *una littera deleta L* instructis ς xerses *L* 29 in medio uerbo *FP* in medio uerbi *Lf* 33 desierat *FLP* desierit *p*ς hanc et ut fuerat *F*

p. 2356. 57 P.

remanere permittit neque ullam producendi habet potestatem Prospero teste, qui ait

nec tamen hos toto depellit foedere gnaros,
naturam errantum dividere avitus.

unde et inter liquidas adnumeratur, tametsi non ita ut l et r, quae communes syllabas facere solent.

DE PRIMIS SYLLABIS

Haec de differentia syllabarum paucis dicta sunt, quas etiam exemplis ipse plurimum discernere potest, qui scansionem versus heroici discere curavit. sed qui necdum ad hoc pervenit, hunc interim hortamur syllabas omnium partium orationis ex principio versuum heroicorum diligentius scrutetur. omnis enim versus hexameter, qui sex pedibus, et pentameter, qui quinque pedibus constat, primam habet syllabam longam, quia vel a spondeo vel a dactylo incipit, quorum prior pes duabus longis syllabis consistit, ut dicens, secundus longa et duabus brevibus, ut dicimus. et ideo cum codicem hexametri vel elegiaci carminis adsumis in manus, quamcumque paginam aperiens inspexeris, quemcumque versum aperiens legeris, absque ulla dubietate primam syllabam aut natura aut positione longam invenies, quia nimirum sive spondei seu dactyli constat esse principium.

Item prima saepe syllaba ex compositione figurae deprehenditur, ut si nescias qualis sit pius, ex compositione, quae est impius, qualis sit pius cognoscitur, licet in aliquantis hoc fallat. nam cum dicimus nubere, nu longa est; item cum dicimus innuba aut pronuba, fit brevis nu in compositione: item lux lucis lu longa est, lucerna brevis est: item homo brevis est ubique, humanus longa: 'itur in antiquam silvam', i longa; 'superumque ad lumen ituras', i brevis. sed hoc inveniri raro contingit. verum si quaelibet pars orationis praepositionibus componatur, primas syllabas ex his cognoscimus: nam talis | manebit fere omnis composita syllaba, qualis et ipsa praepositio fuerit, ut deceptus abundans, de videlicet longa et ab brevis. item ex ipsis praepositionibus ad et ob *et* in et

3 nec tamen hos toto depellit foedere gnaros ς *P* nec t'm' hos toto depellit federe gnarus *F* nectimus hos toto depellit corpore gnarus *L* 4 errantum *Lp* errantium *P* errantium *corr.* -tum *F* auicus *L* 5 annumeratur tametsi (*superscripto* quamuis *l*) *L* anumeratur tamsi *F* adnumerantur (*corr.* -atur *p*) tamen etsi *P* 8 sunt *LP, om. F,* sint *f* quas suis etiam *L* 10 curauit *FL* curabit *corr.* curauerit *P* curabit ς sed et qui ς *P* 13 syllabam longam habet *L* quia uel *Lf* qui uel *F* quae uel ς *P* 15 consistit *FP* constat *L* 16 quamcumque paginam apariens insperis quae (*corr.* inspexeris quē *f*) cumque uersus apariens legeris *F* 17 uersum arripiens ς *P* 19 quia *LPf* qui *F* siue dactili seu spondei *L* 21 qualis sit pius *posteriore loco om. L* 24 lu longa est *P* longa est lu *L:* lu *om. F* 25 itur] *Verg. Aen. VI 179* 26 superumque] *Verg. Aen. VI 680* iturus *L* inuenire *F* 27 qualibet *F* 30 ob in *FLP*

p. 2357. 58 P.

sub diverse in verbis ponuntur: nam corripiuntur, cum crescendo disyllaba reddunt, ut adit obit init subit; indifferenter sunt, cum trisyllaba faciunt, ut adicit obicit inicit subicit; producuntur tantum, cum tetrasyllaba ex se reddunt, ut adicio obicio inicio subicio. item producuntur quae per prae et per quae in primis syllabis scribuntur; breviantur vero pretium precor premo prehendo et queror, hoc est querelam depono, et quae ex his per derivationem vel declinationem vel compositionem fieri possunt et que coniunctio. item contra breviantur ex isdem praepositionibus in compositione, ut dehinc profectus professus profusus profatus proavus pronepos et cetera.

Sunt item aliquanta verba quae primas syllabas temporum ratione permutant, quae subter collecta in omni praeterito perfecto vel in omni praeterito plusquamperfecto vel in uno futuro modi tantum coniunctivi producuntur, in ceteris autem modis et temporibus breviantur, ut sunt haec, lego legi cum legero, faveo favi cum favero, venio veni cum venero, fugio fugi cum fugero, facio feci cum fecero, sedeo sedi cum sedero, fodio fodi cum fodero, video vidi cum videro, voveo vovi cum vovero, foveo fovi cum fovero, iuvo iuvi cum iuvero, ago egi cum egero, emo emi cum emero, lavo lavi cum lavero, odio odi cum odero, sero sevi cum severo, sino sivi cum sivero, [cavo cevi cum cevero] caveo cavi cum cavero. item contra inveniuntur quae in praesenti tempore producta sunt et in praeterito breviantur, ut sunt haec, pono posui, cogo coegi, do dedi, sto steti. item omnia verba quae in praeteritis ante crescunt in primis syllabis breviantur, ut pendo pependi, tondeo totondi, posco poposci, curro cucurri, tendo tetendi, pello pepuli.

Item in verbis quae eisdem litteris scribuntur notandum quod liber, si librum significat aut corticem, brevem habet li, si liberum, longam. pila, si vas significat, longam habet pi, si sphaeram, brevem. securus longam se, securis brevem. domus | brevem do, doma, id est tectum, longam.

---

1 diuersae *FL* disyllaba (uerba *add. l*) reddunt *L* disyllabam (ex se *add. p*) reddunt *FP* disyllabum ex se reddunt ς 2 indifferentes sunt ς trisyllaba *L et in marg.* sl' uerba *l* trisyllabam *FP* trisyllabum ς 3 ut adicit — reddunt *om. P, add. p* tetrasyllaba *L* tetrasyllabam *Fp* tetrasyllabum ς 5 praetium praecor *F* 6 et *om. F, add. LP* quaerelam *F* 9 profatus] profestus *Patschius* 11 vel in omni praeterito plusquamperfecto *om. F, add. f* 12 coniunctatiui *P, corr.* coniunctiui *F* 13 autem *om. P* 14 favero] pauco paui cum pauero *al. man. add. P* 15 cum sedero foueo foui cum fouero uideo uidi cum uidero uoueo uoui cum uouero fodio fodi cum fodero iuuo *P* fodio] fodeo *F* 16 uoueo uoui cum fouero iuuo *F* foveo fovi cum fovero *om. L, add. l* 18 labo laui cum labero odio odi cum odero *F* odio odi cum odero lauo laui cum lauero *L* sero] seuo *F* 19 sivi] sini *F* cauo ceui ce cum uero caueo caui cum cauero *F* caueo ceui cum ceuero (decipio inde cauillator *superscr. l*) caueo caui cum cauero *L* caueo caui cum cauero *P* 21 breuiatur ut pro haec *F* 23 pendeo pependi tondo *F* 27 speram *FL* longam habet se *L*

p. 2358. 59 P.

plaga cum clima significat, brevis est pla, cum vindictam, longa. palus paludis, brevis est pa, palus pali longa. populus cum vulgus significat, brevis est po, cum arborem, longa. nitens a nitore, brevis ni, nitens a nisu longa. item educo educis, longa du, educo educas, id est nutrio, brevis. concido decido incido occido, si ad casum pertinent, correptam habent ci, si ad concisionem, productam. colo colis, brevis co, colo colas producta. placo placas producta pla, placeo places correpta. pareo pares, id est appareo sive obtempero, producta pa; paro paras, id est praeparo, et pario paris correpta. parentes, cum apparentes significat, producta pa; cum genitores, correpta, sicut et parientes. idem, si neutri generis est, corripitur, si masculini, producitur in utroque numero. levitas, si instabilitatem mentis designat aut pusillitatem ponderis, brevis est le; si lenitatem tactus, unde ligna in aedificio levigata dicuntur, longa est le.

DE MEDIIS SYLLABIS

Medias syllabas tribus modis cognoscimus, positione et diphthongis et accentu. sed de positione et diphthongis supra tractavimus. accentus autem quasi adcantus dictus, quod ad cantilenam vocis nos faciat cognoscere syllabas. qui vocis accentus duo sunt ad ea quae tractamus necessarii, correptus et productus. correptus est, quotiens sine ulla mora vocis medias syllabas enuntiamus, ut moenia tabula. productus est, quotiens medias syllabas cum aliqua mora vocis exprimimus, ut fortûna natûra. sciendum est tamen quia illa quae in verbis i correpta proferuntur, cum in medium venerint et ipsam i in e mutaverint, ut legis lege legere, ubique breviantur, excepto cum a tribus excipiuntur consonantibus b et m et t, ut legèbam legèmus legêtur. cetera melius accentibus colliguntur. qui accentus in trisyllabis et tetrasyllabis et deinceps ita considerandus est, ut si quaeratur ‘amicissimorum’ quibus syllabis constet, ediscimus primam brevem exemplo, | ut ‘nimium dilexit amicum’; secundam longam accentu invenimus; tertiam longam positione; quartam brevem accentu, quia, cum dicimus ‘amicissimus’, paenultimam cum brevi accentu invenimus; quintam accentu longam. ultima vero qualis sit, per singulas partes orationis monstrabimus in ratione subiecta.

14 DE MÈDIIS SYLLABIS *Serv. de final. 451, 9*

4 enutrio ς*P* 6 habet ci *L* colas productam *F* 12 designat *FL* significat *P* 13 aedificio *LPf* aedificatio *F* 15 positione diptongis accentu *L* 17 *post* autem *add.* est *l* faciat *corr.* facit *LP* 19 est *post* correptus *om. F* 22 ille *F corr.* illa *f* cum medium *F* 25 cetera autem melius *L* 26 in trisyllabas et tetrasyllabas *F* considerandus est ς*P Servius*, consideran | est *F* considerandi sunt *L* 27 constet] & stet *F* ediscimus] et dicimus *vulgo apud Servium* 28 nimium] *Verg. Aen. VIIII 430* secundam cum longo accentu ς 31 ultima *L Servius*, ultimā *FP* 32 monstrabunt rationes subiectae *Servius*

p. 2359. 60 P.

DE VLTIMIS SYLLABIS NOMINVM PRONOMINVM ET PARTICIPIORVM

Nominativus singularis has habet breves, a, ut citharista vinea toreuma, e, ut sedile, o, ut ordo virgo, u, ut cornu, el, ut mel, il, ut vigil, ul, ut consul, m, ut tectum, en, ut carmen, us, ut iustus cursus cedrus nemus, ir, ut vir, or, ut doctor, t, ut caput; has item longas, i, ut frugi, il uno etrusco, ut Tanaquil, ol, ut sol, as, ut facultas, c, ut allec. item haec sunt quae in monosyllabis producuntur, in disyllabis autem et trisyllabis vel in ceteris polysyllabis corripiuntur, ar, ut far Nar Caesar, er, ut ver pater, ur, ut fur murmur, is, ut vis glis lis fortis, al, ut sal Hannibal. item torcular et pulvinar producta, quia quibusdam placuit hoc torculare dici, non torcular, et hoc pulvinare, non pulvĩnar. es terminatus, si quintae fuerit declinationis, producitur, ut dies; si tertiae, tunc longa est, cum genetivus singularis non crescit, ut labes caedes tabes pubes clades fames vulpes claves aedes sedes strages Hercules proles nubes, quamvis quidam nubs nominativum enuntiare maluerint; vel cum crescens e productam antenovissimam syllabam habuerit, ut merces quies, mercedis quietis; vel cum monosyllaba fuerint nomina aut de monosyllabis ducta, ut pes bipes sonipes. ubi notandum quod pes, sicut et sal et par, cum monosyllabum est, longum est; at cum per alios casus declinari coeperit, primam syllabam corripit. item Ceres paries aries abies nominativo et vocativo casu es producunt; at in ceteris casibus e corripiunt. breviatur vero es, si aut e in i mutaverit in genetivo crescente, ut miles militis, aut brevem habuerit, ut seges segetis. os monosyllabum, | si ora significat, producitur; si ossa, breviatur. quae tamen os syllaba, cum in disyllabis vel in trisyllabis venerit et media syllaba genetivi producta natura permanserit, tunc longa erit, ut nepos nepotis; si vero correpta, breviatur, ut compos compotis. us, cum in genetivo crescente longa permanserit, producitur, ut virtus virtutis, tellus telluris, excepto uno palus, quod in

1 DE VLTIMIS SYLLABIS *Serv. de final. 451, 27* 11 torcular *Charis. 26, 17. exc. Char. 541, 4*

5 ut tectum] utecum *F* 7 il (uno *add. l*) etrusco tanaquil *L* 10 lis *om. L, add. l* 13 quintae fuerit declinationis *Lf* quintae declinationis fuerit *P* quintae fuerit terminatus *F* 14 labes caedes tabes *FL* labes tabes caedes *P* pubes *LP* pudes *F* puppes ≤ 15 claves *om.* ≤*P, add. FL* strages] stages, *ut videtur, corr.* frages *F* 16 enuntĩari *P* maluerint *L* maluerunt *FPl* 19 sal et *om. F, add. f* cum monosyllabum est *L* cum monosyllaba est *P* commone (*corr.* cummono) syllaba est *F* 20 longa est *FLP* at cum *LP* aut cum *F* 21 paries aries *FL* aries paries *P* 22 casu es producunt *L* casum es producunt *F* casu producunt *P* casu producuntur ≤ 24 monosyllabam *L* monosyllaba *FP* 27 tunc *FL* tum *P* correpta erit ≤*P* 28 crescente u longa ≤*P* 29 excepta *F*

p. 2360. 61 P.

genetivo dis terminatur, palus paludis: unde est 'sterilisque diu palus aptaque remis'. si vero in genetivo crescente correpta [quia mutata] permanserit aut non creverit, breviatur, ut pectus pectoris, vulgus vulgi. genetivus dativus et ablativus producuntur. sed genetivus, cum tertiae fuerit declinationis, cum ablativo suo e tantum littera terminato breviatur, ut a fonte fontis; excepto uno quod producitur, ab hac fame, quia veteres huius famei, non huius famis, et huic famei, non huic fami declinabant. ubi notandum quod nomina quintae declinationis, quae in ei litteras genetivo et dativo casu terminantur, et has divisas et utramque longam habent, ut faciei diei fidei. accusativus brevis est semper, vocativus similiter, excepto cum i terminatur, ut Laurenti: ubi notandum quod nomina quae in ius terminantur in genetivo casu duplici i efferuntur, in vocativo simplici, in utroque longa, ut filius filii, o fili; vel certe vocativum in e correptam terminant, ut impius impie. qui etiam vocativus, dum similis nominativo fuerit, regulam nominativi sequitur, ut haec paupertas et o paupertas. nominativus accusativus et vocativus pluralis in masculino et feminino genere producuntur, corripiuntur in neutro. ambo et duo, si neutra sunt, corripiuntur; si masculina, producuntur. genetivus in omnibus brevis est. dativus et ablativus, si is terminantur, longi sunt, ut doctis; si bus, breviantur, ut rebus.

Hac regula omnia nomina pronomina participia continentur. sed pronominis declinatio in hoc tantum differt, quod in monosyllabis, quae vocalibus terminantur, ut me te se tu qui, aut vocalibus constant, ut o, in quolibet casu producuntur. sed genetivus, cum us finitur, breviatur, ut illius; dativus vero, sicut in nomine, semper longus est, excepto mihi tibi sibi, quae indifferenter poni possunt. sic reliqui quoque casus regulam sumunt ex nomine.

In graecis vero nominativus singularis has habet breves, a, ut ecclesia baptisma; as, cum genetivus dos habuerit, ut Arcas Arcados, Pallas Pallados; os, cum in genetivo diphthongon habuerit, ut Delos Deloy: longas vero has, e, ut schole synagoge, quae latina consuetudo in a terminat; o, ut Dido, an, ut Titan, en, ut lien Siren, in, ut delphin, on, ut Memnon,

---

1 unde est sterilisque L unde est haec sterelisque FP unde est hoc sterilisque ς. *fortasse* unde est et sterilisque. *Hor. a. p. 65* 2 correpta quia mutata permanserit FP non permanserit L. si vero in genetivo crescente correpta u permanserit aut mutata fuerit aut non creverit *edidi apud Servium p. 453, 1. Beda corruptam scripturam e codice Servii repetivisse videtur, quae deinde in L correcta est* 3 breuiatur FP corripitur L 7 non huic fami *om. F, add. f* 10 ut faciei diei exceptis tribus fidei rei spei ς. al. exceptis tribus fidei spei rei *in marg. l* uocatiuus similiter Lf uocatiuus semper similiter P: similiter *om. F* 13 in utroque longa FP in utroque longam habent Lf 14 terminat F 26 possunt] potest F 30 delos delei FLP Delo Delov ς 32 siren Lf sirien FP

p. 2361. 62 P.

er, ut aer aether, as, ut Aeneas, es, ut Anchises. genetivus breviatur, cum dos vel tos habuerit in fine, ut Arcados poematos; dativus, cum i, ut Palladi; accusativus, cum a vel on, ut Thesea Delon; alias longus est. vocativus, cum a terminatur, in masculinis tantum longus est, ut Aenea: nam in femininis corripitur, ut cathedra: e terminatus producitur, ut schole synagoge pentecoste parasceue, exceptis his quorum nominativus os terminatur, ut Petros Petre: i terminatus corripitur, ut Alexi: o finitus producitur, ut Dido. nominativus et vocativus pluralis, cum a vel es terminantur, breves sunt, ut rhetores charismata; alias longi sunt, ut ecclesiae. genetivus longus est, si tamen graece fuerit declinatus, ut laon cedron, id est populorum cedrorum. dativus in terminatus corripitur, ut Arcasin; alias longus est, ut lais, id est populis. accusativus, si as fuerit terminatus et a genetivo singulari venerit os finito, corripitur, ut Arcados Arcadas; alias productione laetatur, ut ecclesias.

DE VLTIMIS SYLLABIS VERBORVM ET ADVERBIORVM

In verbis primae coniugationis producuntur a et as, ut ama amas; in secundae e et es, ut sede sedes; in tertiae productae i et is, ut nutri nutris; in tertiae correptae breviantur e et is, ut cerne cernis. in omnibus o corripitur, ut amo sedeo | cerno nutrio, tametsi auctoritas variet. eadem in infinitivo modo paenultima syllaba a et e et i productas habent, ut amare sedere nutrire; item e correptam, ut cernere, similiter in aliis modis productis eisdem vocalibus amarem amares amaret et cetera ad suam formam; e correpta in verbis tertiae coniugationis correptae, ut cernerem cerneres cerneret et cetera. item es corripitur, ut sum es et cetera quae ex his componi possunt, ut adsum ades, possum potes. item faxis velis adsis longa sunt, quia pluralis numerus ea producit, cum dicimus producta media adsitis velitis faxitis. omnes in verbis novissimae syllabae quae sunt huius modi, ut res et ses, longae sunt, quia producit eas numerus pluralis, ut amares amaretis, amasses amassetis. item producenda sunt quae in c terminantur, ut fac dic duc induc, aut in i, ut amavi amari, aut in u, ut amatu. corripiuntur autem quae in m, ut amem, vel in r, ut

15 DE VLTIMIS SYLLABIS VERBORVM *etc. Serv. de final. 454, 3* [*Max. Victor.*] *de final. 236, 15*

5 cathedra ≤ *P* cathera *F* chatena *L* 7 us (*corr.* os *p*) terminatur ut petrus (*corr.* -os *p*) *P* 8 terminantur *F* terminatur *LP* 9 breues sunt *L* breuia sunt *FP* carismata *F* karismata *L* 12 lais] lays *P* id est *om. FP, add. L* 13 finito] finitur *corr.* -tu *F* 15 VLTIMIS SYLLABIS *om. FP, add. L* 19 cerno nutrio *FP* nutrio cerno *L* 20 penultima syllaba *FP* penultimas syllabas *L* 23 e correptā *L* 24 cerneret *om. FP, add. L* et cetera quae *FP* et quae *L* 27 uelitis faxitis *FP* faxitis uelitis *L* 28 longa sunt *F* 31 in m (em *F*) ut amem uel in r (er *corr.* r *P*) ut amer *FP* in em aut er ut amem amer *L*

p. 2362. 63 P.

amer, vel in us, ut amamus, vel in t, ut amat, vel in re, ut amare, vel in tis, ut amatis.

Adverbia quae in a terminantur productione gaudent, ut una. quae vero in e, si ex nomine veniunt et comparationis gradus servant, ut docte doctius doctissime, producuntur; si autem a se nascuntur, ut saepe, aut non comparantur, ut rite, aut in comparatione deficiunt, ut bene male, breviantur. i finita, praeter quasi ibi et ubi vel quae ex ipsis fiunt, ut sicubi, producuntur, ut heri. o indifferenter accipitur, ut falso. u producitur, ut noctu. l et r breviantur, ut semel pariter, ul, ut simul, m. ut tam. n vero excepto non et en ubique breviantur, ut forsan. s breviatur, ut magis funditus, excepto cum a praecesserit, ut alias. c producitur, ut hic illic adhuc. monosyllaba producuntur, ut cur plus, exceptis bis et ter. verum ne dupliciter profertur: nam producitur, cum prohibendo dicitur, ut

scrutari ne cura procax abstrusa laboret,

vel cum ponitur pro ut non, ut idem Prosper ait

et vindicta brevis sic noxia crimina finit,
ne sine fine habeat debita poena reos;

corripitur autem, cum interrogando vel increpando ponitur, ut

tune cruente, ferox, audax, insane, rebellis.

es in numeris corripitur, ut toties quoties septies decies. |

DE VLTIMIS SYLLABIS CONIVNCTIONVM PRAEPOSITIONVM INTERIECTIONVM

Coniunctiones fere omnes corripiuntur. sed quae a vel i terminantur, excepto ita quia nisi, producuntur, ut propterea interea si etsi. quae in n desinunt, si a vel i ante eam habuerint, producuntur, ut an sin alioquin; ceterum breviantur, ut tamen. quamvis producitur. ceterae breviantur, exceptis eis quae positione sunt longae, ut ast aut.

Accusativae praepositiones solae quae in a exeunt producuntur, ut intra, et una monosyllaba cis. ablativae vero corripiuntur omnes, ut ab, exceptis monosyllabis quae aut vocalibus constant, ut a, aut vocalibus terminantur, ut de. communes praepositiones correptas esse liquet, ut in super. nec de loquelaribus praepositionibus reticendum, tametsi non in fine, sed in principio semper verborum ponantur, quae sunt am co con

---

2 in tis *F* in is *LP* 3 terminant *F* 9 l et r *LP* el et er *F* 10 non et en ubique *P* non et (an *add. f*) ubique *F* non et en et ān ubique *L* s breviantur *F* 13 nam producit *F* 15 Prosper] prosunt *F* 18 autem cum interrogando *L* aut cum interrogando *F* autem cum aut interrogando *P* uel increpando *F* 19 infane repellis *F* 20 es in numeris ut toties quoties septies decies corripitur *P* 21 VLTIMIS SYLLABIS *om. FP, add. L* 24 ita quia *FP* quia ita *L* si etsi *FP* si et ni *L* 25 habuerit *F* 28 in a exeunt *L* in a eunt *FP* 32 de loquae laboribus *F* 33 principio] printio *F*

p. 2363. 64 P.

di dis re se, quod am et dis positionem quaerunt, ut amplector disiungo, et ideo longae fiunt; co dichrona est, ut coerceo conecto; con longa, ut conicio; di longa, ut dirigo; se longa, ut secerno. re autem ubique breviatur, ut remitto, excepto cum 'refert' distat significat, ut

praeterea iam nec mutari pabula refert,

et uno verbo reicio, ut

reice, ne maculis infuscet vellera pullis.

Omnes interiectiones, si monosyllabae fuerint, producuntur, ut heu; ceterae vero exemplo similium partium orationis aestimandae sunt. item interiectiones omnes, ut Audacius ait, quia de graeco sermone mutuati sumus, ideo in novissimis syllabis fastigium capiunt, ut papae attat. eodem modo et ceterae similiter vel acutum vel circumflexum in ultimo sumunt accentum.

DE PEDIBVS

Pes est syllabarum et temporum certa | dinumeratio, dictus inde, quod hoc quasi pedali regula ad versum utimur mensurandum. sunt autem pedes disyllabi quattuor, trisyllabi octo, tetrasyllabi sedecim, singuli nominatim distincti. at qui ex his geminatis adcrescunt sine nomine generaliter syzygiae, id est coniugationes, dicuntur. unde fit omnes pedes, a disyllabis scilicet usque ad hexasyllabos, CXXIIII colligi, de quibus in Donato plenissime quisque velit inveniet. sed nos in praesenti opusculo disyllabos tantum et trisyllabos meminisse sufficiat. ergo disyllabi quattuor hi sunt, pyrrichius ex duabus brevibus temporum duum, ut amor; huic contrarius est spondeus ex duabus longis temporum quattuor, ut aestas: iambus ex brevi et longa temporum trium, ut parens; huic contrarius est trochaeus ex longa et brevi temporum trium, ut versus. trisyllabi octo hi sunt, tribrachus ex tribus brevibus temporum trium, ut macula; huic contrarius est molossus ex tribus longis temporum sex, ut Aeneas: anapaestus ex duabus brevibus et longa temporum quattuor, ut pietas; huic contrarius

14 DE PEDIBVS *Donat. 369, 16. Serg. 480, 4*

1 ut] et *F* disiungor *L* 2 longae fiunt *F* longae sunt *LP* 5 praeterea] *Verg. georg. III 548* 6 uno uerbo *L* unum uerbum *FP* 7 reice] *Verg. georg. III 389* uellere *F* 9 aestimanda *F* 10 audatius *F*: *cf. Audax in recapitulatione de accentibus p. 40* Interiectiones omnes, quia de graeco sermone mutuati sumus, ideo in novissimis syllabis fastigium capiunt, ut papae attat ehem, et ceterae similiter vel acutum vel circumflexum in ultimo sumunt quia] quae *FP* quas *L* 12 uel (cum *add. f*) acutum uel circumflexum *FP* uel cum acutum uel cum circumflexum *L* 18 at qui *F* atque *LP*, atque ex his geminatis adcrescunt sine nomine qui generaliter ς geminatis *corr.* -ti *P* 19 coniugationis *F* 20 scilicet *om. LP, add. F* 21 quis quae uelit inueniet *Lp* quisq; uellit inueniet *F* quis quae ueniet *P* 24 ex duabus longis *om. FP, add. L* 25 est *ante* trochaeus *om. F, item in reliquis pedibus*

p. 2364. 65 P.

est dactylus ex longa et duabus brevibus temporum quattuor, ut regula: amphibrachus ex brevi et longa et brevi temporum quattuor, ut harena; huic contrarius est amphimacrus ex longa et brevi et longa temporum quinque, ut impotens: bacchius ex brevi et duabus longis temporum quinque, ut poetae; huic contrarius est antibacchius ex duabus longis et brevi temporum quinque, ut natura. hos sequuntur, ut dixi, pedes tetrasyllabi XVI, pentasyllabi XXXII, hexasyllabi LXIIII. sed haec interim nostro operi, quod de arte metrica cudimus, satis esse putamus.

DE METRO DACTYLICO HEXAMETRO VEL PENTAMETRO

Metrum dactylicum hexametrum, | quod et heroicum vocatur, eo quod hoc maxime heroum, hoc est virorum fortium, facta canerent, ceteris omnibus pulchrius celsiusque est. unde opusculis tam prolixis quam succinctis, tam vilibus quam nobilibus aptum esse consuevit. constat autem ex dactylo et spondeo vel trochaeo, ita ut recipiat spondeum locis omnibus praeter quintum, dactylum praeter ultimum, trochaeum vero loco tantum ultimo; vel, ut quidam definiunt, spondeum ultimo loco semper et omnibus praeter quintum, trochaeum vero nusquam, quia, etsi ultima brevis est natura, tamen spondeum facit ad votum poetarum, qui, ut praediximus, ultimam versus omnis syllabam indifferenter accipiunt. alioquin legitimum numerum viginti quattuor temporum versus hexameter non habebit, quia tot illum pro sui perfectione habere decebat, quot habet libra plena semuncias. huius exemplum

culmina multa polos radianti lumine complent.

hoc metrum post Homerum heroici nomen accepit, pythium antea dictum, eo quod Apollinis oracula illo sint metro edita.

Huic cognatum est et quasi familiariter adhaerens, ita ut sine ipsius praesidio numquam id positum viderim, metrum dactylicum pentametrum, quod recipit spondeum loco primo et secundo, dactylum locis omnibus, catalecton in medio et fine. huius exemplum

laetanturque piis agmina sancta choris.

huius metri versus quidam ita scandendos adstruunt, ut quinque absolutos pedes eis inesse doceant, spondeum sive dactylum loco primo et secundo, spondeum tertio semper, quarto et quinto anapaestos, veluti si dicas 'quaerite regna poli, quaerite regna poli', quaerite dactylus, regnapo dacty-

---

11 ceteris — 15 tantum ultimo *Mall. Theod. 589, 23* 27 metrum dactylicum pentametrum *Mall. Theod. 590, 2*

---

10 et *om.* ς*P, add. FL* 16 definiunt *FPl* definiuit *L: cf. Victorin. de metr. p. 208, 26* 18 quia ut *L* 20 quia tot *L* quae (*corr.* qua) tot *F* q..tot *P* 24 accipit *F* 25 sint metro *P* metro sint *L* sunt metro *F* 33 quaerite regna poli *semel scriptum habent LF, postea deletum in L, bis scriptum Pf*

p. 2365—67 P.

lus, liquae spondeus, ritere anapaestus, gnapoli anapaestus. quod rationi eiusdem metri, ni fallor, minus videtur esse conveniens, cum universi qui hoc metro usi sunt versum omnem in medio diviserint | et duabus penthememeris constare voluerint, quarum prior dactylum sive spondeum licenter utraque in regione reciperet, posterior solos dactylos in utraque. hoc autem et superius metrum ubi iuncta fuerint, elegiacum carmen vocatur. elegios namque miseros appellant philosophi, et huius modulatio carminis miserorum querimoniae congruit, ubi prior versus hexameter, sequens pentameter. quo genere metri ferunt canticum Deuteronomii apud Hebraeos, sed et psalmos CXVIII et CXLIIII esse descriptos. namque librum beati Iob simplici hexametro scriptum esse adseverant. observandum est autem in carmine elegiaco nequid umquam de sensu versus pentametri remaneat inexplicatum, quod insequente versu hexametro reddatur, sed vel uterque sensibus suis terminetur versus, ut Sedulius

cantemus socii domino, cantemus honorem,
dulcis amor Christi personet ore pio,

vel sibi mutuo prior hexameter ac pentameter subsequens, prout poetae placuerit, conserantur iuxta illud Prosperi,

solus peccator servit male, qui licet amplo
utatur regno, sat miser est famulus.

nam sequentes versiculi, etsi his sunt subiuncti, sibimet sunt tamen invicem coniuncti et secundus primo dat supplementum: sequitur enim

cum mens carnali nimium dominante tyranno
tot servit sceptris, dedita quot vitiis.

QVAE SIT OPTIMA CARMINIS FORMA

At vero in hexametro carmine concatenatio versuum plurimorum solet esse gratissima, quod in Aratore et Sedulio frequens invenies, modo duobus, modo tribus, modo quattuor aut quinque versibus, non numquam sex vel septem vel etiam pluribus ad invicem conexis, quale est illud,

Loth Sodomae fugiente chaos, dum respicit uxor,
in statuam mutata salis stupefacta remansit,
ad poenam conversa suam, quia nemo retrorsum
noxia contempti vitans discrimina mundi |
aspiciens salvandus erit, nec debet arator
dignum opus exercens vultum in sua terga referre:

3 omnem *Pfl* oms *L*, *om. F* diuiseř *P* 4 pentimemeris *F* pentememeris *L* pentimemiris *P* 6 et] ut *P* eliacum *P* 7 elegios *FL* ele..os *corr.* elegos *P* eleios ⊱ philosophi] graeci ⊱ 8 quaerimonia *F* sequens est pentameter ⊱*P* 10 nam *L* 16 amor *LP* honor *F* 18 conserantur iuxta *L* conserantur ut iuxta *F* conseruntur iuxta ⊱*P* 20 utator *F* 21 subiecti ⊱*P* 26 contenatio uersum *F* 27 frequens *FL* frequenter ⊱*P* 30 sodomis *L* 32 conuersamque *corr.* conuersa suam quia *F* 33 contenti *F* 35 terga] terra *F*

p. 2367 P.

et Arator

iura ministerii sacris altaribus apti
in septem statuere viris, quos undique lectos
Levitas vocitare placet. quam splendida coepit
ecclesiae fulgere manus, quae pocula vitae
misceat et latices cum sanguine porrigat agni.

verum huius modi conexio si ultra modum procedat, fastidium gignit ac taedium. hymnos vero, quos choris alternantibus canere oportet, necesse est singulis versibus ad purum esse distinctos, ut sunt omnes Ambrosiani. optima autem versus dactylici ac pulcherrima compositio est, cum primis paenultima ac mediis respondent extrema, qua Sedulius frequenter uti consuevit, ut

pervia divisi patuerunt caerula ponti

et

sicca peregrinas stupuerunt marmora plantas

et

edidit humanas animal pecuale loquelas,

tem in pentametro

dignatus nostris accubitare toris

et

rubra quod adpositum testa ministrat olus.

non tamen hoc continuatim agendum, verum post aliquot interpositos versus. si enim semper uno modo pedes ordinabis, et versus, tametsi optimus sit, status statim vilescit. aliquando versum nominibus tantum perficere gratum est, ut Fortunatus

lilia, narcissus, violae, rosa, nardus, amomum,
oblectant animos germina nulla meos,

quod idem et in propriis fecit nominibus, ut

Sarra, Rebecca, Rachel, Ester, Iudith, Anna, Noemi,
quamvis praecipue culmen ad astra levent;

fecit et in verbis,

blanditur, refovet, veneratur, honorat, obumbrat
et locat in thalamo membra pudica suo.

studendum praeterea metricis, quantum artis decori non obsistit, ut mobilia nomina fixis praeponant, sed ne concinentia nomina coniunctim ponant, verum interposita qualibet alia parte orationis, ut

mitis in immitem virga est animata draconem.

prius posuit mitis quam virga, prius immitem quam draconem: sed et

---

6 porrigat F porrigit LP 10 compositio L positio FP 22 nec tamen ς P 23 semper *om.* L, *add.* FP tametsi L tam si F tamen etsi ς P 24 status statim FP statim status L uersum FP uersus Lf 25 furtunatus F 27 germina F gemina *corr.* germina P gramina L ς 29 Anna] annos F 34 quantum ars decoro non obsistit ς 35 ne] nec F 38 prius quam uirga posuit mitis L

p. 2367. 68 P.

hoc discretum, id est interposito verbo 'est animata'; non quod haec semper observari necesse sit, sed quia, cum | fiunt, decori sint. nam et Prosper mutato hoc ordine fecit versum decentissimum,

moribus in sanctis pulchra est concordia pacis,

et item

lex aeterna dei stabili regit omnia nutu
nec vario mutat tempore consilium;

et Lucanus, poeta veteranus, Caesaris et Pompei proelia descripturus ita incipit,

bella per Emathios plus quam civilia campos
iusque datum sceleri canimus populumque potentem
in sua victrici conversum viscera dextra.
cumque superba foret Babylon spolianda tropaeis
Ausoniis umbraque erraret Crassus inulta,
bella geri placuit nullos habitura triumphos.

DE SCANSIONIBVS SIVE CAESVRIS VERSVS HEROICI

Scansionum autem in versibus sunt species quattuor, coniuncta, districta, mixta, divisa. coniuncta, quae ceteris laudabilior habetur, illa est, ubi nusquam pes cum verbo finitur, ut

immortale nihil mundi compage tenetur.

districta, ubi verba cum pedibus terminantur, ut

haec tua sunt, bona sunt, quia tu bonus omnia condis,

quam versificationis speciem rarissime invenis. nam etsi non post duos vel tres pedes syllaba superfuerit, quod penthemimerim et hephthemimerim vocant, ratus haberi versus nequit, sicut hic post duos pedes 'sunt', post tres 'tu' superest. mixta est scansio quae utrumque in se habet, ut in quibusdam coniunctus, in quibusdam vero separatus sit versus, ut

nobis certa fides aeternae in saecula laudis

et

pacificus deus in numerum si prolis adoptat.

divisa est, ubi primi tres pedes concatenati inter se a reliquis pedibus separati sunt, ut

inde dei genetrix pia virgo Maria coruscat,

---

18 Scansionum — 246, 2 verbum *Victor. de hexam. 214, 23 Audac. exc. 20*

---

1 id est *om. P, add. p* 2 decori sint *L* decori sit *F* decoris sit *F* decore fit ≤ 5 et item *FL* et iterum *P* 7 nec uario mutat *FL* nec mutat uario ≤*P* 12 dextera *F* 15 hebetura *F* 17 districta *F* distincta *L* disiuncta ≤*P* 18 numquam ≤*L* 21 districta *FP* distincta *L* disiuncta ≤ 22 qu..tu *F*, *corr.* quia tu *f* 23 invenies ≤*P* etsi non *LPf* et non *F* 26 habet ut *P* 27 vero *om. L* 30 pacificus *Pf*≤ pacificos *LF* si] sibi *F*

p. 2368. 69 P.

et Prosper

corde patris genitum creat et regit omnia verbum.

Nec minus caesurarum intuendus est status, quae et ipsae sunt quattuor, penthemimeris, hephthemimeris, cata triton trochaeon, bucolice tome: penthemimeris, ubi post duos pedes invenitur semipes qui versum dividat et partem terminet orationis, ut 'cum sua gentiles': hephthemimeris, ubi post | tres pedes invenitur syllaba, ut 'cum sua gentiles studeant'. dictae autem penthemimeris et hephthemimeris graece quasi semiquinaria et semiseptenaria, quia, cum per spondeos fiunt, haec quinque syllabis, illa constat septem, et in hac quinta syllaba semipedem, in illa tenet septima. cata triton trochaeon, ubi tertio loco invenitur trochaeus, non quod in medio versu esse possit trochaeus, sed sublata una de dactylo syllaba remanet trochaeus, ut 'grandisonis pompare modis'. bucolice tome, ubi post quattuor pedes non aliquid remanet, ut

semper principium, sceptrum iuge, gloria consors

et

Christus erat panis, Christus petra, Christus in undis.

quae caesura inde nomen habet, quod in bucolicis saepius inveniatur.

Item ubi post duos pedes superest syllaba, comma dicitur; ubi post duos pedes nihil remanet, colon vocatur. quae tamen nomina apud oratores indifferenter ponuntur, qui integram sententiam periodon appellant, partes autem eius cola et commata dicunt. ut puta 'sustinetis enim, siquis vos in servitutem redigit' colon est: 'siquis devorat' colon est: 'siquis accipit' colon est: 'siquis extollitur' et cetera usque ad plenam sententiam cola sunt et commata. plena autem sententia periodus est. interpretatur autem colon membrum, comma incisio, periodus clausula sive circuitus.

DE SYNALIPHA

Synalipharum quoque commemoranda ratio est, quia non numquam ultima verbi syllaba vel particula syllabae videtur absumi, unde synalipha graece dicitur quasi quodam saltu transmittens. fit autem duobus modis, quod, cum aliqua pars orationis aut in vocalem litteram aut in m consonantem desinit incipiente a vocali sequente parte orationis, illa quae sequitur pars orationis praecedentem vel litteram vocalem vel syllabam quae in m desierat sua vocali absumit. quod dico huius modi est,

3 Nec minus caesurarum — 13 remanet trochaeus *Victor. de caesur. 240, 1*
19 Item ubi — 22 commata dicunt *Pompei. 133, 20*

2 uerbum *FL, corr.* uerbo *Pf* 3 quae et ipsae *corr.* qui et ipsi *P* 4 bucoliceptome *P* bucoli cepto men *F* bucoliceptonem *L, corr.* -tomen *l* 6 partem terminet *L* partem terminat *Pf* parte interminat *F* 8 dicta *FLP* 13 bucoliceptome *P* bucoli ceptomen *FL* 18 saepe *L* 19 superest — post duos pedes *om. F, add. f* 23 redigat *P* 30 dicuntur *F* 31 quod *om. L, add. FP* 32 desinet *F*

p. 2369. 70 P.

arta via est verae quae ducit ad atria vitae:

scanditur enim | ita, artavi dactylus, estve spondeus intercepta a syllaba per synalipham. absumitur et particula syllabae, cum dicit idem Prosper

sumite quae magna adposuit sapientia mensa:

scanditur enim ita, sumite dactylus, quaema spondeus, gnadposu dactylus absumpta parte syllabae per synalipham. item pars syllabae quae in m desierat synalipha intercipitur, cum dicit

nullus enim est insons sola formidine poenae,
qui sanctum et iustum non amat imperium:

scanditur namque ita, nulluse dactylus, nestin spondeus absorpta im per synalipham; et item quisanc spondeus, tetiu spondeus absumente synalipha particulam syllabae um. item tota syllaba quae in m terminata est per synalipham interit, cum dicit

magnum praesidium est sacro libamine pasci,
si cor participis crimina nulla premunt:

scanditur namque sic, magnum spondeus, praesidi dactylus, estsa spondeus intercepta um syllaba per synalipham. quaecumque ergo verba in m terminantur, nisi adpositione consonantis alicuius defendantur, synalipha inrumpente syllabam ultimam aut perdunt semper aut minuunt, excepto cum ab h littera sequens sermo inchoaverit. tunc etenim in arbitrio poetarum est, utrum haec instar fortiorum consonantium synalipham arceat, an pro modo suae fragilitatis nihil valeat. valuit namque in hoc, quia voluit poeta,

nomine Iohannem hunc tu vocitare memento

et

progenitum fulsisse ducem hoc caelitus astra.

item nihil iuvit ad propellendam synalipham, quia poeta neglexit,

qui pereuntem hominem vetiti dulcedine poni.

Sciendum autem quod numquam in eadem parte orationis media fieri potest synalipha. verum si in medio verbo duae vocales conveniunt, quarum prior sit longa, potest illa quae sequitur priorem facere brevem de longa, si sic poeta voluerit; auferendi autem funditus potestatem non habet. est enim longa naturaliter in illo Paulini,

ut citharis modulans unius verbere plectri:

---

1 ad atria] ad tria *F* 3 idem] item *P* 4 mensa *FP* mensam *L* mensae ς 7 desierat *LP* desinet *F* cum dicitur *L* 10 namque] enim ς*P* nullus est dactylus neest in spondeus *L* absorpta m *LP* aborta im *F* 11 tetiu *FP* tum etius *L* 12 in em *F* 16 namque] enim ς*P* 18 nisi adpositionem consonantis alicuius *FP* nisi apositione (*corr.* appositione *l*) cuiuscumque consonantis *L* 19 semper *om. L, add. FP* 21 fortium ς*P* 26 lucem *corr.* ducem *P* 27 propellandam *F* 29 sciendum est autem *P* 32 habebit *corr.* habet *P* 33 longa naturaliter *F et superscripto* longa *P* naturaliter longa *L*

p. 2370. 71 P.

est brevis licenter in illo Sedulii,

unius ob meritum cuncti periere minores.

item natura longa est in hoc Paulini,

discutiebat ovans galea scutoque fidei,

licentia brevis in hoc Prosperi,

delicias iam nunc promissi concipe regni
virtute et fidei quod cupis esse tene.

et hoc, ut supra retulimus, inter communes syllabas computatur. ubi autem in metris prendo pro prehendo vel saecla legitur pro saecula vel aliquid huius modi, non est synalipha, sed syncope, quae species est metaplasmi, quia non syllaba vel littera scripta scandendo aufertur, sed ne umquam scriberetur libertate poetica provisum est. unde illum Maronis versiculum,

nec tota tamen ille prior praeeunte carina,

ita scandendum esse ratio probat, ut primo sit necto spondeus, deinde tatamen dactylus, illepri dactylus, orpraee dactylus adbreviata diphthongo propter vocalem quae sequitur, unte carina dactylus et spondeus, qui terminent. quis enim audiat Victorinum docentem ut scandamus ente carina, facientes synalipham in media parte orationis, quod numquam fecere priores? fit autem synalipha in omni parte versus, etiam in extrema, ut Prosper

sed rerum auctori nullus non cognitus ordo est.

fit et post versum synalipha, quae ad sequentis versus caput intendat, ut Paulinus

quae decus omne operum perimebant improba foedaque
obice prospectum caecantia.

sunt namque ultimi versus illius pedes, improba dactylus, foeda spondeus, at primi sequentis per synalipham, quobice dactylus, prospe spondeus.

DE EPISYNALIPHA VEL DIAERESI

Coniunctionem etiam solutionemque syllabarum, quam Graeci episynalipham et diaeresim vocant, ubi necesse est, licitam scire metricum decet,

---

29 Coniunctionem — 249, 16 spondeum *Pompei. 120, 2. 121, 24*

---

1 est breuis ȿ*P* et breuis *FL* 6 delicias *P* delitias *F* diuitias ȿ*L* concipe *FLP* conspice *l* 8 supra] *p. 232, 21* 9 prendo prohendendo *F* 10 sed incope *F* 11 syllaba uel littera *FP* littera uel syllaba *L* 13 nec tota] *Verg. Aen. V 186* 14 deinde ta tamen *P* inde ta tamen *F* item to tamen *L* 16 ente carina *P* 17 Victorinum] *de rat. metr. p. 218, 21* ente carina *LP*, v *in L altera manu superscripto,* tene *ut videtur* (*corr.* ene *vel* ente) carina *F* 19 fecere] facere *F* in omni — 22 synalipha *om. L* 22 intendit *corr.* -at *F* 26 pedes dactil. et spond. improba foeda at primi sequentis per synalipham quae obice prospectans dactil. et spond. *L* 30 licitum *P*

p. 2371. 72 P.

coniunctionem videlicet, qua duae de tribus, solutionem, qua duae de una syllabae efficiuntur. cuius exemplum coniunctionis

aedificant sectaque intexunt abiete costas

et

custodes sufferre valent, labat ariete crebro
ianua

et

tenuia nec lanae per caelum vellera ferri.

abiete enim quattuor syllabas habet breves: stringe illud, et fit ab positione longa, quia a vocalis desinit in b et excipitur ab i loco consonantis posita. sic et ariete: naturaliter brevis est a, iunge r ad ipsam, iunge i et e sibimet, et fit ar syllaba positione longa, quia sequitur i loco consonantis posita. item tenuia: stringe ten et fac v consonantem, et sic de tetrasyllabo proceleumatico facis dactylum trisyllabum. tale est et 'fluviorum rex Eridanus': fluvio anapaestus est, sed si facis stringendo unam syllabam fluv, alteram io, efficis de anapaesto spondeum. haec coniunctio sive solutio saepius in i vel in u litteris fit, quarum et in nostratibus | poetis multa habes exempla, ut Paulinus

sim profugus mundi tamquam benedictus Iacob,

Fortunatus

dirigit et Iacobos terra beata sacros:

hic i et a discindit, ille conglutinat. item Paulinus

parietibus novitas latet intus operta vetustas:

parieti dactylum fecit de proceleumatico conglutinatis contra naturam a et r in unam syllabam, i et e in alteram. item Sedulius disiunctis u et a

cuius onus leve est, cuius iuga ferre suave est,

Prosper coniunctis

nec Christi e templo suavior exit odor:

item Paulinus divisis u et i iuxta naturam

conscia servitii quid gesseris et cui tandem,

Fortunatus conexis iuxta licentiam poeticam

cui tamen hoc opus est cum virginitatis honore
ut placeat sponso mens moderata suo:

item disiunctis eisdem in alio pronomine Paulinus

cum subito aut illis corda hostibus aut huic ora,

---

2 syllabae *F* syllaba ς*LP* coniunctionum *L* 3 aedificant] *Verg. Aen. II 16* sectaque *Lf* sectoque *FP* 5 custodes] *Verg. Aen. II 492* 8 tenuia] *Verg. georg. I 397* uellere ferre *corr.* uellera ferri *L* fellera ferre, *sed* erre *in litura F* 10 et excipitur *Pl* excipitur *L* et cipitur *F* 14 facies trisyllabum dactylum *L* fluviorum] *Verg. georg. I 482* 15 si *om. P, add. FL* 19 sim] sin *L* 24 conglutinatus *F* 26 iuga] giga *F* 28 e templo] exemplo *L*

p. 2372. 73 P.

Prosper conglutinatis

huic homo, si recte famulatur, proximus haeret:

Maro e et i coniunctis

Tityre pascentes a flumine reice capellas,

idem alibi seiunctis iuxta naturam

reice ne maculis infuscet vellera pullis.

iungit, ni fallor, et Paulinus easdem, ubi ait

ast alii pictis accendunt lumina cereis,

nisi forte dactylum in ultima versus regione contra morem posuisse dicendus est.

Recipit et r littera solutionem quamvis ordine dissimili. ibi enim discissis sive conglutinatis vocalibus syllaba contra naturam aut adcrescit aut interit; hic autem ea vocali quae nequaquam adscripta est in sono vocis adsumpta super adcrescere tantum syllaba consuevit, ut

illi continuo statuunt ter dena argenti,

et Paulinus

et spatii coepere et culminis incrementa,

et rursus

sic prope, sic longe sita culmina respergebat,

et Prudens in Psychomachia

dixerat haec, et laeta libidinis interfectae,

et idem in eadem

palpitat atque aditu spiraminis intercepto.

neque enim in quinta regione versus heroici spondeum ponere moris erat. sed ita tamen versus huius modi illos scandere voluisse reor, ut addita in sono vocali, quam non scribebant, dactylus potius quam spondeus existeret, verbi gratia intericepto, | inceremenla, interefectae, resperigebat et per synalipham denarigenti. quod ideo magis r littera quam ceterae consonantes patitur, quia quae durius naturaliter sonat durior efficitur, cum ab aliis consonantibus excipitur; atque ideo sonus ei vocalis adponitur, cuius temperamento eius levigetur asperitas. quod etiam in cantilenis ecclesiasticis saepe in eadem r littera facere consuerunt qui antiphonas vel responsoria vel cetera huius modi, quae cum melodia dicuntur, rite dicere norunt.

1 conglutinatas *L* 4 tetyre *F*: *Verg. bucol. 3, 96: cf. Audax de syllabis p. 9* 5 iuxta naturam seiunctis *L* 6 reice] *Verg. georg. III 389* 8 pictas *L* accendant *F* certis *corr.* cereis *F* 14 tantum *FL* tamen ⸗*P* 15 arigenti *F* 17 inceremenla *F* 19 resperigebat *deleta* i *littera F* 21 haec *om. FP, add. L* interifectae *F* 23 aditus *P* intericepto *F* 25 additam in sono uocalem *L* 26 spondeus existeret *L* existeret spondeus *FP* 27 verbi] uerba *F* interecepto interementa *L* 28 consonantis *F* 29 patitur *L* patiuntur *FP* quae durius *L* quae durium *F* quae dure ⸗*P* 31 levigetur] leuiga et *F* 32 r *om. L, add. FP* antefanas *F* 33 quae cum melodia *L* quae melodia *P* quae cum melodia uel cetera *F*

p. 2373. 74 P.

Sed *et* hoc commemorandum, quia, cum nomina quae in ius vel in ium terminantur duo i in genetivo habere debeant casu duarum aeque syllabarum, metrici non numquam in eodem genetivo casu unam syllabam ponunt pro duabus, vel ablata videlicet una i de duabus vel ambabus in unam syllabam geminatis, quamvis id fieri posse Donato teste plurimi negent. dicit enim Paulinus

oblectans inopem sensu fructuque peculii.

quod si quis dixerit hic eum more antiquorum dactylum in fine posuisse versiculi, legat quod idem alibi dicit,

excoluit biiugis laquearii et marmore fabri:

excolu dactylus, itbiiu dactylus, gislaque dactylus. qui est ergo pes quartus? ariiet: habet enim quattuor syllabas, longam brevem et duas longas. epitritus in heroico versu esse non potest. forte ergo spondeus est absumente synalipha duas vocales superventu unius, quod non facile vel a grammaticis permissum vel a poetis usurpatum invenies, tametsi dixerit Fortunatus

Vincentii Hispaniae surgit ab arce decus.

cuius scansio versus par est praefati, nisi forte regulam Lucilii secuti sunt, qui Lucilium et Aemilium et cetera nomina quae ante u habent i non solum in vocativo, sed etiam in genetivo casu per unum i existimat scribi posse.

QVOD ET AVCTORITAS SAEPE ET NECESSITAS METRICORVM DECRETA VIOLET

At tamen intuendum est nobis quia et auctoritas non numquam et necessitas metricae disciplinae regulas licite contemnit: necessitas quidem in his verbis | quae non aliter in versu poni possunt, ut sunt ea quae quattuor syllabas breves habent, Italia basilica religio, vel tres primas breves, ut reliquiae, vel unam in medio brevem, ut veritas trinitas, quae neque dactylum consuetum neque spondeum facere possunt, quod propriis nominibus maxime solet evenire. huius exemplum

Italiam sequimur fugientem et mergimur undis:

i contra naturam pro longa posuit, quia non aliter Italiam, quam saepius erat nominaturus, appellare valebat, nisi aut syllabam quae natura brevis

---

1 et *om.* FLP, *add.* ς uel in ium F uel quae in ium ς LP 2 aeque] quoque L 4 ponunt pro duabus FP pro duabus L pro duabus proferunt l 5 donato testa plurimi F donato testante plurimi ς P plurimi donato teste L: *Don. p. 367, 19* 8 antiquo L 11 quis est L 15 tametsi] tamet F 17 Hispaniae *Putschius*, hispania FLPς surget *corr.* -it P 18 pars *corr.* par P lucilii *corr.* lucii P: *cf. Charis. p. 78, 4* 19 lucilium L lucium P lucium F 20 in *ante* vocativo *om.* F, *add.* LP etiam *om.* FP, *add.* L existimat scribe posse F existimant scribi posse L scribi posse existimant ς P 21 quod — uiolet *continua scriptura in* P 23 intuendum est nobis LP intuendam F 25 his *om.* ς P, *add.* FL 27 breves *om.* P, *add.* FL 30 Italiam] *Verg. Aen. V 629* 32 uolebat F

p. 2374. 75 P.

erat produceret aut tribrachum loco dactyli poneret. sic cum de apibus loquens alvearia nominare vellet, necessitate posuit antibacchium in versu dactylico,

seu lento fuerint alvearia vimine texta;

et Paulinus

qui simul huc sancta pro religione coistis:

re contra naturam pro longa posuit, quia non aliter hoc nomen versus hexameter recipere valebat. tale est et illud eiusdem,

basilicis haec iuncta tribus patet area cunctis:

namque alibi pro brevi ponitur eadem syllaba dicente Fortunato

hic Paulina, Agnes, Basilissa, Eugenia regnant.

his et aliis huius modi necessitatibus credo factum quod de libro beati Iob loquens Hieronymus, cum dixisset eum maxima ex parte versibus hexametris apud Hebraeos esse descriptum, addidit 'qui dactylo spondeoque currentes propter idioma linguae crebro recipiunt et alios pedes eorundem quidem temporum, sed non earundem syllabarum'. auctoritate autem contemnitur regula grammaticorum, ut Sedulius in clausula carminis, cuius supra memini, cum dixisset

gloria magna patri semper tibi gloria nate,

subdidit

cum sancto spiritu gloria magna patri.

spiritus enim primam syllabam habet longam, unde vera scansio versus istius haec est, cumsanc spondeus, tospiri antibacchius, non dactylus. sed poeta, ut gloriam sanctae et individuae trinitatis clara voce decantaret, neglexit regulam grammaticae dispositionis. item ipse in carmine paschali

sic ait ipse docens ego in patre et pater in me est:

sic enim scanditur, sic ait dactylus, ipsedo dactylus, cense trochaeus, ginpa spondeus ablata o per synalipham, aut si scandere vis | censego et facere dactylum, contra morem ipsius Sedulii, quem per omnia servavit, agis, ut immunis stet vocalis altera superveniente vocali de foris. idem in eodem opere

clarifica dixit nomen tuum magnaque caela.

in quo, ut veritatem dominici sermonis apertius commendaret, postposuit ordinem disciplinae saecularis. idem iterum

scribitur et titulus, hic est rex Iudaeorum,

---

2 in uersu *P* in uersum *L* in uerso *F* 3 seu lento] *Verg. georg. IIII 34* 5 huc *L* hac *P* ha.c *F* pro legione *F* 9 alibi pro breui *L* alibi qui (q *P*) potuit pro breui *FP* 10 basilica *corr.* basilissa *F* 13 quid dactylico spondeoque *corr.* quod dactylicum spondeumque *P* 17 meminimus *L* 22 primam habet syllabam longam *F* 24 item *Lf* idem *FP* 26 est *om. F, add.* ⊊ *LP* 27 scanditur *om. F, add. f* 29 seruauit regulam agis, *sed expuncto* regulam *P* 30 ut inmunistet *F* 33 p̄posuit *P* 35 titulus *corr.* -lis *F*

p. 2375. 76 P.

quod quo modo scandendum iudicaverit, videat qui potest, utrum Iudaeorum duos spondeos quinta et sexta regione contra morem, an solutis syllabis, iuxta quod supra monstravimus, dactylum fieri voluerit et spondeum.

VT PRISCI POETAE QVAEDAM ALITER QVAM MODERNI POSVERINT

Nam et in exemplis antiquorum inveniuntur aliquoties duo spondei in fine versus, sicut et dactyli non numquam, ut sunt illa Maronis,

at tuba terribilem sonitum procul excitat horrida

et

aut leves ocreas lento ducunt argento.

quamvis hoc rarissime inveniatur, nisi ita ordinatum, ut et dactyli qui in fine est ultima syllaba per synalipham sequenti versui iungatur, et spondeus qui in quinta regione est r litteram habeat alteri consonanti vel praepositam vel subiectam, cuius duritia per adiectam vocalem levigata dactylus sentiatur in sono, cum pareat spondeus in scripto. quod utrumque ut fiat, exemplis supra monstravimus. qui et aliis in metrico opere regulis multum libere utebantur, quas moderni poetae distinctius ad certae normam definitionis observare maluerunt. nam et vocalem brevem, quae q et u et vocali qualibet exciperetur, voluerunt esse communem, ut Lucretius

quae calidum faciunt aquae tactum atque vaporem;

et vocalem in fine verbi brevem, quae exciperetur a consonante et liquida, inter communes syllabas deputarunt, ut Virgilius

aestusque pluviasque et agentes frigora ventos

et

si tibi lanicium | curae, primum aspera silva

lappaeque tribulique absint, fuge pabula laeta,

quod nunc poetae in eadem parte orationis, ut supra docuimus, magis fieri oportere decernunt. idem vocalem in fine verbi correptam, quae excipitur a littera z, inter communes syllabas deputavit, ut 'Eurique Zephyrique tonat domus'. qui eadem libertate synalipha utebatur, siquidem et m, ubi voluit, in fine verbi positam a supervenientis vocalis absumptione reservavit, ut 'iterum iterumque monebo'; et longam vocalem longam remanere permisit, ut

---

4 VT — POSVERINT] DE DACTYLO ET SPONDEO *P* 6 et dactyli *FL* et duo dactyli ς *P* 7 at tuba] *Verg. Aen. VIIII 503* at tuba terribilem sonitum procul aere canoro sonitu *F* excitat horrida *in litura scripta sunt in F* 9 aut leves] *Verg. Aen. VII 634* 13 duritię *F* 15 qui (quia *corr.* qui *L*) et aliis *FLP*ς antiqui et aliis *Putschius* 16 multum *om. L, add. FP* libere *in marg. add. F* poetis *F* certae] cer *in fine versus F* 17 q et u *FP* i et u *L* 19 quae calidum] *Lucret. VI 868. eodem exemplo usus est Audax de syllabis p. 9* aquae] atque *L* ta.tum *corr.* tactum *F* 22 aestusquae *F*: *Verg. georg. I 352* 24 si tibi] *Verg. georg. III 384* latinitium *F* curae *FP* cura est *L* aspera] aquila *et in marg.* aspera *P* 28 Eurique] *Verg. georg. I 371* 30 positam *FPl* posuit *L* adsumptione *F* 31 ut iterum *LP* et iterum *F*: *Verg. Aen. III 436* remanere (permanere *corr.* rem. *P*) permisit *LP* remanere misit *F*

p. 2376. 77 P.

sit pecori apibus quanta experientia parcis;

et longam, cum voluit, breviavit, ut

et multum formose vale vale, inquit, Iolla

et

credimus, an qui amant ipsi sibi somnia fingunt;

et diphthongon reservavit, ut

ulla moram fecere neque Aoniae Aganippae;

et eandem breviavit, ut 'insulae Ionio in magno'. quae cuncta posteriores poetas, ut dixi, distinctius observare reperies.

DE METRO PHALAECIO

Verum quia de metro heroico quae videbantur tractavimus, libet et aliorum genera metrorum, ea dumtaxat quae magis usui haberi reperimus, parumper commemorare. est igitur metrum dactylicum phalaecium pentametrum, quod constat ex spondeo et dactylo et tribus trochaeis: huius exemplum

cantemus domino deoque nostro,
cui gloria cum honore pollens
sese magnificis decorat actis,
dum currus celeres Aegyptiorum
iunctis equitibus gravique turba
rubri marmoris enecat fluentis.
adiutor validus meae salutis
plebem de medio tulit profundo.
custos et genitor salusque vera
hic est, hic dominus meus et altor.
ipsum conspicua sacrabo laude,
qui est progenitor mei parentis,
ipsum vocibus arduis fatebor,
qui bellum tulit obruitque fortes,
dignus nomine quo deus vocatur. |

DE METRO SAPPHICO

Metrum dactylicum sapphicum pentametrum constat ex trochaeo,

10 DE METRO PHALAECIO *Mall. Theod. 590, 21* 31 DE METRO SAPPHICO *Mall. Theod. 591, 8*

1 sit pectori *F*: *Verg. georg. I 4* 3 ut et multum *FP* et ut multum *L*: *Verg. bucol. 3, 79* 5 credimus] *Verg. bucol. 8, 108* an qui] antiqui *F* 7 ulla] *Verg. bucol. 10, 12* facere *L* 8 insulae] *Verg. Aen. III 211* 10 FALLEUCIO *FLP* 13 falleucium *LP* falleutium *F* 20 equibus *F* 22 meae *LPf* mea *F* 25 altor] Al. altor id est nutritor *in marg. add. L* 28 uocibus arduis *FP* arduis uocibus *L* 30 quod (*corr.* quo *F*) deus uocatur *FPς* quod deus uocetur *L*

p. 2377 P.

spondeo, dactylo, duobus trochaeis, cui metro post tres versus additur semis heroici versus. hoc metro sanctus antistes Paulinus sextum beati Felicis confessoris librum composuit, cuius principium est

iamne abis et nos properans relinquis,
quos tamen sola regione linquis,
semper adnixa sine fine tecum
mente futurus.

et paulo post dicit

sicut Aegypto pereunte quondam
noctis et densae tenebris operta,
qua dei vivi sacra gens agebat,
luxerat orbi,
quae modo in toto species probatur
orbe, cum sanctae pia pars fidei
fulgeat Christo, reliquos tenebris
obruat error;
sic meo qua se feret actus ora
cuncta nicetae dominus secundet,
donec optatam patriam vehatur
laetus ad urbem.

DE METRO TETRAMETRO CATALECTICO

Metrum dactylicum tetrametrum catalecticum constat ex spondeo, dactylo, catalecto, dactylo, spondeo. quo usus est sanctus Ambrosius in precatione pluviae, cuius exordium hoc est,

squalent arva soli pulvere multo,
pallet siccus ager, terra fatescit,
nullus roris honos, nulla venustas,
quando nulla viret gratia florum,
tellus dura sitit nescia roris,
fons iam nescit aquas, flumina cursus.

cuius finis hic,

iam caelos reseres arvaque laxes
fecundo placidus imbre rogamus.

---

1 dactylo et duobus *L* post tres reuersus hoc metro scis antistes *F* additur semis heroici uersus ȿ *P* coma (*corr.* comma *l*) heroicum subiungitur *L*. finis (*vel* tome) heroici versus *Mallium p. 591, 12 scripsisse conieci. sed eius scripturam corruptam habuit Beda* 2 antestis *P* sextus *F* 4 et *deletum est in L* 6 adnixa *LP* adn̄ixa *F* adnisa ȿ tecum *L* et tu *FP* 9 preuite *corr.* pereunte *F* 10 den.sae *F* 11 agebat *FP* habebat *et in marg.* al. agebat *L* 14 orbi *P* 17 hora *L* 18 cuncta nicetae *P* cuncta nicete *L* cunta nicetae *F* cunctā tete ȿ 19 optatam patriam *LP* optato patriam *F* optato patria ȿ 22 ex spondeo et dactylo *P* 24 in peccatione *F* 27 honos *superscriptum est in F* uetustas *P* 33 fecunda, *sed* a *ras. P*

p. 2377. 78 P.

Heliae meritis impia saecla
donasti pluvia, nos quoque dones.

Idem usus est eodem metro in postulatione serenitatis, quae ita incipit,

obduxere polum nubila caeli
absconduntque diem sole fugato,
noctes continuas sidere nudas;

at finis ita,

Iesu, parce tua morte redemptis.
prior diluvium pertulit aetas,
ut mundaret aqua crimina terrae.
sed mundata tuo sanguine terra est:
iam nunc missa ferens ore columba
ramum paciferae munus olivae
exutas liquido flumine terras
laeto significet lapsa volatu.

DE METRO IAMBICO HEXAMETRO

Metrum iambicum senarium recipit iambum locis omnibus, tribrachyn locis omnibus praeter novissimum, spondeum dactylum et anapaestum locis tantum imparibus, pyrrichium loco tantum ultimo, quo nobilissimus Hispanorum scholasticus Aurelius Prudens Clemens scripsit prooemium Psychomachiae, id est libri quem de virtutum vitiorumque pugna heroico carmine composuit. ita enim inchoat,

senex fidelis prima credendi via
Abram beati seminis serus pater,
adiecta cuius nomen auxit syllaba,
Abram parenti dictus, Abraham deo.

DE METRO IAMBICO TETRAMETRO

Metrum iambicum tetrametrum recipit iambum locis omnibus, spondeum locis tantum imparibus, quo scriptus est hymnus Sedulii,

a solis ortus cardine
ad usque terrae limitem
Christum canamus principem.

16 DE METRO IAMBICO HEXAMETRO *Mall. Theod. 593, 2*

1 heliae FL heliae P Habram ς 2 pluuiam FLP 3 quae] quod FLP 4 obdixere F 6 noctes continuas sidere nudas *om.* FPς, *add.* L 7 et ita finit ςP 10 criminae terrae F 15 lapso F 19 nobilissimas F hispanorum L hispaniarum P *et corr.* hispaniorum F 20 prudens FP prudentius L prohymium F 21 carmina F 24 sereus F 30 ortus F ortu LP 31 ad usque FL et usque Pl limitem] limi F 32 Christum canamus principem *om.* FP, *add.* L

p. 2378. 79 P.

sed et Ambrosiani eo maxime currunt,

deus creator omnium
iam surgit hora tertia,
splendor paternae gloriae,
aeterne rerum conditor,

et ceteri perplures; in quibus pulcherrimo est decore compositus hymnus beatorum martyrum, cuius loca cuncta imparia spondeum, iambum tenent paria, cuius principium est |

aeterna Christi munera
et martyrum victorias
laudes ferentes debitas
laetis canamus mentibus.

recipit hoc metrum aliquoties, ut scribit Mallius Theodorus, etiam tribrachyn locis omnibus praeter novissimum, dactylum et anapaestum locis tantum imparibus, unde est

geminae gigans substantiae
alacris ut currat viam.

ceterorum rara habes exempla.

DE METRO ANACREONTIO

Metrum iambicum tetrametrum colobon, quod anacreontium dicitur, recipit anapaestum, duos iambos et semipedem, quo usus est Prosper Tyro in principio exhortationis ad coniugem ita dicens,

age iam precor mearum
comes in remota rerum,
trepidam brevemque vitam
domino deo dicemus.
celeri vides rotatu
rapidos dies meare
fragilisque membra mundi
minui, perire, labi.
fugit omne quod tenemus,
neque fluxa habent recursum,
cupidasque vana mentes
specie trahunt inani.
ubi nunc imago rerum est?

19 DE METRO ANACREONTIO *Mall. Theod. 593, 24*

5 aeterna *F* 7 cuncta *om. L, add. FP* 13 malius *F: Mall. Theod. p. 593, 6 de trimetro iambico* 19 ANACREVNTIO *FL* 20 colophon *FLP* anacreuntium *FL* 21 est *om. P, add. FL* 27 roratu *F* 28 rapidos] pauidos *F*

p. 2379. 80 P.

ubi sunt opes potentum,
quibus occupare captas
animas fuit voluptas?

DE METRO TROCHAICO TETRAMETRO

Metrum trochaicum tetrametrum, quod a poetis graecis et latinis requentissime ponitur, recipit trochaeum locis omnibus, spondeum omnibus praeter tertium. currit autem alternis versiculis, ita ut prior habeat pedes quattuor, posterior pedes tres et syllabam. | huius exemplum totus est hymnus ille pulcherrimus,

hymnum dicat turba fratrum,
hymnum cantus personet,
Christo regi concinentes
laudes demus debitas,

in quo aliquando et tertio loco prioris versiculi spondeum reperies, ut

factor caeli, terrae factor

et

verbis purgat leprae morbos.

DE RHYTHMO

Haec de metris eminentioribus commemorasse sufficiat, quorum exempla copiosiora apud scriptores invenimus. praeterea sunt metra alia perplura, quae in libris centimetrorum simplicibus monstrata exemplis quisque cupit reperiet. reperiuntur quaedam et in insigni illo volumine Porphyrii poetae, quo ad Constantinum Augustum misso meruit de exilio liberari, quae, quia pagana erant, nos tangere non libuit. videtur autem rhythmus metris esse consimilis, quae est verborum modulata compositio, non metrica ratione, sed numero syllabarum ad iudicium aurium examinata, ut sunt carmina vulgarium poetarum. et quidem rhythmus per se sine metro esse potest, metrum vero sine rhythmo esse non potest, quod liquidius ita definitur: metrum est ratio cum modulatione, rhythmus modulatio sine ratione. plerumque tamen casu quodam invenies etiam rationem in rhythmo, non artifici moderatione servata, sed sono et ipsa modulatione ducente, quem

4 DE METRO TROCHAICO TETRAMETRO *Mall. Theod. 595, 1* 24 videtur autem — 31 modulatione ducente *Victor. de metr. 206, 7 Audac. excerpt. 11*

3 uoluptas ςP uoluntas FL 4 De metro trochaico tetrametro ςP DE METRO TROCHAICO L DE METRO TROCHICO F 7 currit ςP cucurrit L cū F alterius F 10 dicit *corr.* dicat F 14 in quo aliquando ςP in aliquando F aliquando L 19 de metricis F 23 missum L 24 rhythmos F 27 rythmos per se sine metro esse non potest (*corr.* esse potest *et add. in marg.* metrum uero sine ritmo esse non potest) quod liquidius F 29 rythmos ratio modulatio sine ratione, *sed deleto* ratio F 30 etiam ratione F 31 seruatam ςL.

p. 2380—82 P.

vulgares poetae necesse est rustice, docti faciant docte. quo modo et ad instar iambici metri pulcherrime factus est hymnus ille praeclarus,

rex aeterne domine,
rerum creator omnium,
qui eras ante saecula
semper cum patre filius,

et alii Ambrosiani non pauci. item ad formam metri trochaici canunt hymnum de die iudicii per alphabetum,

apparebit repentina
dies magna domini,
fur obscura velut nocte
improvisos occupans.

QVOD TRIA SINT GENERA POEMATOS

Sane quia multa disputavimus de poematibus et metris, commemorandum in calce quia poematos genera sunt tria. aut enim activum vel imitativum est, quod Graeci dramaticon vel mimeticon appellant; aut enarrativum, quod Graeci exegematicon vel apangelticon nuncupant; aut commune vel mixtum, quod Graeci coenon vel micton vocant. dramaticon est vel activum, in quo personae loquentes introducuntur sine poetae interlocutione, ut se habent tragoediae et fabulae: drama enim latine fabula dicitur: quo genere scripta est

quo de Moeri pedes? an quo via ducit, in urbem?

quo apud nos genere cantica canticorum scripta sunt, ubi vox alternans Christi et ecclesiae tametsi non [hoc] interloquente scriptore manifeste reperitur. exegematicon est vel enarrativum, in quo poeta ipse loquitur sine ullius interpositione personae, ut se habent tres libri georgici toti et prima pars quarti, item Lucretii carmina et his similia. quo genere apud nos scriptae sunt parabolae Salomonis et ecclesiastes, quae in sua lingua, sicut et psalterium, metro constat esse conscripta. coenon est vel micton, in quo poeta ipse loquitur et personae loquentes introducuntur, ut sunt scripta Ilias et Odyssea Homeri et Aeneidos Virgilii et apud nos historia beati Iob,

13 QVOD TRIA SINT GENERA POEMATOS *Diom. 482, 13*

1 docti faciant docte ς *LP* docte faciunt docti *F* quomodo et ad *F et expuncto* et *L* quomodo ad ς *P* 8 iudici *F* alfabetum *L* albabetum *FP* 13 POEMATOS *F* POEMATVM *L* 14 quia] quid *F* 15 poematos *FP* poematum *L* 16 mimiticon ς myctycon *F* micticon *L* mictigon *P* 17 exegemuticon *F* 18 coenon (coinon *corr.* cenon *L*) uel micton *LP* coinen uel mikion *F* 22 quo te] *Verg. bucol. 9, 1* 23 quod apud *F* 24 non in hoc ς *P* manifeste *L* manifesta *PF*ς 25 exhegemeticon *F* 26 ullius] illius *F* 29 constant *L* 30 ut sunt scripta *F* ut supra scripta ς *LP* 31 iliades ς aeneidos *LP* aneidos *F*

p. 2382 P.

quamvis haec in sua lingua non tota poetico, sed partim rhetorico, partim sit metrico vel rhythmico scripta sermone.

Haec tibi, dulcissime fili et conlevita Gutberte, diligenter ex antiquorum opusculis scriptorum excerpere curavi et quae sparsim reperta ipse diutino labore collegeram tibi collecta obtuli, ut, quem ad modum in divinis litteris statutisque ecclesiasticis imbuere studui, ita et in metrica arte, quae divinis non est incognita libris, te solerter instruerem. cui etiam de figuris vel modis locutionum, quae a Graecis schemata vel tropi dicuntur, parvum subicere libellum non incongruum duxi, tuamque dilectionem sedulus exoro ut lectioni operam impendas illarum maxime litterarum, in quibus nos vitam habere credimus sempiternam.

1 poetico *L* poetica *FP* 3 gudbercte *F* gutbercte *L* gudberthte *P* 4 repperta *FL* recta *P* scripta ς ipse *om. L, add. FP* 5 diutino *F* diurno ς*LP* 11 EXPLICIT DE ARTE METRICA LIBER (*superscr.* UNUS) INCIPIT LIBER SECUNDUS DE SCHEMATIBUS ET TROPIS *F* EXPLICIT DE ARTE METRICA LIBER UNUS INCIPIT DE SCHEMATIBUS ET TROPIS LIBER II *L*

BEDAE PRESBYTERI

LIBER DE ORTHOGRAPHIA

p. 2775 P.

A littera etiam nòta praenominis est, cum Augustum sola significat. B propinqua est p litterae, qua saepe mutatur, ut supponit opponit. C nota est praenominis, cum Gaium significat, item numeri, cum centum. D littera propinqua est consonantibus his, c g l p r m t, quae succedunt in locum eius, ut accipe aggere alliga appare arripe ammitte attende: nota praenominis, cum Decium sola significat, item numeri, cum quingentos. L sola Lucium significat, M sola Marcum, N sola Numerium, praeposita G Gnaecum; P sola Publium, et cum R populum Romanum, et subiecta R rem publicam, et praeposita C litterae patres conscriptos sive post consulatum. Q littera etiam nota est praenominis, cum Quintum sola significat, item honoris, cum quaestorem, populi, cum Quirites. T nota est praenominis, cum Titum sola significat. V adiuncta C cum virga iacente superposita vir clarissimus, V geminata cum virga iacente superposita verbi gratia, V geminata cum C duplice viri clarissimi.

Ante praepositio multa significat. nam et tempus significat, cum dicitur (*Ies. 43, 10*) 'ante me non est formatus deus et post me non erit'; et praesentiam, ut (*psalm. 97, 2*) 'ante conspectum gentium revelavit iustitiam suam', id est coram gentibus; et dignitatem, ut (*genes.*

P codex Parisinus 7530
M codex Montepessulanus H 306
L codex Leidensis bibliothecae publicae 122
ς lectio vulgata exemplaribus olim impressis propagata

1 INCIP LIBELLVS BETA (*corr. al. man.* BEDE) PRI DE ORTŌ *P* ORTOGRAFIA UEDE PRESBYTERI *L* INCIPIT LIBER DE ORTOGRAPHIA *M* 3 cum augustum uel aurelium significat *P* cum Aulum sola significat *Charisius p. 9, 3 et Diomedes p. 424, 4* 4 p littera *P* 5 cum galum *M* cum ꝺ gaium *P* cum Caesarem ς*L* 6 his *om. M* quae] quia hae ς*L* 7 accipere aggere *M* accipere agere *P* accipe aggrega ς*L* 8 Decimum *Diomedes p. 424, 13*, Decium *codex Charisii p. 10, 6 et Dosithei p. 15, 22* item] iterum *P* 9 numerium *L* numerum *MP* 10 publium *M* puplium uel puplicum *P* puplicium *L* et cum r posita populum Romanum et subiecta r litterae rem publicam et praeposita c litterae patres conscriptos *Diomedes p. 425, 17* 11 c litterae *M* c littera *P* c *L* conscripti *MPL* post *om. P* 12 praenominis] nominis *MPL* 13 titum *M* titium *PL* 17 significat multa *P* 19 gentium *om. P*

p. 2775. 76 P.

48, 20) 'posuit Ephraim ante Manassen' et (*Ioh. 1, 15*) 'qui post me venit ante me factus est', id est mihi praelatus.

Aula latine domus regia est, aule graece atrium dicitur. unde notandum quod in psalmo (*28, 2*), ubi legimus 'adorate dominum in aula sancta eius', non palatium aulae nomine, sed atrium graeco vocabulo debet intellegi.

Ausculto suasori et ausculto praecepta magistri. ausculto autem et audio | ex uno graeco [sermone] vertuntur, quod est ἀκούω. [*acetum similiter et cera liquida pretiosa.]

Arra latine dicitur, arrabon graece [ἀρραβών]. agon graece [ἀγών], latine certamen. arura graece [ἄρουρα], latine arvum. asphaltos graece, latine bitumen.

Acer acerrimus, non acerissimus, agilis agillimus, non agilissimus, et in adverbiis acerrime et agillime.

Audeo audes perfectum facit ausus sum.

Adiuvo perfectae formae est, adiuto frequentativae.

Acervo aggero cumulo ex uno graeco verbo σωρεύω.

Aeger animo, aegrotus corpore, utrumque per ae diphthongon scribendum.

Aboleo abolevi, arceo arcui.

Alibi alio loco, alias alio tempore significat. attamen invenimus alias non numquam pro aliter sive pro alio loco positum.

Abstineo me cibo, alienus sum crimine. 'anteibat sapientia Salomon cunctis mortalibus' Iulianus ait. admoneo interfectorem caedis et caedem.

Aequalis alterius staturae par est, aequabile quod aequari potest.

Appetens cibum et appetens cibi: Ambrosius 'cancer ut appetens cibi ita prospiciens est periculi'.

Accuso sacrilegum et insimulo ex uno graeco venit κατηγορῶ, animadverto in te et vindico in te ex uno graeco κολάζω.

Aes singulari tantum numero gaudet, et quamvis aera dicamus, tamen ceteris casibus non utimur. autumnus genere masculino et autumnum dicitur

2 ante factus est *P* 3 aule graece atrium dicitur *M* aula graece dicitur atrium *P* graece atrium *L* 4 in aula] in atria *P* 8 sermone *et* est *om. P* acetum — 9 pretiosa *om. ML, add. P. relicta esse videntur verba ex adnotatione de duplice significatione v.* acetum 10 ἀρραβών, *item* ἀγών *et* ἄρουρα *om. L* 11 arura *L* arure *P* Rura *M* asphaltos *L* aspaltos *MP* 13 non acerrissimus *MP* non acrissimus *L* agilis agillimus non agillissimus *P, om. ML* 14 agillime] agellime *P* 15 Audeo — ausus sum *om. M* 16 est *om. P* 17 ex uno graeco uerbo *M* ex uno sunt graeco uerbo *P* ex uno graeco ueniunt *L* 23 me a cibo *M* sum a crimine *P* sapientiam *P* 26 par] pars *P* quod est aequari potest *P* 29 instimulo *L* ΚΑΤΕΤΟΡΑ *L* 31 Aes] aer *MPL*: *cf. Charis. p. 34, 20* numero tantum *M* dicimus *P*

p. 2776. 77 P.

neutro, utrumque numero singulari. aurichalcum et orichalcum dicimus et hoc singulariter tantum. sic et cetera metallica.

Ab et ex praepositiones, si sequens verbum a vocali incipiat, integrae efferuntur, ut ex oppido, ab illo; si consonantes sequantur, extremam litteram perdunt, ut e foro, a Sacerdote. hae autem praepositiones ita differunt: cum dicit quis a theatro se venire, non ex ipso theatro, sed e loco qui est proximus theatro | se venire significat; qui vero ex theatro se venire dicit, ex ipso theatro significat. ad et in praefatis praepositionibus pares, sed contraria potestate sunt, quia in forum ire est in ipsum forum intrare, ad forum autem ire ad locum foro proximum: ut in tribunal et ad tribunal venire non unum est, quia ad tribunal venit litigator, in tribunal vero praetor aut iudex.

Ancillor blandior et adulor unum significant, quod est graece κολακεύω, et dativum casum trahunt. aufero eximo adimo demo subtraho subduco ex uno graeco transferuntur, id est ἀφαιροῦμαι.

Abdico verbum potest accusativum nominis sive pronomen cum dativo trahere: Ambrosius 'qui se abdicant saecularibus inlecebris'.

Alius nomen dativum dupliciter effert, et alii et alio: habes in sacra scriptura (*Matth. 8, 9, Luc. 7, 8*) 'dico huic vade et vadit, et alio veni et venit', et rursum (*Matth. 25, 15*) 'et uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum'.

Aegyptum cum in scriptura dividere vis, p sequenti syllabae iungis; aspectum c sequenti syllaba, affectum similiter et afflictum ceteraque huiusce modi.

Assuere et assumentum panni per s, non per d scribendum. similiter assumere per s, appropriat per p scribendum, apponit similiter, accurrit per c, amministrat per m, applicat per p, alligat per l, assequor per s, allevat per l, assidue per s, aggredior per g.

Assarius ab antiquis dicebatur, nunc as dicitur, non assis. sane assis genetivus est.

Alium et dolium per i scribendum, non per e, sicut oleum: Vergilius (*buc. 2, 11*) 'alia serpyllumque' per i dixit.

---

2 metallica *P et Charisius p. 34, 19*, metalla *ML* 3 incipiatur *M* integre *MPL* 5 e foro *P* efero *ML* effero ς 8 pares sunt contraria potestate sunt *MP* pares sunt contraria potestate *L*. his praepositionibus pares (pares *om. Diom.*) contraria potestate sunt ad et in *Diomedes p. 415, 7 Dositheus p. 46, 4* 14 demo *om. L* 15 idem ΑΦΑΙΡΟΥΜΑΙ *P* id est ΑΦΑΙΡΟΝΩΑΙ *M* id est ΑΦΑΙΡΩΝ *L* 16 nominis] nomen *MPL* cum dativo *om. L* 17 abdicat *P* 18 efferat *M* 19 scriptura Et dico *M* 22 iungis ΧΒ. XC. XX. aspectum *P* 24 huiusmodi *P* 25 Assuere] Assumere *P* 26 Appropriat per d scribendum *M* appropiat per p scrib. *P* appropiat per p *L* accurrit *P* accucurri *ML* 27 applicat] amplicat *M* 28 assidue — per g *om. L* 31 scribenda *M* 32 serpellumque *P* serpillumque quod *M* serpillum *L*

p. 2777. 78 P.

Ambo et duo neutraliter, ambos et duos masculine. non nulli tamen Graecos secuti dicunt hos duo et hos ambo, quia illi τοὺς δύο et τοὺς ἄμφω dicunt: Vergilius (*georg. IIII 88*)

verum ubi ductores acie revocaveris ambo.

Anguis cum sit masculini generis, dixerunt tamen et feminino Ovidius, Varro Atacinus.

Acer facit pluralem acri, acris pluralem acres.

Absconditus, non absconsus.

Alter de duobus, unus ex pluribus, quamvis legamus unus ex duobus.

Audacter latinum est; sed audaciter melius, quia nomina x littera terminata in adverbiis iter adsumunt, ut atrox atrociter, ferox ferociter.

Accersit qui evocat, arcessit qui accusat. |

Acervus moles est, acerbus inmaturus aut asper.

Adficimur honore et adficimur iniuria.

Apparet qui videtur, adparet qui obsequitur, non regulae ratione, sed discernendi gratia intellectus.

Arbor omne lignum dicitur, arbusta non nisi fructifera.

Avenae sterile germen, habenae retinacula iumentorum: hoc de habendi potestate, illud de occupandi aviditate dictum.

Accidunt mala, contingunt bona, eveniunt utraque.

Advocatur daturus patrocinium, evocatur praebiturus obsequium, invocatur praestaturus auxilium.

Adportare est aliquid adferre, conportare in unum locum conferre, deportare deponere, exportare tollere.

Agnoscimus quae nobis exciderant, cognoscimus ignorata et invisa.

Altum et sursum et deorsum significat.

Aquatam potionem recte dicimus quae aquam aliunde recipiat, aquosum autem locum qui ex se aquam fundat.

Album naturae tantum est, candidum frequenter et studii: nam et corpori et animo aliquotiens adsignatur. albos ergo capillos, carnem candidam recte dicimus.

Alvus virorum recte dicitur, uterus mulierum, venter in utroque sexu.

Acceptor et accipiter: Vergilius enim accipiter dicit, Lucilius autem 'acceptoris et ungues'.

Apud per d scribendum, caput per t, quia facit capitis.

---

2 τοὺς δύο et *om. M* 4 ubi *om. M* doctores *P* 6 Atacinus *Charisius p. 90, 18*, et acinius *MPL* 9 ex pluribus] de pluribus *L* 10 littera *om. M* 11 ferociter] ueraciter *P* 13 aceruus *utroque loco P* 15 apparet *utroque loco P* regulari ratione *L* 16 intellectus *om. L* 18 Avenae] auena *P* 23 locum *om. M* 24 deportare — tollere *om. M* 25 excederant *MP* ignorata] ignorantia *M* 28 locum eo quod ex se *L* 30 corpore *P* carne *P* 33 lucillus *MPL* autem coma heroio acceptoris et ungues *L* 35 Apud — capitis *om. M*

p. 2778. 79 P.

Armarium locus ubi quarumcumque artium instrumenta ponuntur, armamentarium ubi tantum tela armorum.

Accedit per e ab ambulando, accidit per i ab eventu.

Belzebub, non belzebul aut belzebud. Belial, non Beliar.

Byrsa graece, latine corium.

Bellus bellissimus: comparativum non habet, sed pro eo dicendum magis bellus et e contrario minus bellus, id est minus pulcher.

Bucina est qua signum dat bucinator, bucinus ipse canor ex hac editus. bucina pastoralis est et cornu recurvo fit, unde et ceratinia graece vocatur. tuba autem de aere vel argento efficitur et sollemnitatibus concrepat.

Baptismus baptismi genere masculino et baptisma baptismatis neutro et baptismum | baptismi aeque neutro.

Barbam hominis, barbas pecudum dices.

Buxus arbor erit, buxum materia ipsa.

Balneum veteres dixerunt sive balineum: nihil enim differt, sed in privatis; *in* publicis autem feminini generis, et quidem numero semper plurali frequenter balneas.

Balvae, id est thyrae, per b incipiant.

Baratrum singulariter tantum effertur. sic autem vocabant gentiles locum apud inferos.

Blanditiae et bigae, sicut et trigae et quadrigae, pluraliter tantum. sed in nostrorum litteris scriptorum et bigam invenimus et quadrigam.

Cana et Simon Cananaeus per simplicem c, Chanaan et mulier Chananaea adspiratione addita.

Cynomia per y scripta caninam muscam significat; cynos enim graece canis dicitur: coenomia per diphthongon oe communem muscam; coenon enim graece commune est, unde coenobium a communi vita nomen accepit. quod in exodo et in psalterio in primis translatum esse arbitramur, ut omnis generis musca significaretur, sed similitudine soni per incuriam contigisse ut cynomia pro coenomia scriberetur.

Coitus generaliter omnis coeuntia sive itineris sive concordiae sive conubiorum.

---

1 quarumque *P* 4 Belzebub non belzebul aut belzebud *P* Beelzebub non belsebul aut belsebud (aut belzebud *L*) *ML* beliab *priore loco P* 5 graecum *M* 6 habet *corr.* habent *P* 7 e contra *M* 8 bucinus] becinus *M* 9 becina *posteriore loco M* ceratinia *ML* KEPATINIA *P* κερατίνη ς uocatur graece *M* geñ uocatur *P* 10 et in sollempnitatibus *P* 11 et *ante* baptisma *om. M* 13 dicimus *M* 16 in *posteriore loco om. MPL, add. Charisius p. 99, 4* 17 frequenter balneas *om. L* 18 Baluae id est thyrae *M* Balbae id est tyrae *P* Beluae id est ferae *L* ς 19 efferuntur *P* 21 bigae sicut et *om. M* pluraliter tantum effertur *P* pluraliter tantum efferuntur ς 23 symon chananaeus *P* canan et mulier aspiratione addita chananaea *P* 25 Cinomia per i *M* scriptum *P* 26 canis] canos *P* 29 significaret *P* 31 omnia coeuntia *L*

p. 2779. 80 P.

Carduus trium syllabarum est, ut arduus fatuus mortuus, ideoque similiter declinandum est, huius cardui huic carduo et hunc carduum, pluraliter hi cardui carduorum carduis.

Cubicularius custos cubiculi, cubicularis vero lectus cubiculo aptus, ut caligarius artifex, caligaris clavus.

Clunes feminino genere dixit Melissus; sed Verrius Flaccus masculino genere dici probat.

Commodamus amico pro tempore equum vestem servum, hanc ipsam rem quam dedimus recepturi; mutuo damus pecuniam triticum vinum et his similia, quae mutata recipi necesse est.

Canities, non canitia dicenda.

Camara dicitur, ut Verrius Flaccus adfirmat, non camera per e; sed Lucretius 'cameris ex teretibus' dicendo etiam cameram dici posse ostendit.

Curriculus masculine diminutio est currus, curriculum autem neutraliter spatium ad currendum aptum vel ipsum currendi officium. |

Clipeus masculino genere in significatione scuti ponitur, neutro autem genere imaginem significat. sed auctoritas utrumque variat.

Caseus masculini generis est, sed Pomponius neutraliter dixit 'caseum molle'.

Cuspis cuspidis, non cuspes.

Capparim feminino genere dixit Varro. nam et graece feminino dicitur *ἡ κάππαρις*.

Cassidem dicimus nos ab eo quod est haec cassis, sed multi cassidam dicunt, ut et Propertius (*IIII 11, 15*)

aurea cui postquam nudavit cassida frontem',

et Vergilius (*Aen. XI 774*) 'aurea vati cassida'.

Capo nunc, sed Varro de sermone latino ait 'ex gallo gallinaceo castrato fit capus'.

Cingula hominum generis neutri est. nam et animalium genere feminino has cingulas dicimus.

Capax qui facile capit, capabilis qui facile capitur.

Collocat per l scribendum, non conlocat per n.

---

2 hunc cardum *P* 6 Melissus *Charisius p. 101, 4*, melusus *M* melussus dic̄ *P* melussus *L* uerius *P* 7 probat] potest *M* 9 quam] quod *P* 10 mutuata *M* 11 non canitię deducenda *P* 12 uerius *P* non camere *P* 13 Lucretius] *cf. Lachm. in Lucret. p. 399, Mueller Lucil. sat. rel. p. 161* 15 Curriculis masculini *P* currus *P* currus *corr.* a curru *ut videtur M* a curru *L* 17 clippeum *P* 22 capparis gen. fem. *P* graece feminine *Charisius p. 103, 13* dicitur] dixit *P* 23 *ἡ κάππαρις om. M* 24 nos *om. P* cassida dicunt ς 25 Propertius] prosper tyro *L* 26 aurea — 27 Vergilius *om. M, add. PL* nadauit *P* 28 gallinaceo *M* gallenacio *P* gallinatio *L* 30 Cinguli hominum *M* 33 scribendum *ML* scribitur *P*

p. 2780. 81 P.

Calumnia est crimen falsum, cum nobis adversarius aut malum quod non fecimus obicit aut bonum quod fecisse probamur in contrarium interpretari conatur.

Consulo tibi, prospicio, provideo ex uno graeco veniunt, quod est προνοῶ σου. contemno hostem, despicio, sperno, aspernor ex uno graeco veniunt, quod est καταφρονῶ.

Commeio lectum est et permeio, commixi et permixi.

Comitor amicum et amicis.

Corinthium civem dicimus, Corinthiacum vas.

Comminus gladiis pugnamus, eminus iaculis, quia illud a manibus non recedit, hoc e manibus emittitur.

Clipeum armorum, clupeum imaginis est.

Cadit quis etiam in plano, decidit ex alto.

Caerulus naturae color est, caeruleus fingitur: ita alterum est, alterum fit.

Claritas tam luminis est quam perspicuitatis, claritudo generis. prior itaque splendoris, posterior nobilitatis est.

Cruciatus est dolor corporis, vel cum homo ab altero cruciatur, cruciamentum quod cruciat.

Cerno et cresco in eundem perfectum cadunt, crevi.

Caedo cecidi per ae diphthongon, ‘caeditur et tilia ante iugo levis’ Vergilius (*georg. I 173*); cedo cessi per e simplicem.

Cupio cupivi facit et cupi: Cicero pro Cluentio ‘et filium et hunc cum maxime filium interfectum cupit’ pro cupivit. |

Calumnior innocenti, non innocentem, tametsi quidam interpretum graecam locutionem secuti accusativum posuerint dicentes (*Matth. 5, 44*) ‘et orate pro persequentibus et calumniantibus vos’.

Cur adverbium saepius indicativum verbum trahit: Gregorius ‘discutiendum est, cur quadam die factum aliquid coram domino dicitur’.

Clavus singulariter, quae est purpurata vestis, et declinatur genere

---

4 prospicio] pro spatio *P* 5 despicio *P* dispicio *ML* aspernor *M* aspêrno *PL* 7 est *om. ML* commixti et permixi *L* comminxi et perminxi ς 9 Corinthium] chorintium *corr.* -tum *M* Corinthiacum] chorintium *corr.* -thium *M* 10 quia *L* qui *P* quae *M* 11 hoc e manibus *M* h de manibus *P* hoc a manibus ς *L* 12 clypheum — clupeum *P* clipeum — clipeum *L* clypeus — clypeum ς *M* 13 cadis quis *P* 19 quod cruciat *L* qui cruciat *P* quod cruciatur *M* 21 caedo cecidi *P* caedo caecidi *ML* et] e *M* 22 uirgilius creui cedo *P* 23 cicero in procleuntio *MPL*: *Cic. p. Cluent. 5, 12* quae multos iam annos et nunc cum maxime filium interfectum cupit 25 quidem *P* 26 accusatiuum casum posuerunt *P* 27 et calumniantibus *om. L* 29 die] diem *P* 31 singulariter quae est] similiter quae est *ML, om. P* purpureae *M* declinator *P*

p. 2781. 82 P.

feminino. callum quoque et caenum et crocum neutro, sed Vergilius (*georg. IIII 182*) masculino 'crocumque rubentem'.

Cani cancelli et casses singularem numerum non habent: casses autem retia dicuntur: caulae similiter, caerimoniae cunae et compedes et in neutro genere castra cibaria crepundia cunabula [singularem numerum non habent].

Cruor pluralem non habet: Vergilius (*Aen. IIII 687*) plurali cruores, 'atque atros siccabat veste cruores'.

Contagium et contagia neutro genere dicenda, et haec contagio feminino.

Comoedia carmina quae in conviviis canuntur, quia comessatio graece κῶμος dicitur.

Cartallos graece, latine fiscella. calamos graece, latine arundo. canon graece, latine regula. cados graece, latine situla.

Cunabula sunt panni infantiae, sed Iohannes Constantinopolitanus episcopus scribit Lazarum in monumento cunabulis involutum.

Cantator et cantatrix a verbo canto et cantor atque cantrix a verbo cano recte dicitur.

Comburo per m scribendum, non per n, comparo similiter et compono ceteraque huius modi.

Conspectus cum in scriptura dividendum est, c sequenti syllabae iungis.

Complaceo, non conplaceo; commoratus, non conmoratus; comprehendo per m.

Camelus per unum l scribendum, commodat et commendat per m, computrescit per m, complures per m.

Columna cum scripto dividendum est, m sequenti syllabae nectis; calumnia similiter.

Celo celas, id est abscondo, per simplicem e scribendum; caelo caelas, cum picturam significat, per diphthongon ae proferendum. unde caelum melius intellegitur dictum ab eo, quod caelati instar multifaria sit siderum varietate depictum, quam quod invisibilia et incerta mortalibus celet arcana.

Cantarus animal est, | cantarum camara domus.

---

1 callum quoque et cenum singularis numeri sunt. cani *L*ς neutro sed et uirgl' masculinum *P* neutra sed uergl' masculino *M* 4 caeremoniae *M* 5 singulare numerum non habent *P, om. ML* 7 cruor habet pluralem uirgilius atque atros siccauat ueste cruores *P* cruor plurale non habet uirgilius plurali cruores atque atros significabat *L* 8 veste *om. M* 9 haec contagio *P* haec contagia *ML* 10 comesatio *PL* 12 calamos *P* calamus *ML* canon graece ΚΑΝΟΝ latina regula *P* 13 latinum situla *M* latinos situla *P* 16 cantator] cantor *M* 20 c] con *P* syllaba *P* 21 conplaceo non complaceo *P* conprehendo (*om.* per m) *P* 25 diuidenda *MLP* sequente *P* 27 scribendum *om. M* 29 quod caelat instar picturae uel quod multifaria *M* 30 quam quod ς*L* quam qui *P* uel quod *M* celet *ML* calet *P* 31 camara *PL* camera *M*

p. 2782 P.

Clamo clamoris simplicis est, conclamo simul cum multis. est etiam acclamo, cum falso aliquem accuso, sicut Cicero † de prasio 'solis innocens acclamationibus punitus est'. reclamo aliquem exeuntem vocitans; inclamo et succlamo murmurandi est; proclamo laudandi vel deprecandi exaltatio; declamo rhetorizandi; exclamo, quando pro viribus vocem elevo.

Curro hoc tantum significat, quod in itinere positus nullam facio comperendinationem; curso autem, paulo citius aliqua necessitate extorquente festinare cogor; cursito vero, quando hoste me insequente fugio.

Circa ad visibilem materiam vel locum pertinet, erga autem ad animum spectat, maxime cum aliquem propensiorem affectum gerat proximorum. circa ad tempus refertur, circiter ad numerum.

Carcer ubi homines coercentur singulariter semper, carceres unde currus effunduntur pluraliter dicuntur, utrumque masculine.

Cepit de capiendo scribimus, coepit de incipiendo. coepta per diphthongon, incepta per simplicem e.

Columbae quae mansuefieri possunt et domibus adsuescere, palumbes ferae et saxis silvisque inhabitantes.

Conscribere est multa simul scribere; exscribere quod alibi scriptum sit transferre; transcribere, cum ius nostrum in alium transit; inscribere accusationis est, adscribere adsignationis, describere dictionis vel ordinationis.

Consuescimus bona, insuescimus mala, adsuescimus utraque.

Crassari corporis est et saginae, grassari animi et crudelitatis.

Dilibuit unguento, non delibuit. disertus orator est, desertus derelictus. delator qui defert ad accusandum, dilator qui differt ad proferendum. deluit purgat, diluit temperat. deduco de amico producendo, diduco autem est distraho.

Dimidiatum calicem bibi, non dimidium dicere debemus. non enim ipsum vas bibis sed quod intra vas est.

Donamus et illud quod damus et illum cui damus.

---

1 etiam] et *P. ante* est etiam *alia verbi* acclamo *definitio videtur omissa esse* 2 cum falso — 4 succlamo *om. Lϛ. Ciceronis verba unde petita sint non inveni* falso *om. M, add. P* 3 reclama aliquem exeunte *P* 4 succlama *P* 5 exaltatio *P et Albini orthogr. p. 2329,* exultatio *ML* 6 significat *om. M* 7 componendirationem *P* curso] curros *M* aliquo *P* 8 hoste me insequente *P* hostem me insequente *M* hostem insequentem *L* 10 aliquis *M* gerat *L* gerit *M* generat *P* proximorum *om. L* 11 circa ad tempus *P* circum ad tempus *ML* 16 mansuete fieri *P* 18 quod alii scriptum sit *P* quod aliis scriptum est *M* quod aliis sit *L* 19 transferri *P* nostrum] num̄ *P* inscribere accusationis est adscribere adsignationis *P* inscribere adsignationis *M* inscribere accusationis est *L* 20 vel ordinationis *om. M, add. PL* 22 crassari] grassari *M* et saginae] adsagene *P* grassari *corr.* crassari *M* 23 disertus] desertus *P* 25 diluit] deluit *P* 29 illud quod] illud quae *M* illi quod *L* illum] illud *M*

p. 2782. 83 P.

Delictum peccatum aliquod dicimus, delectum militiae aut alicuius examinis electionem appellabimus. nam et diligi affectionis est, deligi iudicii.

Daemon per diphthongon notandus, deus per e solam.

Damnatus et addictus et absolutus: Vergilius (*Aen. XII* 727) 'quem damnet labor', id est virtus sua absolvat aut victorem faciat. |

Dolium per i scribendum, non doleum per e.

Dilectio et diligo per i et quae declinantur sive derivantur ex his, delectatio et delector et quae declinantur ex eis per e scribenda.

Domuncula conclavium, domus domicilium, nidum avis.

Descendo montes dicere potes, id est per montes vel in montes, descendo scalas aut piscinam, id est per scalas et per piscinam. degredior monte dicimus recte et significamus de monte.

Discrucior et crucior animi et animo et animum.

Decus honoris, decor formae est.

Deliciae et divitiae non habent numerum singularem.

Denarius latine masculini generis est, denarion graece neutri. dialogos graece, disputatio latine. drama graece neutri generis, latine fabula.

Defunctus cum scripto dividitur, c sequenti syllabae iungenda.

Didymus, id est geminus, prima syllaba per i, secunda per y scribitur.

Deliramentum, non deleramentum, quia a verbo liro, id est sulco, originem trahit; et sicut boves, cum a recto sulcandi actu declinant, delirare dicuntur, sic et homines qui de bonis ad mala corda devertunt.

Diluculum, non deluculum, quia modicam diei lucem ostendit.

Desiderium est rerum absentium et nondum adeptarum, concupiscentia utrorumque. concupiscuntur enim quae habentur et quae non habentur. nam concupiscendo fruitur homo rebus quas habet; desiderando autem absentia concupiscit.

Dure regulae, duriter antiquitatis est.

Dito et divito idem et locupleto, graece πλουτίζω.

Decurio decuriavi et decumo decumavi unum est, graece δεκατῶ.

Dimittere est derelinquere, demittere deorsum mittere, velut (*Iob. 38, 6*) 'quis demisit lapidem angularem eius?'

---

1 aliquid *P* delectum militiae (malitiae *P*) *PL* dilectum militiae *M* 2 electione appellauimus *P* electionem appellamus *ML* deligi] delegi *ML* 3 notandus est *M* 7 sive derivantur — 8 declinantur *om. L* 9 conclauum *M* 10 descendo scalis aut piscinam mane id est *P* 12 recte et] recedere *P* 15 et deuitiae *P* 18 Defunctus — iungenda *hoc loco omissa post* 23 ostendit *habet P* c *om. P* syllabae est iungendum *M* 19 scribitur *P* scribenda *ML* 20 deliramentum non deleramentum *L* ς diliramentum non deleramentum *M* deliramentum non deliramentum *P* quia a uerbo liro *L* quae a uerbo liro *M* quia uerbo libro *P* 21 trahit — recto *om. P* recto ς recti *M* recte *L* 22 corda *L* corde *M* cordie *P* diuertunt *MPL* 23 quia modicam *L* qui modicam *P* quae mox *M* 28 dure — est *om. ML, add. P* 29 dito diuito *ML* idem et] id est *L* 31 velut] uel *corr.* ut *M*

p. 2783. 84 P.

Dominor tui et dominor tibi.

Dogmata graece, latine decreta. dogmatizo decerno sive censeo.

Dum coniunctio aliquando indicativum verbum trahit: Gregorius ‘ne scientia, dum novit et non diligit, inflet, ut, dum intuetur quod illa aliquando non habuit, temperet dolorem, quod amisit’.

Doleo vicem tui et tuam et doleo tibi: Gregorius papa de Benedicto patre ‘cum persecutorem suum amaret, magis illi quam sibi doluit’.

Dum coniunctio aliquando modum coniunctivum, | aliquando trahit indicativum, ut ‘dum anxiaretur cor meum’ et ‘dum dicitur mihi cotidie «ubi est deus tuus?»’ et beatus papa Gregorius ‘amici ergo beati Iob, dum percussionum genera distinguere nesciunt, percussum pro culpa crediderunt’. item aliquotiens dum ut significat, ut poeta (*bucol. 9, 23*)

Tityre, dum redeo, brevis est via, pasce capellas.

Desperatus per e scribendum, dispersus per i. discedo per i, descendo per e.

Diastole graece, latine interdictum. est autem nota ad pedem litterae posita, quae male coniuncta separet, ne puer legens erret, ut

libera per vitreos movit vestigia campos.

Domus ablativum casum dupliciter effert, et in o videlicet et in u. sed a domo genetivus pluralis fit domorum, a domu domuum.

Egeo victus et victum et victu. eripio flammae hominem. egredior domo et civitate.

Error est rei vitium, ut amor dolor; erratio certae viae; erratrix personam respicit, ut venatrix; erratica hedera, vitis.

Eloquentia et eligantia singularia semper.

Exuviae exequiae excubiae, quae graece *νυκτοφυλάκια* dicuntur, exta quoque tantum pluralia.

Emporia feminino genere et est graecum, latine mercatus.

Emolumentum per e simplicem scribendum, aemulatio per ae diphthongon.

Equo sedeo dativo casu et ablativo sine praepositione dicendum, et equum sedeo accusativo et in equo et super equum similiter.

---

3 nescienti *P* 4 inflet item dum *L* ς intuetur illa quae aliquando *M* 5 dolorem de illa quae amisit *M* 7 quam] qui *P* 9 modum *om.* *P* 10 anxieretur *M* dicitur] dati *P* 11 et dum beatus *P* ergo] autem *P* 13 dum aut significat *M* 16 discedo] dicendo *P* 18 interdictum forboten *P* 19 positam *P* 20 liber aperuit reos *M* liber per uit. reos *P* 22 a domu domuum] a domo domuis *P* 23 uictum et uictu] uictui *P* 25 certa uia *P* 26 hedera uitis *P* hedera uicii *ML* 27 semper Empora — per e simplicem scribe Exuuiae — tantum pluralia Aemulatio *P* 28 exiquiae *M* 34 in equo] in equum *P*

p. 2784. 85 P.

Emanat fons sive terra aquam, id est gignit ac producit, et emanat aqua de terra sive fonte, id est profluit: Gregorius 'qui locus a Romana urbe quadraginta fere milibus distans frigidas atque perspicuas emanat aquas', et iterum de eodem sepulcro 'illius fraglantia suavitatis emanavit'.

Exprobrat qui commemorat quae praestitit, obprobrat qui obprobrium obiectat, hoc est vitium.

Expectatur venturus, spectatur qui videtur vel probatur.

Exercitus laboribus, exercitatus studiis.

Exstruere est in altum struere, instruere aciem vel actionem, adstruere adfirmare, construere in struendo coniungere, substruere | re aliqua supra posita subter struere.

Excubiae per b, exuviae per v scribendae.

Eorundem et earundem per n exprimenda, non per m.

Fimbria genere feminino et fimbrium dicitur neutro.

Fides fidei de credulitate, fides fidis de chorda; utraque es longa.

Flemina sunt, ubi abundant crura sanguine; plemina, cum in manibus vel in pedibus callosis sulci sunt.

Fastus de superbia facit fastuum genetivo plurali, fastus de libris facit fastorum.

Fungi agere est, defungi peragere.

Fremor est murmur hominum, fremitus ferarum.

Flavum dicimus rubeum, sicut (*Verg. georg. I 96*) flava Ceres, furvum nigrum, fulvum nigro rubeum, sicut fulvum leonem dicimus, fulvam aquilam et fulvum aurum et (*Verg. Aen. XII 792*) 'fulva pugnas de nube tuentem', quae haberet igneum aliquid de caelesti et sordidum de lugubri. fulvum certe aurum, cui ad decorem splendoris sui nigelli aliquid additur.

Forum neutro genere dicimus locum rebus agendis destinatum, vel cum commercium significamus; foros masculine tabulata navium, ubi remiges sedent, et semper pluraliter.

---

1 aquam] aqua *P* 2 de fonte siue de terra *L* 3 fere] ferme ς *L* 4 fraglantia *L* flagrantia *MP* fragrantia ς 6 exprobat *P* opprobat *P* 13 excubiae per b eorundem et earundem per n non per m exuuiae per u scribendae exprimenda non per m *L* scribendae *om. M* 14 eorumdem et earundem per n non per n *P* 16 es longa *ML* est longa ς *P* 17 plemina *posteriore loco Caper p. 99, 9*, flemina *PL* fleumina *M* 18 callosis *L* collosis *M* calloris *P* callosi *Caper* 19 fastos de libris *L*ς 20 facit] et facit *P* 22 murmor *P* 34 nigro] nigru *P* 25 et fulua pugnasse de *MP* ut fulua pugnase de *L* ut fuluas pugnas de ς 27 nigilli *P* 28 additur *M* addat *P et ut videtur L* addatur ς 30 commercium] mercium *P* 31 et semper pluraliter *om. P, post* 273, 1 facit *habent ML: cf. Charis. p. 71, 29*

p. 2785. 86 P.

Fornax genere feminino dici debet, quia per deminutionem facit fornacula, non fornaculus.

Falanx militum dicitur, falanga fustis cui quid deligatur.

Fedus, quod est deformis, per e solam scribendum, foedus, quod est pactum, per oe diphthongon.

Formosus sine n, sicut speciosus.

Fructum cum dicis sive scribis, c secundae syllabae iungis; factum et fictum similiter ceteraque huius modi.

Falso et nomen et verbum et adverbium est, nomen ablativi casus, ab hoc falso; verbum primae coniugationis, falso falsas; adverbium, ut falso loqueris.

Flagitia quae in deum peccamus, facinora quae in hominem.

Flagro amore et ardeo amore ex uno graeco venit *καίομαι*.

Fidens sum animi et animo. fidus amicus erit, fidelem famulum dicito. item fidelis fit, ut domino servus, fidus natura: ita alter tempore cognoscitur, alter semper invenitur.

Fimus et fumus pluralem numerum non | habent, fames similiter *et* faenum et fel. furfures et freni masculina semper pluralia, sed et frena et frenum invenimus. far frumentum et cetera frugum nomina semper singularia, quamvis frumenta et hordea legamus. fauces singularem non habent, quamvis et faux inveniamus.

Fidus fidissimus comparativum non habet, sed pro eo dicendum magis fidus itemque e contrario minus fidus.

Facilis facillimus, non facilissimus, sic et difficillimus et in adverbiis facile facillime, difficile difficilius difficillime. nec dicimus faciliter aut difficiliter, tametsi veteres dixerunt.

Fulgeo et fulcio eundem habent perfectum fulsi. frico fricas fricui, frigo frigis frixi.

Facinus et facinora non solum peccata, sed aliquando etiam bona opera designant: nomen a faciendo figuratum.

Fratres dicuntur non solum mares ex isdem parentibus nati, sed etiam masculus et femina sive plures utriusque sexus eodem patre vel matre eadem generati fratres promiscue vocantur.

Gula dicendum, non gyla, quia y litteram nulla vox nostra adsciscit.

---

1 quia] qua *M* qui *P* 3 fallanx *corr.* falanx *M* falax *P* delegatur *L* 4 quod] qui *utroque loco P* per e solam *M* per solam e *L* per e *P* 5 cum oe diphthongo (scribendum *add. M*) *ML* 12 flagro *L* flagror *M* flagor *P* ΚΑΟΛΑΥ *M* ΚΑΩΑΙ *P* ΚΑΟΥΙΑΙ *L* 16 et *ante* faenum *om. MPL* 17 furfures] fures *M* 19 legimus *P* 20 inuenimus *PL* 21 non habent *M* 22 e *om. P* 23 non facillissimus *ML* 25 dixerunt *P et Charisius p. 114, 18,* dixerint *ML* 27 frigo frigis frixi *L*ς frigo frigas frigui *MP*: *cf. Charis. p. 247, 23* frigeo friges frixi et frigo frigis frixi 30 ex hisdem parentibus nati ex hisdem *P* 31 masculi et feminae siue plures utriusque sexus *L*ς utrisque sexus *P* utrumque sexu *M* et eadem matre *L*ς

p. 2786. 87 P.

Gobius piscis, non numquam gobio legitur.

Gaudium animi, laetitia et exultatio etiam verborum atque membrorum.

Gremium dicimus interius accinctae vestis secretum, sinum exterius sinuatae vestis receptaculum.

Gluten neutro genere glutinis glutini, sed et glutinum Sallustius dicit, glutini glutino.

Git monoptoton et pluralem numerum non habet. est autem neutri generis et per omnes casus declinatur.

Gracilis gracillimus, non gracilissimus.

Gaudeo gaudes perfectum habet gavisus sum.

Hilarus facit pluralem hilari, hilaris pluralem hilares.

Hospes et qui recipit et qui recipitur.

Horrendum dicimus et despicabile aliquid et mirandum: Vergilius (*Aen. XI 507*) 'oculos horrenda in virgine fixos'.

Herbidum locum dicimus in quo herba est, etiamsi aridus esse consueverit, herbosum qui herbam facile generat, etiamsi ad tempus aridus sit.

Haurio et haustus per adspirationem scribendum. harena per adspirationem, quia ab haerendo vel ab hauriendo aquam dicta est. |

Hebescit qui natura stupescit, hebetescit qui amittit aciem.

Hi pronomen plurale per unam i scribendum, his similiter per unam i.

Holocaustoma numero singulari, holocaustomata plurali.

Hamo hamas et nomen hamus cum adspiratione scribenda. sic et inhamo et perfectum inhamavi.

Herbescit ager, cum herbam generat, sicut adolescit et pubescit, cum spicae proximant.

Humilis et contrarius superbo dicitur, quod est virtutis animi, et contrarius sublimi, quod est condicionis. sed et locus humilior, qui inferius iacet, solet appellari. humiliatus etiam pressuris afflictus appellatur.

---

2 et *om. PL*ς, *add. M et Agroecius 121, 15* etiam] est et *P* 5 glutinis] gluttinis *P* sed et glutinum masc. salustius dicitur glutinum glutini glutino *M* dicit ς *L* dicitur *P* 7 git ς *L* gith *PM* 9 non gracillissimus *ML* 10 gauisus sum et inhermus facit pluraliter hilari et inhermi et hilaris et inhermis fac. Hilarus hilares et inhermes Hospes *P* 13 dispicabile *PL* et admirandum *L et Agroecius p. 121, 1* Vergilius *om. L* 15 etiamsi aridus esse consuerit aridus sit *P* si aridus esse consueuerit *M* etiamsi aridus esse consueuit *L* 16 herbam] herba *M* 17 harena per adspirationem qui ab arena uel ab auriendo aquam dicta *P* harena per adspirationem quae ab haerendo uel ab hauriendo aquam dicta *M* harenam similiter quia ab harendo uel ab auriendo aquam dicta est *L* 19 qui a natura usu tepescit *P* qui (quia *L*) naturae usu tepescit *ML* 20 per unum i scribendum *ML* per una i scribe *P* per unum i *ML* per una i *P* 22 nomen habes cum adspirationem scribe *P* 23 inamo *PM* hama *L* humo ς inhamui *PM* amaui *corr.* hamaui *L* humaui ς 24 adulescit *L* 26 Humilis] Humilitas *P* et *priore loco om. M* quae est uirtus *M* et est uirtutis *L* 27 quod est condictionis *P* quae est conditionis *M* sed] sic *L* 28 etiam in pressuris *ML* etiam pressurit *P*

Intempesta nox est media nox, quando quiescendum est, hinc utique dicta, quia inoportuna est actioni vigilantium. tempestivum enim veteres dixerunt oportunum et intempestivum inoportunum ducto a tempore vocabulo, non a perturbatione aeris, quae consuete tempestas vocatur. quamquam isto verbo licenter utantur historici, ut dicant 'ea tempestate' quod volunt eo tempore intellegi. inmaturitas nocturnum tempus est, quod non est maturum, id est oportunum ut agatur aliquid vigilando, quod etiam vulgo dici solet hora inportuna, graece *ἀωρία*, 'praeveni inmaturitate' *ἐν ἀωρίᾳ*. nihil vero interest ad sententiam, utrum inmaturitate an in inmaturitate dicatur, quo modo nihil distat, utrum quis dicat egisse se aliquid galli cantu an in galli cantu.

Iuventus et senectus plurali numero non flectuntur. iuvenis et iuvenior non recipiunt superlativum, sicut nec senex et senior. solent autem iunior et senior ad se invicem dici minor et maior, etsi neuter ipsorum senili accessit aut propinquavit aetati: Ambrosius 'iunior est herbis sol, iunior faeno'.

Interior et intimus non habent positivum gradum, inferior et infimus similiter.

Ipsum neutro genere dicendum, non ipsud, ut illud et istud, quoniam veteres nominativum masculini non ipse dicebant, sed ipsus.

Inpingo facit perfectum inpinxi et inpegi.

Inmunes periculi et inmunes a periculo.

Indigus et prodigus per unum u scribenda, | indiga et prodiga sine u: Augustinus 'avaritia pecuniam congregat, luxuria spargit, ista indiga est, illa prodiga'.

Incredibile quod credi non potest, incredulus qui credere non vult.

In praepositio significat modo id quod est valde et vim verbi cui praeponitur auget, ut increpuit insonuit infregit; modo idem quod non, ut invalidus infirmus; modo ponitur pro eo quod est inter, ut 'benedicta tu in mulieribus'; modo pro adversus, ut 'duo in tres et tres in duos dividentur'; modo pro spatio temporali, cum significat usque, ut dicimus 'a mane in noctem' et volumus intellegi 'usque in noctem'.

Interest et refert producta re unum idemque significat, quod graece dicitur *διαφέρει*, dicimusque ita, interest mea et refert mea, interest eius et refert illius, interest et refert nostra, interest et refert illorum.

---

2 quia] quae *M* 3 inoportuno dictum *P* ducto *M* dicto *L* 5 libenter *P* tempestate] tempeste *P* 7 ut agatur aut aliquid *P* 8 dici solet] dicitur *L* hora inoportunum *P* 9 vero *om. P* 12 Iuuentus sicut et senectus *M* non flectuntur *M* inflectuntur *L* ꝛ inflectet *P* 13 nec *om. M* 14 ipsorum] eorum *P* 19 non ipse dicebant sed ipsius *P* non ipsum dicebant sed ipsud *M* 20 inpegi] inpingi *P* 23 augustum *P* ista] illa *P* 26 id quod et ualde *L* id quod ñ est ualde *P* et ualde *M* 27 idem *om. L* 29 in mulieribus] inter mulieres *P* ut duo inter tres in duo diuiduntur *P* 32 idemque] idem *P*

p. 2788. 89 P.

Impleor vini et vino. invado te et in te; intueor te et in te; incurro te et in te, incurri et incucurri. invideo divitem, invideo ei pulchritudinem.

Iratus ex offensa est, iracundus natura. itaque ira repentino motu nascitur, iracundia perpes vitium est.

Ignis ablativum casum et in e et in i mittit.

Iuga montium pluraliter semper: iugum enim iumentorum: sed Vergilius (*Aen. VI 676*) 'hoc superate iugum'.

Intestina et incunabula pluralia tantum. iubar singulariter tantum. ius, id est aequitas, non habet pluralem nisi iura tantum. iocum singulariter neutrale, pluraliter hi ioci et haec ioca.

Instar illius rei dicere debemus, non ad instar.

Inluvies sordium est, ingluvies ventris, illud a non lavando, hoc ab inglutiendo dictum.

Iuventus multi invenes dicuntur; iuventas unius hominis aetas; Iuventa ipsa dea, ut Graeci dicunt aut poetae, Iunonis filia, uxor Herculis, a qua Iunium mensem appellatum in libris fastorum legimus.

Insita arbor est cui incisae alienum germen includitur, adsita cui incolumi aliud, quod sustineat, adiungitur.

Invideo tibi divitiis, non divitias.

Inermus facit pluralem inermi, inermis pluralem inermes.

Illius similis ad mores refertur, illi similis ad vultum.

Invidus qui invidet, invidiosus qui invidiam sustinet.

Idem correpte neutrum, idem producte masculinum in utroque numero.

Interpretor et quae derivantur sive declinantur ab eo per simplicem e scribenda.

Inberbi dicuntur, non inberbes. sic etenim Varro, 'inberbi iuvenes', sed et Cicero (*de dom. 14, 37*) inberbum dixit, non inberbem; | Titus Livius autem inberbis singulariter.

Imputribile per m scribendum, non per n; impono similiter et huius modi similia, immitto, non inmitto; irrigo, non inrigo; impleo, non inpleo; immundus, non inmundus.

---

1 invado te et in te *om. ML, add. P* 2 inuideo ei et pulchritudinem *Lς* 3 itaque *Lς* ita *P*, *om. M* repentino animi motu *Albini orthogr. p. 304, 5* 5 abl. casu *P* ablatiuum *ML* 6 enim est iumentorum *Lς* sed et uergilius *P* 7 superorate *P* 8 iubar — iura tantum *om. ML, add. P* 12 inlues sordidum est inglues uentris *P* ab (ad *P*) ingluendo *PML* 14 iuventas] iuuentus *P* Iuventa] iuuentas *M* 15 grece dn̄t aut pocce dn̄t aut poeta *P* poeta *M* 16 fastorum *L* pastorum *PM* 17 insitam arborem cui *M* 19 diuitiis] diuitis *P* 20 inhermus — inhermi — inhermis — inhermes *M* inhermus facit plu̅r inhermis pluraliter inhermies *P* 24 quae] quid *P* 25 scribe *P* 26 sic enim et Varro *Charisius p. 95, 18* iuuenis *P* 27 inberbum dixit *M* imperbum (*corr.* imberbum) perduxit *L* inbium produxit *P* imberbum per um dixit *ς* 28 libius *PML* 29 Imputribilem per m scribi non per n inpono *P*

p. 2789 P.

Inquilini non habentes propriam domum, sed habitantes in alieno, incolae sive advenae utique adventicii perhibentur, quae cuncta ex uno graeco, quod est πάροικος, in sacris litteris interpretata habemus. ex his derivantur nomina incolatus et inquilinatus. trahit autem inquilinus, sicut et peregrinus, non numquam nomen dativi casus, ut Augustinus de reprobis 'sunt autem et ipsi peregrini et inquilini non huic terrae, sed populo dei'.

Imponere est rem aliquam sive corporalem seu incorporalem alteri rei superponere. sed et imponere pro fraudem facere aliquando dicitur, unde impostura vocatur, cum argentum vel aurum viliori metallo adulteratur, et qui hoc facit impostor vocatur. unde etiam vulgo qui aliquid fraudis facit-aut simulationis impostor solet appellari: Gregorius papa 'coepit illum simulatorem et verbo rustico impostorem clamare'. unde habes in sacra scriptura (*genes. 29, 25*) 'quare imposuisti mihi? nonne pro Rachel servivi tibi?' et in regum (*I 28, 12*) 'quare imposuisti mihi? tu es enim Saul', hoc est 'quare me simulatione decipere et fraudem facere voluisti?' et Augustinus 'et ideo sibi miser imponit: sibi enim fraudem facit qui perdit meliora amando peiora'.

Large et largiter: Iulius Modestus utrumque recte dici ait, sed large esse qualitatis, largiter quantitatis.

Libidinosus a libidine per b, lividus a livore per v proferendus. larba per b.

Ludificor stultum et deludo, quod venit ex uno graeco ἐμπαίζω, praeterito perfecto ludificatus sum; veteres vero ludificavi dixerunt.

Labium superius dicitur, labrum inferius, rostrum non nisi quod incurvum est.

Latere et absconsum esse aliquid dicimus et late patere: Vergilius (*Aen. III 237*) 'et scuta latentia condunt'.

Lepus animal est, lepos iucunditas voluptatis, unde et gratum aliquid lepidum dicimus.

Limen aedium est, limes regionum.

---

1 sed habitantes *M* habitant *PL* 2 adventicii — cuncta *om. L* 3 ΠΑΡΙΟΙΚΟC *L* ΠΑΡΙΚΟC *P* habemus interpretata *P* 4 sicut] sic *P* 5 nomen *om. M* 6 inquilini huic terrae sed non de populo dei *Lς* 9 et *om. L* pro] super *P* 10 impostura] inportuna *P* uiliori] uiolari *P* 11 etiam *om. M* 12 aut *om. P* 13 coepit illum simulatorem *om. L* 15 nonne — imposuisti mihi *om. M* 16 mihi *om. P* insimulatione *ML* 19 amanda *P* 20 Large et largiter *Lς* large et largitus *P* largire et largitor *M* Modestus] molestus *P* dici ait *Charisius p. 101, 1,* dicitur *PL* dicit *M* 21 largiter] largitur *P* 24 deludor *PML* ΕΝΙΤΕΖΩ *M* ΕΠΠΤΕΖΩ *L* ΕΝΤΤΕΓΩ *P* 26 quod] qui *P* 28 aliquid esse *P* 30 Lerus animal est leros iocunditus uoluptatis *P* lepos] lepus *M* uoluptas *Lς* 31 leredum *P*

p. 2789. 90 P.

Largitas humanitatis est, largitio ambitionis.

Ligat quis vinculo, legat testamento. |

Loqui hominis est, obloqui obtrectatoris, sicut obicit opponit; adloqui persuadentis hortantisque vel iubentis, eloqui oratoris.

Laurentius Caelius et talia plura, quae nominativum casum in ius habent, genetivum singularem et nominativum pluralem in duplicem i mittunt, vocativum singularem in simplicem, ut hic Laurentius Caelius, huius Laurentii Caelii, hi Laurentii Caelii, o Laurenti Caeli. sic et hic filius huius filii hi filii o fili. aut certe vocativum in ie, ut hic impius huius impii o impie. notandum sane in actibus apostolorum (*c. 10, 3*), ubi Cornelius vidit angelum dei introeuntem ad se et dicentem sibi 'Corneli'. hic vocativus in latino recte per simplicem i profertur, in graeco autem per ie Cornelie scriptum est.

Limus lux labes letum pluralem numerum non habent.

Liberi, quando filios significant, et latebrae singularem non habent.

Lac liquamen lenticula lens singularia semper.

Locus singulariter masculinum, pluraliter haec loca.

Luter graecum [λουτήρ] masculini generis, latinum labrum.

Luceo et lugeo in eundem perfectum deveniunt, luxi.

Libero te periculo, liberor molestia.

Lino facit perfectum linui et linivi.

Margarita feminino genere et margaritum neutro dicendum: in proverbiis (*c. 25, 12*) 'inaures aurea et margaritum fulgens'.

Malogranatum et malum granatum consuete dicimus, et utroque modo declinantur, hoc malogranatum huius malogranati et haec malogranata horum malogranatorum his malogranatis et cetera; et rursum hoc malum granatum, huius mali granati, et haec mala granata, horum malorum granatorum et cetera.

Miseret me senis et misereor senis et miseror senem. misertus pauperis per genetivum, miseratus pauperem per accusativum. misereor autem compatior significat. denique graece dicitur συμπάσχω.

Mereo honorem et mereor, et miles meret stipendium.

Memini et memor sum honoris et honorem.

Maritima sunt loca mari vicina, marina navis vel belua.

---

6 genitiuum singularis numeri in i duplicem mittunt $L\varsigma$ *omissis deinde exemplis nominativi pluralis* 8 sic filius *M* 9 vocativum] nominatiuum *P* 10 notandum uero sane *P* 12 in latine *P* in graece per ie *P* 14 lętum *L* loetum *M* latum *P* 15 et latebrae — habent *om. P* 16 lenticla lens *L* lentis lalens *M* 20 liberor molestia *M* libero molestia *P* libero a molestia $L\varsigma$ 21 linui] lenui *P* 23 inauris ςL 29 Miseret] miserat *P* miseror] misereor *PML* 30 miseratus] misertus *P* miseror autem ςL comparatior *P* 32 meret] meri et *M*

p. 2790. 91 P.

Metu tui et tuo.

Materies artificiorum est, materia consiliorum. alii contra referunt materiem esse animi, | materiam arboris; materiem qualitatem ingenii, materiam fabris aptam.

Mas in positione, masculus in diminutione, non mascellus, ut quidam.

Muscus, herba quae in parietibus vel in corticibus arborum haeret, singulariter tantum effertur, memoria malitia murmur similiter. minae, manubiae, moenia, mapalia, quae sunt casae Afrorum, pluralia semper. mare pluralem numerum non habet nisi tantum maria. mel et mulsum et muria, id est garos, et cetera liquida pretiosa tantum singularia, quamvis mella et vina legamus.

Mature maturius maturissime dicendum. invenimus tamen apud auctores etiam maturrime dictum.

Munio munis perfectum facit munii et munivi.

Memini meministi meminit meminimus meministis meminerunt et praesenti tempore et praeterito perfecto uno eodemque modo declinatur. ideo corruptum sive defectivum vocatur.

Mulceo et mulgeo in unum perfectum veniunt mulsi.

Maiestas cum scribis aut dicis, s secundae syllabae complicari debet; sic in similibus.

Miramur opera, admiramur virtutes.

Minores esse res aliquas aut homines dicimus, minoris emptum aut aestimatum quippiam recte scribimus.

'Memini me facere' dicere debemus, non 'memini me fecisse'. nam memini sermo est totus praeteriti temporis, qui ante actam rem in praesens revocat, et si dixeris 'memini me fecisse', duo praeterita simul iungis: Vergilius uno tantum loco (*georg. IIII 125*)

namque sub Oebaliae memini me turrĭbus altis
Corycium vidisse senem,

quod poetae pro necessitate metri usurpare licuit.

---

1 metu *M* meto ≤ *PL* 2 consiliarum *P* et alii contra *M* 3 materiam esse animi materiam arboris (arbori *M*) *PM* materiem esse animi materiem arboris *L* 4 fabricis *L* 5 in praepositione *P* 6 haeret et singul. *P* 7 militia *P* similiter plur. semper mare plur. num. non habet nisi tantum maria mapalia moenia minae manubiae quod sunt casae afrorum plur. semper. Mel *P* 10 garos *P* garus *ML γάρον exc. Char. p. 550, 31,* garum *Charis. p. 34, 30* 11 legimus *P* 12 maturius] maturus *P* dicendum *om. P* tamen *om. M* apud *om. L* 13 dictum] dicendum *P* 14 facit munii ≤ *L* facit muni *PM* 16 declinantur *P* 17 defectatiuum *PM* 18 ueniunt *M* perueniunt *PL* 19 complicare *P* 24 dicendum non fecisse *L* 25 totus est *M* 27 unum tantum *P* 28 sub aeoliae ≤ *L* 29 corycium *M* curricium *P* 30 quod] qui *P* usurpari *M*

p. 2791. 92 P.

Meracam potionem dicimus, quae merum aliunde recepit, merosum autem vinum appellamus.

Muliebre dicitur a mulieribus aliquid factum, mulierarium per mulieres ordinatum et per viros gestum.

Merula, non merulus dicendum.

Matthaeus et Matthias per duo t scribenda, quia Graeci per τ et θ scribunt.

Maestum animo, tristem aspectu dicimus.

Malus navis masculinum, malus arbor frugifera femininum est.

Mendum neutraliter Varro in Admirandis dixit, 'magnum mendum'; sed Ovidius (*art. am. I 249*) feminine 'nocte latent mendae', | item (*art. am. II 653*)

eximet ipse dies omnis e corpore mendas.

ergo mendum in mendacii significatione dicitur, menda in culpa operis vel corporis.

Munificus est tamquam beneficus et maleficus, munifex autem tamquam opifex et artifex. itaque munificus munera largitur, munifex autem munere fungitur.

Morticina non dicuntur nisi mortuorum, mortalia vero etiam viventium corporum nomen est.

Nimis dicitur quicquid plus fuerit quam oportet. nam parum est quod minus est quam oportet [nimium plus quam oportet], et horum in medio modus est, quod dicitur 'satis est'. cum itaque utile sit in vita et moribus ut amplius quam oportet nihil omnino faciamus, profecto veram esse sententiam 'ne quid nimis' fateri potius quam negare debemus. sed aliquando latina lingua hoc verbo sic abutitur, ut nimis pro eo quod est valde et positum inveniamus in litteris sacris et ponamus in sermonibus nostris. nam et in psalmo (*118, 4*) 'tu praecepisti mandata tua custodire nimis' non nisi 'valde' intellegimus, si recte intellegimus, et 'nimis te diligo' si alicui carissimo dicimus, non utique plus quam oportet, sed valde nos diligere intellegi volumus. denique illa graeca sententia 'ne quid nimis' non habet hoc verbum, quod hic legitur. ibi enim est ἄγαν,

---

1 meracam ς*L* meratam *M* merecatam *P* quae merum] qui rerum *P* recepit ς*L* recipit *PM* merorum *P* 3 Muliebre dicitur aliquid a mulieribus per mulieres ordinatum et per uiros gestum factum muliebriarium Merula *P* a muliere *L* mulierarium *Agroecius p. 124, 5*, muliebriarium *ML* 5 dicitur *P* 6 scribenda] scribitur *P* 7 animum *M* aspectum *P* dicimus] dicis *M* 8 malus arbor fem. gen. fructifera est *P* 12 omnes e corpore *ML* omnis et corporis *P* 13 operis] opere *P* 19 corporeum *P* 20 parum] parus *P* quae minus est quam oportet *M* qui minus est qui oportet *P* 21 nimium plus quam oportet *om.* ς*L* 22 quae dicitur *M* utilis est *P* 24 nimis] minus *P* 25 abutimur ς*L* 26 sermonibus] litteris *P* 28 si recte intellegimus *om. P* 30 nos] nobis *P* 31 hoc uerbum qui his legitur *P* hoc uerbo quae hic legitur *M* uerbum hoc quod hic legitur ς*L*

p. 2792.93 P.

quod est nimis, hic autem est *σφόδρα*, quod est valde. sed aliquando, ut dixi, pro eo quod est valde et dictum invenimus et dicimus. unde etiam non nulli latini codices [non] habent 'tu praecepisti mandata tua custodire [nimis]'.

Noceo obsum incommodo malefacio officio in una significatione ponuntur, quod graece dicitur *βλάπτω*, et cuncta dativum casum trahunt.

Nullus est tam in re quam in persona, nemo in persona dicitur, ut ne homo.

Natales, id est nobilitates, nuptiae, nonae, nares, nundinae, nugae, neniae pluralia tantum: et nar invenimus. nenias autem dicunt epitaphia, id est carmina quae in memoriam mortuorum in tumbis scribuntur.

Nequam et nugas omnis generis et numeri sunt et per omnes casus currunt | semper aequaliter dicta, quamvis Augustinus dicat nugae nugarum nugis. ferunt autem quod nugas hebraeus sermo sit et idem apud eos quod apud nos significet, id est levis et pravae mentis homines.

Novi nosti novit novimus nostis noverunt sic declinatur et praesenti et praeterito perfecto, cui similia sunt odi et memini.

Noceor noceris recte dicitur, quamvis aliqui grammatici asseverent non debere dici noceor, sed nocetur mihi. neque enim Hieronymus grammaticorum regulam ignorabat, qui in propheta Abacuc (*c. 1, 2*) ita transferre non timuit, 'et non salvabis, dum noceor'.

Necto nexi praeterito.

Noctu temporis est adverbium, nocte nomen est.

Nubunt feminae: vir enim ducit, mulier nubit, quia pallio obnubit caput genasque.

Nongentos, non nungentos ab novem.

Nequam non malum significat, sed inutilem.

Nubo nupsi, nuptiae: cum vocalis sequitur, b debet esse; cum consonans, p.

Nascitur quod utero decidit, enascitur quod de terra aut de aqua exsurgit.

Nihil adverbium est, nihili nomen. homo enim nullius momenti nihili dicitur.

Navis unius ratis nomen est, navigium omnis classica profectio. naucle-

---

1 quae est nimis *M* qui ualde *P* sed — quod est valde *om. M* 2 qui est ualde *P* 3 etiam *om. P* 4 nimis *om.* ⊱*L* 5 maleficio *M* 9 natalis id est nobilitas *M* nuptiae — scribuntur] nemae pluralia tantum et nar inuenimus nuptiae nares nenias — scribuntur nonae nundinae nugae *P* 10 nenie] neomẹniae *M* 11 quae] qui *P* 13 dicat ⊱*L* dt *P* dixerit *M* 14 qui nugas *P* quę nugas *M* quia nugas ⊱*L* 17 odi memini *P* 27 Neque non ad malum significat *P* 28 cum *posteriore loco om. P* 30 quod de] quae de *M* q de *P* aut] ac ⊱*L* exurget *P* 31 nihili *posteriore loco om.* ⊱*L* 33 Nauis unius nauis ratis *P* navigium] nauum *P* nauiclerus *P*

p. 2793. 94 P.

rus omne consortium navalis exercitus, navigator ipse primarius profectionis, nauta vero omnis qui laborem facit navigandi. navis ablativum per e et per i effert.

Organum unius musici proprie nomen est, sed generaliter omnia musicorum vasa organa possunt dici: Ioannes Constantinopolitanus episcopus 'in salicibus in medio eius suspendimus organa nostra', id est citharam psalterium lyram et cetera. organarius autem est qui utitur organo.

Obryza obryzae genere feminino et obryzum obryzi neutro.

Origo originis initium est, origo origonis neutrum est et est velum navis et habet in plurali numero origona.

Obtineo laudem et impetro ex uno graeco venit *ἐπιτυγχάνω*.

Obiurgo increpo corripio ex uno graeco transferuntur *ἐπιπλήσσω*.

Omelia graecum est, latine sermo vel colloquium.

Otium et silentium ex uno | graeco venit, id est *ἡσυχία*.

Ordibor et ordiar telam, utroque modo dixerunt.

Ostrea feminino genere, non ostreum neutrali.

Ocimum consuetudo neutraliter dicit, sed Aemilius Macer ait

inter praeteritas numerabitur ocimus herbas.

Ordior hanc rem et ingredior et incipio ex uno graeco venit, quod est *ἄρχομαι*.

Onus iumentorum, sarcina est hominum.

Optumates, qui graece dicuntur *πρωτοπολῖται*, pluraliter solum proferuntur.

Oblitus nostri, non nos, veteres tamen et hoc modo dixerunt.

Oliva arbor est, olea fetus, oleum liquor.

Odi odisti odit odimus odistis oderunt et praesenti tempore et praeterito perfecto sic declinatur. ideo defectivum dicitur.

Petra et graecum et latinum nomen est unum idemque in utraque lingua significans, unde et Petri apostoli nomen in utraque lingua eandem invictae fidei significantiam a petra derivatam continet. platea similiter in utraque lingua unum idemque significat; sed ut etymologiae ratio probat,

---

1 omne consortium *L* omnis consortii *M P* 4 proprie] propter *corr.* propę *M*, *om. L* 6 in psallicibus *P* 8 est *om. P* 9 Obrixa obrixae gen. fem. et obrixum obrixi in neutro *P* 10 est initium *P* origonis] originis *P* et est uelum ⊱ *L* ut est uelum *P M* 11 et habet *om.* ⊱ *L* 13 transferuntur] uenit *M* ΕΝΙΤΙΑΝΩΩ *P* 15 venit *om.* ⊱ *L* 16 ordibo et ordiar *P L* ordibo et ordibor *M* utroque modo veteres dixerunt *Caper p. 101, 11* 18 consuete neutraliter dicitur *M* 19 numerabimur ocinus *P* 20 quod est *om. L* 23 optumates *L* optumaces *P* optumates uel optimates *M* ΠΡΩΤΟΩΑΕΙΤΑΙ *P* ΠΡΩΤΠΟΑΕΙΤΑΙ *L* ΠΛΩΤΟΠΟΛΕΙΤΑΙ *M* solummodo *P* 26 fetus] fructus ⊱ *L* 27 odi] odio *P* 28 declinantur *P* defectatiuum *M* 30 eadem *P* eundem *M* 31 invictae fidei] in fidei uitae *M* in utraque lingua similiter *M* 32 significans ⊱ *L*

p. 2794. 95 P.

a graeca origine nomen tractum atque a latitudine derivatum, quoniam graece *πλατύ* dicitur latum.

Pro praepositio * significat et ante, ut (*Verg. Aen. XII 661*)

soli pro portis Messapus et acer Atinas
sustentant aciem.

ponitur et pro praepositione in, ut dicimus pro rostris, pro tribunali, et pro eo quod est *ἀντί* apud Graecos, ut (*Verg. Aen. I 659*) 'pro dulci Ascanio veniat', et pro eo quod est *ὑπέρ*, ut (*Verg. Aen. III 435*)

unum illud tibi, nate dea, proque omnibus unum
praedicam.

Pudet me amoris, paenitet me muneris, piget me profectionis, patiens sum laboris, pertaesum est me iniuriae, plenus sum bonorum et bonis, praeeo illi, palpo et palpor equo, praecurro praetori, procuro pupillo et curo pupillum. potior fructus et fructu dicitur, apud antiquos potior hanc rem. Praeda victos spoliat, rapina subito venit.

Pax singulariter solum effertur: Sallustius paces rettulit, (*Iug. 31*) 'iudicia, bella atque paces'. prosapia, id est ingenuitas, quae graece vocatur *εὐγένεια*, singulari tantum numero gaudet, pelagus similiter. pugillares, proceres, primores, posteri pluralia tantum, sed nostri auctores pugillarem singulariter dixerunt. | sic et in genere feminino plagae, id est retes, et primitiae, et in neutro praecordia, palaria, cum milites ad palos exercentur, procastria, quae ante castra sunt. porrum singulariter neutrale, pluraliter hi porri.

Proverbium latine, graece *παροιμία* generis feminini. inde nomen apud interpretes septuaginta libri Salomonis.

Pius et piissimus comparativum gradum non recipiunt. potior et potissimus positivum non habent. proprius non habet comparativum aut superlativum, sed pro his magis et maxime, magis proprius, maxime proprius; sic et e contrario minus et minime.

Paveo et pasco in eundem concurrunt perfectum pavi.

---

1 a *post* atque *om. M* 2 graece *om. P* ΠΛΆΤΥΝ *PM* 3 et *om.* ς. *lacunam indicavi, qua definitio primae significationis* porro, *quae est apud Diomedem p. 414, 9 et Dositheum p. 45, 7, excidit* 4 portis] partis *M* 6 pro tribuna apud graecos *P* 7 dulci] dulcius *P* 10 praedica *M* 12 pretesum *M* 13 praecurro praetori praecurro praetori et curro pupillo et curo pupillum *M* 14 fructu] fructi *P* 18 ΕΥΓΕΝΙΑ *ML* ΕΥΝΙΆ *P* *ἡ ἐκ προγόνων εὐγένεια exc. Char. p. 548, 9* 19 posteros *M* pugillarem] pugillare *P* 20 sic gen. fem. *P* plagas *PL* plages *M* 21 praecodia *P* palaria] pluralia *M* 24 Proverbia *M* gr. ΠΑΡΟΙΑΔΙΑ *P* ΠΑΡΑΒΟΥΑΔ *L* ΠΑΡΑΒΟLΑ *M* 25 libri *om. P* Salomonis *παροιμία* ς *L* 26 potior et potissimum non habent conparatiuum aut superlatiuum sed *M* 27 non habet *utroque loco* ς *L*, non habent *priore loco om. P* 28 pro his magis maxime proprius *P* 29 minime] minimus est *P*

p. 2795. 96 P.

Pendeo pendes pependi. sin autem habuerit praepositionem, non sic declinatur, sed suspendo suspendis suspendi.

Passim ubique significat: ex uno enim graeco declinantur, quod est *πανταχοῦ*. perinde aequaliter similiter ex uno graeco *ὁμοίως*.

Pello pelli et pepuli, depello depuli. peto petivi et petii.

Prospiciens periculi: vice nominis ponitur participium: et prospiciens periculum.

Perendie dicitur, sicut hodie vel cras: perendinus dies, sicut hodiernus hesternus crastinus.

Potamus eum cui potum porrigimus et potamus vinum, quod bibimus.

Probo verbum duplicem significationem habet: probamus enim quae eligimus, id est approbamus, probamus quae qualia sint temptamus, ut (*psalm. 138, 23*) 'proba me, deus, et scito cor meum'.

Pecto' caput, non pectino; pexum, non pectinatum; pexi memet et pectam cras.

Praesagio praesagis praesagiunt.

Pauperies damnum est, paupertas ipsa condicio.

Patrium dicis a patria, paternum a patre.

Pinnas murorum, pennas avium dicimus.

Pecus omne animal excepto homine vocitatum est.

Polenta, non pulenta dicendum est, eo quod ad usus hominum poliatur.

Praemium cum diphthongo, pretium premo precor per simplicem e; prehendo quoque et interpretor. precari est rogare, deprecari excusare vel purgare: Vergilius (*Aen. XII 931*) 'equidem merui, nec deprecor inquit'.

Pluris dicimus quod maiore | summa taxatur, plures vero de multitudine. plures comparativi gradus est, cuius positivus multi.

Poculum vas est, potio quod hauritur.

Pignera rerum, pignora filiorum et affectionum.

---

1 pendes] pendis *P* pependi *om. P* 2 suspendo suspendis suspendi ≶ *L* suspendo suspendes suspendit non suspendi *M* suspendeos suspendi non suspendi *P* 4 Perinde aequaliter ex ≶ *L* Perinde simpliciter ex *M* 5 pello pellis pepuli *Charisius p. 245, 3* pepuli] repuli *P* petivi] peti *M* 6 uici *M* 9 crastinus *om. P* 10 bibimus. Primitiae tantum pluraliter Probo *ML* 11 probo uerbum crastinum duplicem *P* probamus quae elegimus *P* probamus enim quod eligimus *L* 12 probamus autem quae *posteriore loco L* 14 et *om. P* 18 patrium dicimus *L* 19 Pennas murorum pinnas auium *P* 20 uocitandum est ≶ *L* 21 quod ad usus hominum poliatur ≶ *L* quod usus hominum policiat *P* quod usus (*corr.* usu) omnium poliatur *M* 23 Praemium] Prooemium ≶ *L* 24 precari] precare *P* 27 maiore] maiora *PM* texatur *P* 28 positiuum *PML* 29 quod *PL* quae *M* 30 rerum *om. L* pignora] pignera *P*

p. 2796 P.

Procul et longe dicitur et prope, (*Verg. Aen. X 777*) 'clipeo excussa sagitta proculque Antorem egregium'.

Pertinacia malae rei perseverantia dicitur, constantia bonae.

Percussum corpore dicimus, perculsum animo.

Periculum ad discrimen pertinet, periclum ad experimentum.

Postulatur aliquid honeste, poscitur improbe: Cicero in frumentaria (*c. 34, 78*) 'incipiunt postulare, poscere, minari'.

Pubes cum in iuventutis significatione et lanuginis et eius partis in qua pubertas est ponitur, huius pubis facit; at cum aetatem significat, huius puberis. nec tamen adiecta praepositione dicimus inpuberis, sed inpubis: 'comitemque inpubis Iuli' Vergilius (*Aen. V 546*) dixit. sed Cicero (*in Catil. IIII 6, 13*) ait 'filiumque eius inpuberem'.

Pulmentum et pulmentarium dicitur: nam Cato Originum III 'laserpiceum pro pulmentario habet', idem 'multo pulmento usi'.

Podagrosus a podagra dicitur, sed et podagricus a pedum aegrotatione.

Pugillares et masculino genere et semper pluraliter dicas, quia pugillus est qui plures tabulas continet. item Laberius in Piscatore singulariter hoc pugillar dixit.

Pavus pavi et pavo pavonis.

Paniculae *πρωτότυπον* pannus est: Lucilius 'subteminis pannus'.

Paropsides feminino genere dicuntur, a pulmentario videlicet, quod *ὄψον* vocant.

Palumbes Vergilius (*bucol. 3, 69*) feminino genere dixit, 'aeriae quo concessere palumbes', sed Lucilius masculine 'macrosque palumbes'. Varro autem in Scauro palumbi dicit, quod consuetudo quoque usurpavit.

Pometa dicimus ubi poma nascuntur, ut oliveta, pomaria autem ubi servantur.

---

1 et *priore loco om. P* exclusa *corr.* excusa *P* 3 malae] multae *P* dicimus *P* constantiae bonae *PM* 5 periculum *utroque loco* ⊆ *PL* 8 laluginis *L* et eius partes *P* et eius *M* et partis ⊆ *L* 9 facit at cum ⊆ *L* facit ut cum *M* et cum *P* 10 inpuberis] inpuberes *M* 12 filiusque *P. idem exemplum posuerunt Probus cath. p. 20, 5 et Priscianus l. VI p. 250, 3* 13 originum uitiat laser. piceum *M* 15 a podagro *P.* a podagra bene dicitur *Charisius p. 75, 16* 17 continet ·II· Singulariter hoc pugillar *L* singulariter au̅ pugillar d. *P* 20 Paniculae — 22 vocant *om. L* panus *utroque loco codex Charisii p. 105, 8* est ut lucilius *M* subteminis] substernis *P* subtegminis *M* foris subtegminis ⊆ subtiminis *codex Charisii* pannus parapsides *P* pannus et parapsides *M* pannus est Paropsides ⊆ 21 quod ΟΨΑΙ uocant *P* quod Graeci *ὄψον* appellant *Charisius p. 106, 10* 23 Palumbes] Palumplebs *P* dicit *P* aereae *P* quo] quod *M* 24 sed *om. P* macrosque palumbes ⊆ macrosque palumbos *ML et codex Charisii p. 106, 29*, macorque palumbes *P* 25 quod] quia *P* 27 Pometa] pomea *P* ut *om. P* 28 seruantur poma *P*

p. 2796. 97 P.

Pene, quod est coniunctio, per e: poena, quod est supplicium, per oe: similiter et Poenus, id est Afer.

Praegnantem cum scripto dividis, g secundae syllabae nectis: pignus et pugna similiter et cetera huius modi. propter, in divisione scribendi p secundae syllabae iungis: prospere, s secundae.

Partio populo praedo | activo genere non numquam proferuntur. item haec ipsa communis generis verba saepius inveniuntur, partior populor praedor.

Pono simpliciter aliquid statuens. dispono aliquid operis impensioris vel consilii facturus: est etiam disponere foederis ineundi. propono non numquam ad interrogandum pertinet *et* quaestionem. adpono adiectionis est, impono insuendi. superpono aliquem censum vel laborem uni cuique indicens. praepono aliquid praeferens: sic et antepono. postpono aliquid inferius iudicans. compono ornandi aut eloquii aut artificii est, sepono separandi. suppono aliquid subtus inducens. depono labefactandi est vel vita excedendi.

Peregrinus nomen saepe socium habet et coniunctum sibi nomen aliud dativi casus, ut sancti dicuntur peregrini huic saeculo.

Praestolari, non praestulari, quia venit a verbo praesto sum.

Puppis accusativum casum in em et in im mittit, ablativum in e et in i.

Psallo perfectum facit psallui.

Potior potitus sum et perfruor perfructus sum ex uno graeco venit, quod est *ἀπολαύω*.

Praecello aliis.

Pascuas genere feminino et pascua neutro pluraliter dicimus.

Primitiae numero tantum plurali dicuntur, sed aliquotiens singularis intellegentiae, ut in psalmo (*77, 51. 104, 36*) ‘primitias omnis laboris’: in graeco enim singulariter *ἀπαρχήν* habes: sic et in apostolo (*ad Corinth. I 15, 23*) ‘primitiae Christus’.

Quod et quia et cur et quare verbis subiuncta aliquando indicativum verbum trahunt, aliquando coniunctivum: Gregorius ‘noverat quia sine culpa esse vix possunt’, et rursum ‘noverat quia diluendi sunt

---

1 quae est supplicium *ML* 3 pignus] pugnus *M* 9 simpliciter] similiter *M* dispono] disponens *M* 11 ad interrogandum (interrogandam *M*) pertinet quaestionem *PM* ad interrogandam quaestionem *L* 12 uni cuique] uni cuicumque ⊊*L* .ui. cuique *M* ui cuiuscumque *P* 13 praepono aliquem *M* et *om. P* postpono aliquid ⊊*L* postpono enim aliud *M* pono enim aliquid *P* 15 separandi est *P* depono — excedendi *om. M* 17 habet *om.* ⊊*L* et *om. P* 19 Praestolare est non *P* quia] quae *M* 21 psallui *corr.* psallii *M* 23 ΑΠΟΛΟΕ *L* apoleuo *P* apoleu *M* 24 praecello aliis *om. L* 26 singulariter intellegendae *Albini orthogr. p. 307, 11* singul. intelligendae sicut in apostolo ⊊*L* 27 oms labores *P* 28 habet *M* 30 subiecte *M* 31 coniunctatiuum *P* Gregorius] grecum *P* quod sine *M* 32 possunt *P* possint *M* possent ⊊*L*

p. 2797. 98 P.

sacrificiis', et rursum 'recessit a malo, non quod faciendo contigit, sed quod inveniendo reprobavit; item 'dictum est quod hoc numero requies designatur', item 'non nulli sese intrinsecus, quod per eos purgationis gratia derivatur, extollunt'.

Quoties toties septies sine n. quicquid in priore syllaba per c scribendum. quanquam in priore per n. querela per unum l. quatenus adverbium loci vel temporis, id est quousque, per e, quatinus coniunctio causalis, id est ut, per i scribendum. quaeritur de inquirendo, queritur de plorando. quaestus lucri, questus lacrimarum. | querimonia quoque per simplicem e scribenda. quicquam per c, non quidquam scribendum per d. quorundam, sicut eorundem, per n scribendum, non per m.

Queror de te, queror tibi de illo, item conqueror.

'Quo vadis?' ad quem locum significat, 'qua vadis?' qua via dicitur. quo aliquando pro ubi ponitur: Augustinus 'invenis domum famosam, quo boni habitant', id est ubi habitant.

Quot ad numerum pertinet, sicut et tot, quanti et tanti ad mensuram. sed nostri auctores aliquotiens quantos pro numero ponunt: Gregorius 'sed cum rete magnis piscibus plenum dicitur, additur et quantis, scilicet CLIII'. quantus quam magnus dicitur, quotus cuius aetatis, unde et quota luna dicitur: Augustinus 'quotus quisque apparere et existere potest, qui non convincatur esse peccator', id est in qua aetate, quo dierum vel annorum numero.

Radius masculino, non radium neutro.

Rubor coloris est, robur virtutis, robor arboris.

Rapio tibi pecunias.

Redoleo unguentum.

Regium dicitur quod regis fuit, regale quod rege dignum est.

Rabies tantum numero singulari. reliquiae et rostra, ubi contionantur, tantum pluraliter.

---

1 non quia faciendo contigit sed quod inueniendo *M* non quia a faciendo continuit sed quia ueniendo ⪿*L* quod faciendo contigit per quod inueniendo *P* 2 item] idem *P* dictum est] dicit ⪿*L* 3 nonnulli sese ⪿*L* nonnullis ee *PM* 4 quod *M* qui *P* quia ⪿*L* extolluntur ⪿*L* 5 quicquid et quicquam in priori syllaba per c scribendum, non per d. quanquam in priore per n. quorundam sicut eorundem per n. querela, *omissis infra v.* quicquam — non per m ⪿*L*. quicquid — per c scribendum *hoc loco omissa post* 8 per i scribendum *habet P* 6 quanquam] quando qui *P* querela] querale *P* 7 id est *priore loco om. P* 8 queritur *utroque loco P* queritur] conqueritur *M* 9 questus *utroque loco P* queremonia per *P* 10 quidquam scribendum *om. M* 12 conqueror ⪿*L* conquiror *M* queror *P* 14 invenis — Quot *om. P* 16 pertinent *P* 18 S. cum recte piscibus magnis *P* dicit *M* quanti *P* 19 quam] quia *P* 21 qui] quia *M* 24 robur] rubor *P* 27 fuit] fiunt *M* rege] regi *PM* 28 concionatur *L*

p. 2798. 99 P.

Remedium submovet imminentia pericula, medicamentum sanat inlata. remedium itaque, ne periclitemur, medicamentum ad subita pericula aptatur.

Roseum per se, rosaceum mixtum.

Rudis comparativum et superlativum non habet, sed pro his utimur adverbio magis et maxime, magis rudis et maxime rudis.

'Recens feci' dicimus, non recenter, utentes nomine pro adverbio.

Rhythmus graece, latine modulatio. rhythmizo modulor.

Super praepositio modo ponitur pro de, ut (*Verg. Aen. I 750*)

multa super Priamo rogitans, super Hectore multa;

modo et pro praepositione pro, ut (*Verg. Aen. X 42*) 'nihil super imperio moveor'; et pro insuper et amplius, ut (*Verg. Aen. II 71*)

cui neque apud Danaos usquam locus et super ipsi
D. i. p. c. s. p.';

et pro desuper, ut (*Verg. Aen. VIIII 168*) 'haec super e vallo conspectant Troes'; et pro superest, ut (*Verg. Aen. VIII 251*)

ille autem, neque enim fuga iam super ulla pericli;

interdum et ultra significat, ut (*Verg. Aen. VI 795*) 'super et Garamantas et Indos proferet imperium'. |

Sub praepositio significat modo supra, ut (*Verg. Aen. XII 287*) 'corpora saltu subiciunt in equos', id est supra iaciunt; modo praepositionem in, ut (*Verg. Aen. I 453*)

namque sub ingenti lustrat dum singula templo,

id est in templo. significat et prope, ut (*Verg. Aen. III 5*) 'classemque sub ipsa Antandro'. ponitur non numquam et pro clam, ut subripuit, id est clam rapuit.

Similis sum tui moribus, similis tibi facie.

Studio tui feci, id est dum studeo tibi; studio tuo feci, id est te studente.

Sartrix vel sertrix est quae sarcit, sarcinatrix quae sarcinas servat.

Subigo hostem perfectae formae est, subigito frequentativae.

Salubre ad locum refertur et ad cibum, salutare consilium est. ita salubre non nocet, salutare prodest.

---

1 inlata *L* innata *M* in natura *P* 2 itaque *om. MP, add.* ς*L* ne re periclitetur *P* aptatur *P* optatur *ML* 4 utimur aduerbio magis ς*L* utitur uerbo magis *M* uerbo his magis *P* 10 modo pro nihil ut nihil super — amplius modo pro positione pro neque apud — ipsi ut cui d. i. p. c. s. p. *P* 12 neque cum danais *L* ipsi ponitur et pro desuper ut haec *M* ipsi ut haec *L* 14 conspectat *P* 15 et pro super ut est illud ut ille *M* et pro desuper et superest ut ille *L* 16 enim *om. L* 18 proferret *M* 20 saltu *om. M* id est iaciunt *P* modo pro praepositione in ς*L* 24 mantandro *M* in antro *P* antenore *L* et *om. ML* 27 studio tui] studio tibi *PMLς* studio tuo *M* studeo tuo *P* studio tui ς*L* 29 sertrix] sectrix *P* sarcinatrix — servat *om. L* 31 ad locum — cibum *om. L*

p. 2799. 800 P.

Supellex sanies socordia sitis et in neutro sulphur scrupulum sinapi siler singularia tantum sunt; sed Vergilius (*georg. III 449*) 'sulphura viva', et Terentius (*Andr. V 4, 37*) masculine scrupulum rettulit. sentes, id est spinae, et sarcinae, cum vasa significant, et sarcinae, id est auxilia, et scopae et scalae et salinae et in neutro sponsalia semper pluralia; sed nostri scalam dixerunt. 'sponte mea venio' non habet plurales casus.

Si amem ames amet declinatio est verbi coniunctivi, sicut cum dicimus 'cum amem ames amet'.

Scylla habet nomen a spoliando sive vexando nautas: spolio enim et vexo latine, graece dicitur scyllo.

Sanno sannis sannui, hoc sannium querela.

Sors sortis et sors sordis dicitur: Ambrosius 'mundat vasa, ne sors aliqua vini gratiam decoloret', tametsi negant quidam sordem nominativum singularem habere.

Si vel etsi non numquam indicativum verbum trahunt: Gregorius 'frustra miraculum foris ostenditur, si deest quod intus operetur', item 'quae etsi ad perfectionem non permanent, fidem tamen tenent'.

Sensus nomen est quartae declinationis et sensus participium est praeteriti temporis a verbo passivo, quod est sentior, cuius etiam perfectum est sensus sum es est, non sentitus.

Secturus, non secaturus, a verbo quod est seco.

Scamna sunt quae lectis altioribus apponuntur, scabella quae lectis parvulis vel sellis ob ascensum apponuntur. scabellum autem et subpedaneum dicitur, | quod sub pedibus sit.

Sterceratos agros, non stercoratos dicas, quibus stercus ad fecundandum infertur.

Sollemne cum dicis sive scribis, m sequenti syllabae conectis: somnium similiter.

Saevus saevio saevi saevisti per ae diphthongon, sero sevi sevisti per e simplicem.

Sagena per e, cum retia significat; sagina per i pastum et pinguedinem.

Sol utroque numero declinatur. sed singulariter sol ipsum luminare

1 socordia aegritudo sitis *P* scrupulum ⪯*L et exc. Char. p. 548, 17,* scrul' *P, litura est in M, in quo* sinape *bis scriptum erat* sinapi ⪯*P* sinape *M* senapi *L* 4 sarcinae id est auxilia] suppetiae *βοήθεια Charis. p. 33, 22* 6 non habes *P* 7 coniunctatiui *PM* 9 et vexo *post* scyllo *habent ML* 11 hoc sannium id est quaerela *M* 12 sors sortis sors sordis *ML* sors sortis et sors sortis *P* 15 Gregorius] grece *P* 16 foras ostenditur *P* foris ostendimus *L* 17 permanent *M* pertinent ⪯*PL* 18 tamen] tunc non *M* 23 ortioribus *P* opponuntur *utroque loco M* scabella quae ⪯*L* scabelli qui *PM* 24 subpedaneam *P* 25 sit] fit *M* 26 sterceratos] stercoratus *P* non stertoratos *M* 28 Solemne *M* sollemnem *PL*

p. 2800. 1 P.

significat; at soles ipsos dies nominamus, in quibus sol totum inluminat polum. non nulli tamen veterum ipsa carmina soles nominavere, sicut Horatius in principio cuiusdam voluminis ita exorsus est, 'soles meos omni ecclesiae vestrae commendo', et Maro (*bucol. 9, 51*)

saepe ego longos
cantando puerum memini me condere soles.

Secundum praepositio est imitationis, post temporis sive ordinis.

Segnities vitii est, segnitia frigoris.

Subscribo epistolis, supplico similiter, ut supplico divinae pietati.

Simplex ablativum et in i et in e mittit, genetivum pluralem in um et in ium, ut ab hoc simplice et simplici, horum simplicum et simplicium. suavis ablativum casum in e et in i mittit.

Stachys graece, latine spica. sandalin graece neutro genere, caliga latine.

Sertum et corona ex uno graeco transferuntur, id est stephanos.

Solium proprie sedes regalis est, unde graece basilicos thronos vocatur.

Senex et senior superlativum gradum non habent. sobrius nec comparativum recipit nec superlativum, sed pro his dicimus magis sobrius et maxime sobrius.

Senecta et senium duo nomina senectutis sunt et discernuntur a Graecis, apud quos aliud nomen habet gravitas post iuventutem, aliud post ipsam gravitatem veniens ultima aetas. nam presbyter dicitur gravis et geron senex. quia vero in latina lingua duorum istorum nominum distinctio defecit, de senectute ambo sunt posita, senecta et senium. haec Augustinus. at Gregorius 'undecima vero' inquit 'est aetas quae decrepita vel veterana dicitur, unde Graeci valde seniores non gerontas, sed presbyteros appellant, | ut plus quam senes esse insinuent, quos provectiores vocant'.

Suspiro verbum trahit nomen dativi casus et accusativi, ut 'suspiramus patriae caelesti' et 'suspiramus regnum dei', et praepositione addita 'suspiramus ad vitam immortalem'.

Subducimus et quae retro subtrahimus et quae in promptu offerimus.

Supremus summus et ultimus et superiorem et inferiorem significat.

Super est quod eminet, supra quod substratum aliquid habet, subter est quod re aliqua superiore premitur, subtus quod demissum altius non tangitur.

---

1 significat *om. P* 2 tamen *om. M* 3 oratius *PL*, Honoratus *coniecit Giles Bedae op. v. VI p. 454* ita exortus est *P* ita se orsus est *M* quem ita exorsus est *L* 4 omnia ecl'a eyre *P* 7 post *om. P* 12 in i et in e *M* 13 sandali *≾L* calaliga *P* 15 sedis regularis *P* basileos *M* 19 discernunt *P* 20 post] per *utroque loco P* 21 dicitur gravis] grauitas *M* 23 at Gregorius] ut at greca *P* 24 est inquit aetas *M* inquit ea aetas *P* 26 ut — vocant *om. M* quam] qui *P* uocat *P* 30 in promto efferimus *M* 32 quod subtractum aliquid *P* quod aliquid subtractum *L* quae substractum aliquid *M* 33 quod re] quae re *M* promitur *L* dimissum altius *PM* demissum ab altiore *≾L*

p. 2801. 2 P.

Seruitium multitudo est seruorum, seruitus condicio seruiendi. sed veteres indifferenter seruitium et pro seruitute posuerunt.

Sinapi, sicut et gummi, graecum est, et Plautus dixit (*Pseud. III 2, 28*) 'teritur sinapi', cuius genetiuus cum s profertur, ceteri casus similes sunt nominatiuo.

Sibilus dici oportet: Vergilius (*bucol. 5, 82*)

nam neque me tantum venientis sibilus austri.

sed et neutro genere quidam dixerunt, ut Cornelius Seuerus 'et sua concordant sibila saeua dracones' et Macer theriacon 'longo resonantia sibila collo'.

Sal et masculino genere et neutro dicitur.

Saturitas in cibo tantum dicitur, in ceteris uero satietas, sed Vergilius (*Aen. VII 298*) 'odiis exsaturata quieuit'.

Simiam auctores dixerunt etiam in masculino genere.

Strigem hanc in significatione auis dicas; striga autem castrense uocabulum est intervallum turmarum significans, in quo equi stringuntur, unde etiam strigosi dicuntur corpore macilento.

Stirps in significatione subolis feminino genere dicitur; sed cum materiam significat, masculino modo 'stirpem recisum'. dixerunt tamen etiam in significatione subolis masculino genere, ut Pacuuius 'qui stirpem occidit meum'.

Sero rumores, id est diuulgo, *serui*. sero fruges, seui. sero, id est claudo, unde sera dicta, seraui: Terentius (*Eunuch. IIII 6, 25*) 'tutaui atque obseraui ostium'.

Suffragor, non suffrago, et suffragatus sum, non suffragaui. sorbeo sorbui, non sorpsi. somnio, non somnior, et somniaui, non somniatus sum.

Sanguis est, dum manet; | effusus uero cruor.

Sumimus ipsi, accipimus ab alio. sic cum damus, dicendum 'accipe'; cum permittimus ipsi tollere, dicendum 'sume'.

1 seruorum *om. M* 3 Sinapi *M* sinapis *P* senapi *L* et pla tus d. teritur sinapi *P* et plustus dixit Teritur synapi *M* et pluraliter senapi *L* 6 Vergilius *om. L* 7 namque me tantum in uenientis *P* 8 ut *om. P* et suauiter concordant ς et sua concordes dant *Charisius p. 81, 17* 9 saeua] clara *Charisius* theriacon longa *P* theriaon longo *M* theria et materiã con longe *L* resonantia tibia collo sibila *P* 10 collo Serenus suaue sibilum Sal ς 11 genere et neutro dicitur *L* genere neutro dicitur *P* genere dicitur et neutro *M* 13 odiis saturata *L* odii saturata ς 14 auctores doctiores ς *L* 15 hanc si in *M* 16 unde etiam strigosi *M* unde etiam stringosi *L* unde et strigosic *P* 18 sobolis *M*, *om. P* dicuntur *P* 19 stirpem recisum ς *L* stirpem recisem *P* stirpam recisum *M*: *Verg. Aen. XII 208* imo de stirpe recisum 20 sobolis *M* pacubius *PL* 21 rumoris *M* serui *om. PML* 22 unde sera dicta *M* unde serra dicta *P* unde et sera dicta est ς *L* seraui ait terentius *M* Terentius tu abi atque ostium obsera intus *ex libris Terentii* ς tutaui atque obseraui *M* tutaui atque (adque *P*) obseruaui *PL et codex explan. in Don. p. 543, 2* 23 ostium] os tuum *L* 24 non *primo loco om. P* 26 manat ς *Albini orthogr. p. 310, 26*

p. 2802 P.

Scorpio bellica res est, at scorpius animal.

Scribo scripsi scriptum: cum vocalis sequitur, b debet esse; cum consonans, p.

Sacer et venerandus et execrandus: Vergilius (*Aen. III 57*) 'auri sacra fames'.

Suffragia populi et quae honorant dicuntur et quae damnant.

Testor aliquid confirmans sententia, contestor cum quadam auctoritate adfirmans, protestor manifeste cavenda denuntians, obtestor aliquem iurare compellens, adtestor aliquem ad testimonium vocans, qui sit dignitate vel auctoritate eminens, detestor aliquid execrandum respuens.

Trux ablativum in i et in e mittit, genetivum pluralem in um et in ium, ab hoc et ab hac truce et truci, horum et harum trucum et trucium.

Therion graece [θηρίον], latine fera, unde theriaca, quod feraliter occidit.

Taciturnitas loquelae contraria est, silentium confusis vocibus sive tumultibus. verum sciendum quod sileo et taceo et reticeo et conticeo ab uno graeco veniunt σιωπῶ.

Tenax beneficii, id est memor gratiae.

Torques nomen generis communis: nam et in Mario Livius genere masculino et Cicero feminino torquem posuere.

Triumphat hostem qui superat, triumphat nos deus, cum superandi hostes auxilium tribuit: 'deo' inquit 'gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu' et iterum 'expolians principatus et potestates, triumphans illos in semet ipso'.

Transmigro verbum duplicem significationem habet. transmigro enim, cum de loco ad locum iter facio: item transmigro dicitur cum additamento accusativi casus, cum aliquem de loco ad locum transfero, ut 'Nabuchodonosor transmigravit Iudaeos de Hierusalem' et 'emigrabit te de tabernaculo tuo'. porro exemplum verbi superioris 'transmigravi in montem, sicut passer'. transmigrans participium aeque dupliciter et de loco ad locum transiens aliquis et alium de loco ad locum transferens intellegitur.

6 damnent *P* 8 adfirmamus *P* cauenda *P* cauendo ⪯ *ML* 9 aliquem *post* adtestor *om. ML* sit] fit *P* 10 aliquid] aliquem *P* 12 ab hoc — trucium *om. PL* 13 unde] inde *P* quod] quia *ML* 14 sive] uel *M* 15 quod] quia *ML* 16 ab] sub *P* ueniunt ⪯ *L* uenit *PM* 17 tenax ⪯ *L* tenex *PM* 18 nam et in mario libius *PM* nam et marius libius *L*. *Livii et Ciceronis exempla ab aliis adscripta non inveni.* torquem *masculine de Manlio dixit Livius VII 10, 11* uno torque spoliavit gen. mas. cicero fem. torquem *M* gen. mas. fem. cicero torquem *P* genere masculino et Cicero torquem feminino ⪯ *L* 20 triumphat hostem qui superat *om. ML, add. P* superandi hostes ⪯ *ML* superandi hostem *P* 21 gratia *P* 24 Transmigro — habet *om. ML, add. P* enim *om. L* 27 de] in *P* et emigrabit te de tabernaculo (*om.* tuo) ⪯ *L* et emigrauit de tabernaculo *M* et migrauit dete tabernaculo tuo *P* 28 transmigraui in *P* transmigrans in *M* transmigra in ⪯ *L* 29 participium] principium *P* 31 intellegitur *post* transiens *habet P*

p. 2802—4 P.

Turtur et masculino genere et feminino profertur.

Tunc temporis adverbium est, tum ordinis. |

Terga hominum sunt tantum, singulariter tergum; tergus quadrupedum, pluraliter facit tergora, id est coria.

Tinguere dicendum, non tingere.

Temeritas sine consilio, audacia post consilium.

Temperantia animorum, temperatio rerum, temperies aurarum.

Tapete tapetis tapeti a tapeti et pluraliter tapetia tapetium tapetibus: Vergilius (*Aen. VIIII 325*) 'qui forte tapetibus altis'. sed et hoc tapetum huius tapeti huic tapeto, pluraliter haec tapeta tapetorum tapetis: Vergilius (*Aen. VII 277*)

instratos ostro alipedes pictisque tapetis.

sed et masculino genere dicit (*Aen VIIII 358*) 'pictosque tapetos'.

Turbo, si sit proprium, Turbonis facit, si appellativum, turbinis. nam sive ventus, sive quo ludunt pueri, hic turbo dicitur: Vergilius (*Aen. VII 378*) 'torto sub verbere turbo'.

Tumulus et tumens tellus et mons brevis et sepulcrum aeque vocatur.

Teloneum, non theloneum, id est per t simplicem, non aspiratione addita. est autem graece telos, latine vectigal.

Tabes tantum singulariter dicitur, tendiculae et tenebrae tantum pluraliter.

Vsquequaque omni modo significat, pro quo in psalmis in graeco ἕως σφόδρα legimus, quod significantius latine potest 'usque valde' interpretari.

Vt adverbium est modo temporis et significat postquam, modo qualitatis et significat quemadmodum, modo optandi et significat utinam, modo mirandi et significat o quam, modo coniunctio causalis, (*Ioh. 17, 24*) 'volo ut ubi ego sum et ipsi sint mecum'.

Vacat mihi, graece σχολάζω, vaco militia, perfectum vacui.

Vulgus neutri generis est et pluralem numerum non habet, sed Vergilius et masculine vulgum extulit, (*Aen. II 98*) 'hinc spargere voces in vulgum ambiguas'.

Vas vadis generis masculini de vadimonio, vas vasis neutri de vasculo.

Vis duplicem habet significationem, et virtutis videlicet, quae graece δύναμις dicitur, et violentiae, quae graece βία vocatur.

Vecordia et virus tantum singulariter efferuntur. | vepres et verbera et viscera non habent singularem declinationem nisi tantum verbere et

---

2 tunc *utroque loco* *P* 6 audacio *P* audacitas *ML* 8 tapeti *priore loco* *om. ML* 9 Vergilius qui forte tapetibus *om.* ς *ML*, *add. P* 12 ostro *om.* ς *L* alipedes] pedes *P* tapetis *om. P* 13 dicit ς *L* dicendum *M* datiuo *P* pictosque tapetas *Charisius p. 62, 6* 14 si appellativum turbinis *om.* ς *ML*, *add. P* 16 torto] toto *P* 19 telos] telon *ML* 21 pro quo] per quod *P* 22 potes *P* 25 o *ante* quam *om. P* 27 malitia *P* uacui *PM* uacaui ς *L* 31 neutri *om. PM*, *add.* ς *L* 35 singularem *om. M*

p. 2804 P.

viscere: Vergilius (*Aen. VII 378*) 'et torto volitans sub verbere turbo' et Ovidius 'viscere diviso'.

Vtor divitiis et divitias.

Ver semper singulariter.

Verbex, id est ovis, ab v littera incipiendum.

Vlterior et ultimus positivum gradum non habent.

Verus ad naturae tantum veritatem refertur, verax autem dicitur qui non mentitur. unde et verus daemon dici potest, verax autem non potest.

Vallestria agrorum, sicut et campestria, dicuntur.

Veto culpam et veto culpa, id est prohibeo a culpa: Sedulius 'pomisque vetaret acerbis', id est a pomis, et Fortunatus 'non veto coniugium, sed praefero virginis alvum'.

Vultus mutatur, facies manet.

Vae dativus et accusativus sequi debent, non alius, ut 'vae populo Maurorum' et 'vae populum Maurorum'.

Vterque de duobus dicimus, utrique de binis aut de pluribus ex utraque parte positis, uterque venit, utrique venerunt.

Veniunt qui vendunt, veneunt qui venduntur.

Vltus et vindicatus et punitus.

Velocitas pedum et corporum, celeritas animorum et factorum.

Vlcus quod nascitur, vulnus quod per alium fit.

Vultur dixit Vergilius in VI, sed et vulturius Lucilius in I.

Vrgeo, non urgueo, Vergilius (*Aen. VI 560*) 'quibusve urgentur poenae', ungo unxi, quo modo pingo pinxi, utrumque sine u; attamen ad nomen derivatum u addit, ut (*Verg. georg. III 450*) 'pinguis unguine ceras': ita [ut] unguentum, non ungentum dicatur.

Verbum est omne quod lingua profertur et voce. sermo autem, cuius nomen ex duobus verbis compositum est, serendo et monendo, comptior ac diligentior fit. sententia vero quae sensu concipitur. porro loquela, quando cum quadam eloquentia dictionis ordo pertexitur. oratio, quando usque ad manuum artem describendus oratoris sermo pervenit.

---

2 Ovidius] *cf. exc. Char. p. 550, 17* diviso] deuisio *P* 5 uerbex *L* ueruex *M* uerax *P* id est *om. PM* 10 et ueto culpa *P* et ueta culpa *M* et ueto a culpa ≤ *L* 11 aceruus *P* 14 datiuum et accusatiuum sequi debet *ML* non alios ut ut uae *P* ut alius uae *ML, sed* alius *deletum in M* 15 populum] praemium *P* 16 de duobus praedicimus *P* 18 Veniunt qui vendunt *om. ML, add. P* veneunt] ueneant *P* 22 uulturius *Charisius p. 98, 3,* ultorius *PML* 23 non urgueo *P* non urguo *M* non urgo ≤ *L* 25 ad nomen *om. ML, add. P* deriuatiuum *M* 26 ut *om. P* 28 verbis *et* est *om. ML, add. P* 29 qui sensu concepit *P* 30 quando *priore loco om. ML* protexitur *PM* profertur ≤ *L* 31 orationis sermo *M*

ORTHOGRAPHIA ALBINI MAGISTRI

Me legat antiquas cupiat qui scire loquelas,
me spernens loquitur mox sine lege patrum.

p. 2327 P.

Aeternus, aetas, aevum per duo u, aequitas, aequus id est iustus, haec omnia per ae diphthongon scribenda sunt; equus, si animal significat, per simplicem e. Accusso per duo c et per duo s scribi debet, accedo per duo c. Saepe ad euphoniae causa in sequentem mutabitur consonantem, ut afficio affluo allido ammoneo annuo appono arripio assumo. alligo per duo l, annuo per duo n, appareo per duo p, attuli per duo t scribi debent. At, si coniunctio est, per t scribendum est, si praepositio, per d. atque item coniunctio composita per t similiter scribenda est. apud praepositio in d finiatur. Ab artu artubus, ab arte artibus; similiter ab arcu arcubus, ab arce arcibus dicendum est. Aeger animo, aegrotus corpore, utrumque per diphthongon scribitur. Alibi alio loco, alias alio tempore significat. Aër disyllabum est et non habet pluralem numerum nisi aera tantum, aes monosyllabum est. Aufero, id est abfero b in u mutata. Acer facit pluraliter acri, acris pluraliter facit acres. Ad praepositio corrumpitur, si sequens verbum a consonante incipit, ut apponit ammittit. Alium et dolium per i scribenda: Vergilius (*bucol. 2, 11*) ‘alia serpillum-

---

S codex Sangallensis 249
M codex Montepessulanus H 306
p editio Putschii ex codice Bernensi 338 expressa

INCIPIT ORTOGRAPHIA ALBINI MAGISTRI *codices Laudunensis 448 et Parisinus 4841*, Beda Sacerdos de orthographia *p, om. SM* 2 Me legat — patrum *codices Laudunensis 448 Parisinus 4841 Bernensis 338*, Me legat antiquas qui uult (uult qui *M*) proferre loquelas me qui non sequitur uult sine lege loqui *M codices Bernensis 330 et Parisinus 7533, om. S* 4 Aeternus aetas aequitas aequus id est iustus per duo u sed tamen haec omnia *M* 6 accuso *SM* 7 saepe ad *p* saepe ab *SM* 9 appareo *pS* apparo *M* 11 similiter scribendum est *SM* simpliciter scribenda est *p* 14 per ae diphthongon *Beda p. 262, 18* 15 Aer] *scribendum erat potius* Aer disyllabum est, aes monosyllabum et non habet pluralem numerum nisi aera tantum. *sed corruptam in codicibus Bedae scripturam p. 262, 31 habuit Albinus* 18 apponis ammittis *M* 19 Alia et dolum per i scribenda ut uergilius alia serpellumque (*om.* per i dixit) *M* allium — allia *S*

p. 2327—29 P.

que' per i dixit. Audacter latinum | est, sed audaciter melius, quia nomina x littera terminata in adverbiis i assumunt, ut atrox atrociter, ferox ferociter. Accersit qui evocat, arcessit qui accusat. Acervus per v cuiuslibet rei congeries est, forte lapidum vel frugum, acerbus per b inmaturus aut asper. alia sunt quae per duo u scribuntur, quibus numerus quoque syllabarum crescit: simili enim vocali vocalis adiuncta non solum non cohaeret, sed etiam syllabam auget, ut ingenuus, arduus, exiguus, vacuus, quod per c, non per q scribendum est. eadem divisio in verbis quoque est, metuunt, statuunt, tribuunt, acuunt, quod per c quoque et non per q scribendum est. Aspiro aspicio sine d scribenda sunt per simplicem s, licet cum ad praepositione conposita sint, quia perit ibi d. Apparet quod videtur per p, adparet quod obsequitur per d, non regulae ratione, sed discretionis causa. Arbor omne lignum dicitur, arbusta non nisi fructifera. Avena * sine h per v scribendum est, habena, si ad retinacula iumentorum, per h et per b scribitur. Actuarii cum u diversis actibus occupati, actarii vero scriptores actorum. Advocatur daturus patrocinium, evocatur praebiturus obsequium, invocatur praestaturus auxilium. Adportare est aliquid adferre, asportare auferre aliquid, conportare simul portare in unum locum, deportare deponere, exportare tollere. Ante praepositio multa significat: nam et tempus significat, cum dicitur 'ante diem festum paschae'; et praesentiam, ut | 'ante conspectum gentium revelavit iustitiam suam', id est coram gentibus; et dignitatem, ut 'posuit Ephraim ante Manassen' et 'qui post me venit ante me factus est', id est mihi praelatus est. Album natura, candidum cura facit. Armarium ubi quarumcumque artium instrumenta servantur, armamentarium ubi tantum tela armorum. Accedit per e ab ambulando, accidit per i ab eventu. Ante praepositio interdum integra manet, ut antecedit antevenit, interdum mutatione in i litteram corrumpitur, ut anticipat. A et ab et abs praepositiones unius significationis sunt, ut a me, ab homine, abstuli. sed ab saepissime scribitur, cum sequens verbum a vocali incipit, ne dictio multis consonantibus oneretur, ut ab

2 iter adsumunt *Beda p. 264, 11* 7 per ce non per q scribendum est *M* per c scribendum est non per q *S* per c scribendum est *p* 10 Aspiro aspicio sine d scribenda sunt per simplicem s *M* asspiro asspicio sine d scribenda sunt et (et *om. p*) per duplicem s *pS* 11 Apparet quod videtur per p adparet quod obsequitur per d *M* apparet per p quod uidetur adparet per d quod obsequitur *S* adparet per d quod est obsequitur *p* apparet qui uidetur adparet qui obsequitur *Beda p. 264, 15* 13 omne lignum dicitur *M* omne lignum est *p* omne lignum *S* Avena — 14 per b scribitur *om. Sp, add. M et Frobenius. lacunam, qua definitio* avenae *excidit, indicavi.* avena, si ad germen, sine h *sqq. Frobenius,* avenae sterile germen, habenae retinacula iumentorum *Beda p. 264, 18* 15 Actuarii cum u id est diuersis actibus occupati dicuntur actari (*corr.* -rii) uero scriptores actorum appellantur *M* actari uero *S* 21 reuelabit *SM* 27 in i litteram] e littera *p* 28 praepositiones *om. Mp*

p. 2329. 30 P.

uno; si vero a consonante pars orationis incipit, a solum ponatur, ut a fratre. abs tamen in conpositione saepius propter euphoniam integra manet, ut abs te abscondo melius sonat quam ab te vel abcondo; sicut melius sonat ab urbe quam abs urbe. Avunculus per duo u, quia ab avo diminutivum est, vo syllaba in vun conversa. Alvus, cum ventrem significat, per v digammon; cum vero colorem, per b scribitur. Ara, cum altare significat, sine aspiratione; cum vero cubile porcorum, cum aspiratione. Aemulus et aedituus et aerumna, omnia per diphthongon scribuntur. aequimanus quoque per ae, id est ambidexter, qui utraque manu utitur pro dextra. Avarus, si vitium significat, per v; si gentem, per b scribatur. Acclamo per duo c, id est cum falso aliquem accuso; reclamo aliquem exeuntem vocitans; inclamo et succlamo murmurandi est; proclamo laudandi vel deprecandi exaltatio, declamo rhetorizandi; exclamo, quando pro viribus vocem exalto. Alea, si ludum significat, per e; si ab alius alia venit, per i legitur. Amittit per unum m, id est relinquit; ammittit per duo m, id est assumit: ideo in missa dicendum est ammitti vel admitti. | Affatim per duo f, id est statim vel satis. Agger per duo g scribendum est, quando stratam significat; si autem campum, ubi seminari potest, per unum g. Accentus per duo c, ubi vox levatur in verbo. Angor, id est angustiam patior, per n et g scribendum est. Aëripidem, id est velocem, per a et e divisas scribendum est. Allecti per duo l, id est electi, inde allegit; allicit, id est invitat, similiter. Altilia, quasi alatilia, id est aves saginatae. Attonitus per duo t, id est intentus vel stupore diffusus. Attingit per duo t scribatur. Aulea per e, si tentoria significat; unde et in Esaia iuxta LXX interpretes 'dilata locum tabernaculi tui et auleas tuas confige'. Aula latine domus regia est et per a scribitur: aule per simplicem e graece atrium dicitur. ideo in psalmo, ubi legimus 'adorate dominum in aula sancta eius', non palatium aulae nomine, sed atrium graeco vocabulo debet intellegi. Arguo argui argutum, id est convictum, arguturus facit. Amo amavi *amavisti* et amasti facit. et saepe illa verba, quae in praeterito perfecto v consonantem assumunt, in secunda et tertia persona syncopam patiuntur, ut neo nevi nevisti vel nesti. illa vero quae in praesenti v habent consonantem non possunt in praeterito syncopam pati, ut lavo lavisti: nemo dicit lasti vel lastis. Adipiscor adeptus sum facit.

1 ponatur *MS* ponitur *p* ut a fronte a fratre *S* 3 abs te uel abscondo *p* ab te vel abcondo *p* ab te uel abscondo *S* ab te abcondo *M* 5 in vun] in uum *M* 7 cum aspiratione scribitur *M* 9 per ae *om. M*, *add. pS* 12 deprecandi *M* depraedicandi *pS* 14 ab alius alia *p* ab aliis alia *S* ab alio alia *M* 17 quando] si *M* 18 seminari *p* seminare *SM* 20 per a et e diuisas dicendum est *M* 21 inde allegit dicitur *M* 22 quasi alatilia *Mp* quasi alitilia *S* 23 Attingit — scribatur *om. pS, add. M* 28 sed atrium] sed palatium *M* 30 amaui et amasti facit *pS* amaui amasti faciunt *M* 31 et tertia *deletum est in M*

p. 2330. 31 P.

B in s mutatur sequentibus t et c, ut sustulit suscepit. Benedictio et oratio et talia t debent habere in paenultima syllaba, non c. Bis adverbium per b, vis nomen per v scribitur. Bile, si fel significat, per b; si abiectum aliquid, quod est vile, per v scribendum est. Berna, si domi genitum significat, id est *οἰκογενής*, per b scribendum est; si tempus, ut verna tempora, per v scribi auctores voluerunt. Berbena utraque syllaba a b incipiat. Belzebub, non Belzebul, Belial, non Beliar dici debet. Baptismus | baptismi genere masculino, et baptisma baptismatis et baptismum baptismi invenitur. B littera contra f non sonat, sed in eam transit in compositione, ut offui non obfui, suffero pro subfero. b quoque in s transire solet multis in locis, ut sustuli suscipio sustineo suspendo pro subtuli et subcipio et subteneo et subpendo. Bes sive besse, quod significat VIII uncias per b scribendum est. Bimus quasi bihiemis, et inde bimatus derivatur, a b incipit, et biennis, quasi duorum annorum. Benivolus et benificus, licet a bene adverbio sit compositum, tamen per i, non per e scribitur; similiter et malivolus et malificus, sicut a pace pacificus. Bibo a potu per duo b et facit bibi praeteritum, vivo a vita per duo v et facit praeteritum vixi, et ambo consonantes. Bivium, iter duplex, prima syllaba a b incipit, secunda ab v consonante. Brevis secunda syllaba per v, inde breviter. Balteum, cingulum, per e scribatur. Beo beas, inde beatus; sicut meo meas, inde meatus; et creo creas, inde creatus.

Causa per unum s scribatur. Circum praepositio quibusdam in locis m amittit, ut circuire; in quibusdam servat, ut circumvenit; in quibusdam postponitur, ut Vergilius (*Aen. I 32*) 'maria omnia circum'. Caverna per v, taberna per b scribatur. Cana, si locum significat, per unum n; si germen, per duo, id est canna. Cynomia, si per y scribatur, caninam muscam significat; cynos graece canis dicitur: coenomia per diphthongon oe communem muscam, id est omnis generis muscam, significat, quia coenon graece commune dicitur, unde coenobium communis habitatio appellatur. Carduus trium syllabarum est, sicut arduus fatuus mortuus. Cuspis cuspidis, non cuspes. Commodamus quae recipimus, per duo m scribitur; mutuamus, dum aequalia recipimus. Collocat per duo l scribitur, comminus per duo m, eminus per unum m. comminus cum gladiis pugnamus, eminus cum lanceis, quia illud a manu non recedit, hoc e manibus emitti-

1 Benedictio et oratio t debent habere in penultima syllaba non c et alia similia. B in s mutatur sequentibus t et c ut sustulit suscipit. Beneficus ab aduerbio bene compositum per b scribatur. Bis aduerbium *M* 6 scribi] scribere *M* berbena *Mp* berbene *S* 12 siue besse *p* siue bisse *SM* 13 quasi bihiemis *M* quasi biennis *S* quasi biemis *p* 15 benificus] benignus *M* 26 si germen id est canna per duo scribatur *M* Cynomia si per y scribatur caninam muscam significat *M* cynomia per y scribendum est canina musca significatur *S* 29 coenubium *SM* 32 mutuamus *M* mutuam. *S*

p. 2331—33 P.

tur. Cerno et cresco et glisco in unum praeteritum | perfectum veniunt, quod est crevi. cupio cupivi facit et cupii. Casses retia dicuntur et per duo s scribuntur. Comedia, carmina quae in conviviis canuntur, per e simplicem. Comburo comparo compono per m et non per n. sic complaceo, commoratus, comprehendo, commodat et commendat, computrescit, complures per m scribenda sunt. camelus per unum l. Celo celas, id est abscondo, per simplicem e; caelo caelas, cum picturam significat, per ae diphthongon scribendum est. unde melius intellegitur caelum a pictura siderum quam a celando mortalibus arcana dictum. Circa ad visibilem materiam vel locum pertinet. erga ad animum spectat, maxime cum aliquem propensiorem affectum generat proximorum. circum ad tempus refertur. cis localem habet significationem, ut cisalpinam Galliam; et pro ultra accipitur, ut ‘cis definitum tempus’, hoc est ultra. ex eo citra: citra paene eandem significationem habet quam cis, nisi quod propriis nominibus cis et appellativis citra saepius praeponi solet, cis Rhenum, cis Alpes, citra forum. et a cis citra, a citra citer citerior citissimus. circiter ad numerum pertinet, ut circiter decem horarum. Carcer ubi homines claudantur, carceres unde quadrigae exeunt. Cepit per simplicem e a capiendo, coepit per diphthongon oe de incipiendo. coepta per diphthongon oe, incepta per simplicem e. Con praepositio, si ad verba a vocalibus incipientia accedat, n consonantem perdit, ut aequo coaequo, eo coeo et reliqua; si autem ad verba a digammo incipientia, non perdit n litteram, ut volo convolo, vinco convinco. Coquus coqui prima syllaba per c, secunda per q scribendum: non enim dicimus quoquere, sed coquere. Coniunx secundum analogiam per n scribendum est, sed euphoniae causa n tollitur et dicimus coniux. C sequente nulla | vocalis aspiratur, ut acies ecce oculus. Caelebs qui sibi iter facit ad caelum et caelebs caelestium ducens vitam et caelicola qui caelum colit, ut angelus, haec ae diphthongon habent. coaetaneus, quasi compar aetatis, per ae diphthongon. Cado cecidi a cadendo per e, caedo caecidi a percutiendo per ae diphthongon, cedo cessi

---

3 comedia carmina sunt quae — simplicem scribitur *M* 5 comprehendo commoda computrescit commendat commune complures et talia *M* 8 intellegitur *M* intellegatur *S* 10 animum *M* animam *S* 11 affectat generat *M* 13 citra eandem quippe significationem habet quod cis nisi quod propriis nominibus et appellatiuis saepius *M* 14 quam cis *M* quod cis *pS* 16 citissimus *S* citessimus *M* citimus *p* ad numerum solum pertinet *M* 17 circiter decem horarum *pS* circiter tria milia uel circiter horarum de. q. m. *M* circiter trea milia vel circiter horarum decem *Frobenius* 20 ad *om. S*, *add. pM* 22 a digamon *SM* incipientia *M* incipienda *S* 24 Coniunx secundum analogiam per n scribendum est ut coniunx sed euphoniae *M* coniunx (coniux *S*) secundum analogiam per n scribendum est euphoniae *Sp* 26 dicimus coniux *Mp* dicimus coiux *S* nulla uocalis aspiratur *pS* uocalis melius aspiratur *M* 27 qui iter sibi facit *M* caelestium ducens uitam *pS* qui caelestem ducit uitam *M*

p. 2333. 34 P.

a declinando per e scribitur. Calvo, id est decipio, per v scribendum est, calvi secundum regulam debet facere, et exinde calumnia derivatur.

De praepositio aut plena in conpositionibus ponitur, ut deducere demonstrare detrudere; aut correptione e litterae corrumpitur, ut deorsum. nam quando e littera in i transit, ut (*Verg. Aen. V 839*) 'aëra dimovit tenebrosum et dispulit umbras', non est a praepositione de, sed a dis, ut distraho dispertior. disertus, eloquens, per di; desertus, derelictus, per de. delator qui defert ad accusandum per de praepositionem; dilator per di praepositionem, cum tardare significat. deluit, purgavit, per de; diluit, temperat, per di. deduco de amico producendo per de; diduco autem, id est distraho, per di. Delictum, id est peccatum, per e in prima syllaba et per i in secunda scribendum est; dilectus, id est carus, mutato ordine i in prima syllaba et e in secunda debet scribi; dilectum ab electione per di: nam diligi affectionis est, deligi iudicii. delectatio et delector et quae declinantur ex eis per de. Di quidem et dis separativa sunt et eandem significationem habent, quo modo ab et abs, ut divido distraho; et dis componitur, quando sequitur c f p s t et i loco consonantis, ut discutio differo diffundo, s in f mutata euphoniae causa, disputo dissero distraho disiungo; in aliis consonantibus di praeponitur, ut diduco digero diluo dimitto diruo, et ubique di producitur praeter dirimo disertus. Deus per e solam, daemon per diphthongon. Decus honoris | est, decor formae est. Didymus prima syllaba per i, secunda per y. Discedo per i, descendo per e. desperatus per e, dispersus per i. Deficiscor defectus sum facit. De memorativum est et intentivum et privativum, de homine, detraho, desum.

Exsilium s debet habere. item x transit in f litteram, ut effluo effodio effero efficio. Exuviae per v, excubiae per b scribatur. Exsequiae per q scribendum est. Emporium sine h, latine mercatus. Emolumentum per e, aemulatio per ae scribendum. Exsul addita s debet scribi, quia extra solum est. exultat melius sine s scribitur, quia x ex c et s constat. Aequor per ae diphthongon scribendum, quia ab aqua est nomen factum. Exprobrat qui commemorat quae praestat, obprobrat qui obprobrium obiectat,

---

4 detrudere *pS* destruere *M* correptione (corruptione *p*) e litterae *pS* correptione littera *M* 7 dispertior *pS* disperio *M* 9 purgat *Beda p. 269, 25* 10 perducendo *M* 11 autem *om. S, add. pM* Delictum — 15 declinantur ex eis per de] Dilectum ab electione per di. nam dili affectionis est inde dilectio et diligo. deligi per de deligi iudicii est. delictum id est peccatum in prima syllaba per e in secunda per i scribendum est. delectatio et delector et quae ab eo declinantur ex eis per e scribenda sunt et in prima et in secunda syllaba. dilectus id est carus mutato ordine i in prima syllaba et e in secunda debet scribi *M* 16 diuido *S* diuino *pM* 23 defeciscor *pM* 26 efficio *om. pS, add. M* per b scribantur *M* 27 Emporium *p* Emptorium *SM* mercatus interpr. *M* 29 ex *om. S, add. pM* 30 ae *om. pS, add. M* 31 quae praestitit *Beda p. 272, 6*

p. 2334. 35 P.

hoc est vitium. Exspectatur venturus, spectatur qui videtur vel probatur per s. Exercitus laboribus, exercitatus studiis. Exstruere est in altum struere, instruere aciem vel actionem, adstruere adfirmare, construere in struendo coniungere, substruere *re* aliqua supra posita subter struere. Eorundem et earundem per n, non per m. Ex praepositio sequentibus b d g l m n litteris et v et i loco consonantium x litteram amittit, ut ebibit edidit egessit elusit emicuit enervavit; sequente vero f in eandem x mutat, ut effundo. Ex praepositio ad f litteram formatur, ut effluo effodio effero efficio et reliqua, et haec ideo per duo f scribenda. Esto, ecce consentio. Expecto ab eo quod est pectino sine s scribendum. Exire sine s (ire enim est simplex) et quaecumque ex hoc formantur, ut exitus exitium exitiale. Ecquid per c in prima syllaba, quoniam significat en quid, n in c converso. Exscindo exsculpo exstruo exsisto per s dicimus: sistere enim est simplex. Edo ab edendo facit es est. Exiguae sine s. Ex pro extra invenitur poni, ut excludo extracludo, exsul extra solum: | modo pro valde, ut excelsus pro valde celsus: modo privativum est vel intentivum vel perfectivum, ut exstirpo extendo expleo. e in conpositione privativum est vel intentivum, ut 'enodes trunci', enarro. Expergiscor et experior faciunt praeteritum expertus sum.

Formosus sine n in secunda syllaba scribendum est, ut harenosus frondosus aquosus herbosus. participia vero habent n, ut tonsus tunsus pransus pensus. Feriae quoque, non fereae scribendum est. Flavus, prior syllaba ab f, sequens ab v incipiat. Fides fidei prima syllaba brevis, fides fidis de chorda utraque longa. Fidus de amico, fidelis de servo. Fastus de superbia facit fastuum genetivum pluralem, fastus de libris facit fastorum. Fungi agere est, defungi peragere. Fremor est murmur hominum, fremitus ferarum. Furvum nigrum dicimus, flavum rubeum, fulvum certe aurum cui ad decorem splendoris sui nigelli aliquid addatur. Fori masculinum tabula est navium, ubi remiges sedent, et semper pluraliter. Fedus,

---

1 Exspectatur uenturus *p* exspectatur idē uenturus *S* Exspectat per s scribatur exspectatur idē uenturus *M* 2 per s *om. M* exercitus laboribus *p* exercetur laboribus *SM* exercitatus studiis *M* exercitatus (exercitus *p*) studiis sine s *pS* 4 re *om. SMp* 5 Eorundem et earundem euphoniae causa per n non per m scribenda sunt *M* 9 effodio efficio et reliqua et haec ideo per duo f scribenda *M* effodio effero efficio ideo (autem *add. p*) per duo f scribendum (est *add. p*) *pS* 10 ecce *om. M* 12 Ecquid per c in prima syllaba *p* ecce per ce in prima syllaba *S* ecquidem in prima syllaba per ce scribatur *M* en quid *M* en fit *S* 13 Exscindo exculpo exstruo per s similiter scribenda sunt. Exsisto similiter dicimus Sistere enim est simplex *M* 14 simplex *om. pS* Examen sine s Exiguae similiter scribenda sunt *M* 22 Flauus (faluus *M*) prima syllaba ab f secunda ab u incipiat *pM* 24 utraque es longa *Beda p. 272, 17, ubi* utraque est longa *habet codex Parisinus* 27 Furuum nigrum est faluuum rubeum dicitur *M* 28 splendoris sui *M* splendoribus sui *S* addatur *MS* additur *p* foros *M* 29 tabulata navium *Beda p. 272, 30*

p. 2335. 36 P.

quod est deformis, per simplicem e; foedus, quod est pactum, per oe diphthongon scribitur. Falso nomen ablativi casus et verbum primae coniugationis et adverbium. Flagitia quae in deum peccamus, facinora in hominem. Fimus et fumus fames faenum et fel pluralem numerum non habent. Fidus fidissimus comparativum non habet, sed pro eo dicendum magis fidus, minus fidus. Fulgeo et fulcio eundem habent perfectum fulsi. F littera in speciem figurata est cuiusdam litterae quae digamma nominatur, quia duos apices ex gamma littera habere videatur. ad huius soni similitudinem v consonantem loco eius nostri posuerunt, ut votum virgo: digamma enim oportuit poni, Fotum Firgo. Festucam, non fistucam dicito. Forfices secundum etymologiam, si a filo dicuntur, f ponitur, ut forfices, quae sunt sartorum; si a pilo, per p, ut forpices, quae sunt tonsorum; si ab | accipiendo per c, ut forcipes, eo quod formum capiunt, quae sunt fabrorum. formum enim dixerunt antiqui calidum, unde et formosus. Faris fatur a fando et, non habet primam personam. Felix qui accipit, filex per quem datur felicitas. Fingo finxi fictum ficturus facit, findo fidi fissurus, figo fixi facit. Fundo fundas a fundando, fundo fundis a fundendo. Ferio et percutio unum praeteritum habent, id est percussi, et hoc per duo s scribendum est, sicut uro ussi. Fero fers fert facit differentiae causa in secunda et tertia persona, ne, si feris ferit diceretur, a ferio feris ferit putaretur venire. Fero et tollo faciunt praeteritum tuli. Furo et insanio unum habent praeteritum insanivi. Facio imperativum facit fac differentiae causa, ne, si face diceres, a nomine putaretur venire, quod est fax. similiter dic duc et fer differentiae causa per apocopam proferuntur: nam si duce dice fere diceremus, aliud significare putaremur.

Gnatus per g et n scribendum, sicut gnavus, quia et in conpositione ipsam retinent g, ut agnatus ignavus. Gaudium animi, laetitia et exultatio etiam verborum atque membrorum. Gremium interius, sinum exterius. Git monoptoton et pluralem numerum non habet; est autem neutri generis et per omnes casus declinatur. Gnarus, doctus perfectus sciens; gnavus, fortis agilis. Garrit, subtiliter murmurat; garrulus, verbosus loquax. Gestit, vult cupit optat desiderat; gestat, portat. Gloriosus a frequentia claritatis

1 per simplicem e *M* per e tantum *pS* per oe diptongon scribitur *M* per oe scribitur *pS* 7 duas apices *SM* 8 gamma] gemina *M* 11 filo] filio *S* 13 formum capiunt *p* formam capiunt *S* formum accipiunt *M* 14 calidum *p* qualidum *SM* formosum *S* 15 Filex dicitur qui felicitatem dat felix qui felicitatem accipit Filex per quem datur felicitas *M* 19 in secunda et tertia persona *om. M* 20 diceretur quod a ferio *SM* ferit *posteriore loco om. pM* 21 furo] furio *M* 23 diceres quod a nomine *M* 25 significare uideretur *M* 24 et *om. pM*, *add. S* 27 retinet *pSM* ut agnatus ignauus *S* ut ignatus ignauus *M* ut agnatus cognatus *p* gaudium animi (est *add. M*) laetitia et exultatio *SM* gaudium animi laetitia est, exultatio *p* 28 gith *SM*

dicitur: pro c g littera commutata est. Grandaevus quasi grandis aevo, ideo per duo u scribitur. Gratulor pro gaudeo et gratias ago.

Haud, quando adverbium est negandi, d littera terminatur et aspiratur in capite; quando autem coniunctio disiunctiva est, aut per t litteram sine aspiratione scribitur. Huiusce per c litteram scribendum est: antiqui enim pronominibus ce addebant, ut hicce illicce isticce, unde subtracta eadem novissima syllaba | ce relictum est hic illic istic, accentu tamen remanente *in* novissima syllaba. Hiems sine p scribi debet, licet sumpsi per p scribatur propter ψ graecam litteram, cuius potestatem p et s in latino habent. Habeo a tenendo cum aspiratione scribitur, abeo a recedendo sine aspiratione et est conpositum a duobus integris, id est ab et eo. hiatus, oris apertio, cum aspiratione, chiatus per c et h vas. hymnus per h scribendum est. haurit per h scribendum est, audit sine h. Hi et his pronomina per unum i scribenda sunt. Herbescit ager, cum herbam generat, sicut adolescit et pubescit, cum spicae proximant. Aspiratio ante vocales omnes poni potest, post consonantes autem quattuor tantummodo ponitur, c t p r, ut habeo heres hiems homo humus Chremes Thraso Philippus Rhodus. H ideo vocalibus extrinsecus adscribitur, ut minus sonent, consonantibus autem intrinsecus, ut plurimum sonent. Habena, quae regit currum, per b cum aspiratione; avena, quae significat tibiam vel stipulam, per v sine aspiratione. Hiscit, os aperit. Hypocrita graece, latine simulator: hypo enim graece falsum, crisin iudicium interpretatur.

Intervallum per duo l scribendum est. It, quod fit ab eo is it, per t scribitur; id pronomen ab eo quod est is ea id per d scribitur. Inter praepositio in una voce sequente *l* mutat r in l, ut intellego; in aliis integrum manet, ut interitus. Iacet qui cadit, iacit qui mittit quodlibet missile. Impar per m scribendum est. Inlexit, si per e, seduxit significat; si per u, inlustrationem. Incestum scribendum est, licet veniat ab incasto. Identidem per n in priore loco scribendum est, licet sit ab idem et itidem conpositum. Innixus procumbens, innexus ligatus. Indigena inde natus, incola aliunde veniens. Intempestivum veteres dixerunt inoportunum, tempestivum oportunum: a tempore dicitur. sic inmaturitas nocturnum tempus est, quod non est maturum, id est oportunum ut agatur aliquid vigilando, quod etiam vulgo dici solet hora inportuna. Iuvenis iunior | superlativum non

1 dicitur *M* dictus *pS* 3 Haud quod aduerbium est *M* 6 ce addebant *pS* c addebant *M* 7 syllaba ce relictum est *M* syllaba c relictum est *pS* 8 in *om. pSM* 9 litteram *om. pS*, *add. M* 11 duabus *M* 12 chiatus per c et h *SM* cyathus per t et h *p* uas significat *M* 15 proximant *M* proximat *pS* 17 C T P R *M* C P T R *S* C T L P *p* Thraso *p* tharso *SM* 18 sonet *utroque loco p* 20 currum *om. pM*, *add. S* significat *M* signat *S* 21 latine *S* in latino *pM* 25 l *priore loco om. pSM* mutato r in l *S* mutatur in l *pM* integra *p* 26 iacit] iecit *S* 27 si *priore loco om. M* 30 indegena *M* 34 iunior] iuuenis *utroque loco M. fortasse* iuvenior

p. 2338. 39 P.

habet, ut senex senior. solent autem iunior et senior ad se invicem dici minor et maior. Ipsum neutro genere dicendum est, non ipsud, ut illud et istud, quoniam veteres nominativum masculini non ipse, sed ipsus dicebant. unde et in evangelio 'omnia per ipsum facta sunt', id est verbum. Inpingo facit praeteritum perfectum inpinxi et inpegi. Ira repentino animi motu nascitur, iracundia perpes est vitium. Invidus qui invidet, invidiosus qui invidiam sustinet. Interpretor per simplicem e et omnia quae ab eo sunt scribenda. Impleo per m, non per n. In praepositio, si conposita sit et p aut b vel m sequatur, n in m convertit, ut improbus imbuit immutat impius. quotiens vero g sequitur illam, amittit n, ut ignarus ignotus: nam gnarus et gnotus simplices sunt. Inclytus graecum nomen est: nam clyton Graeci gloriosum dicunt. Idiota graecum nomen est, latine imperitus.

Kartago et kalendae per k scribenda sunt, cetera per c melius.

Liber sive libertatem sive corticem sive codicem significet, omnia per b scribantur. Libidinosus a libidine per b, lividus a livore per v scribendum. Lepus animal est, lepos iocunditas voluptatis, unde et gratum aliquid lepidum dicimus. Limen aedium est, limes regionum. Largitas humanitatis est, largitio ambitionis. Loqui hominis est, obloqui obtrectatoris, sicut obiecit obponit; adloqui persuadentis hortantisque vel iubentis: eloqui oratoris est. Laurentius et alia nomina, quae nominativum casum singularem in ius habent, genetivum singularem et nominativum pluralem in duplicem i mittunt, vocativum singularem in simplicem i aut in ie, ut hic impius huius impii o impie. Luceo et lugeo in unum perfectum deveniunt luxi. Lino facit perfectum linui et linivi. Laetus per ae diphthongon scribitur, quia laetitia a latitudine vocata est. Leprosi a pruritu nimio ipsius scabiei dicti | sunt, ideo per b scribi debet. Lego legas ab eligendo, lego legis a legendo. Loquor loqueris loquitur per q scribenda sunt, locutus vero euphoniae causa per c et simplicem u scribatur.

Munimentum a muniendo, monumentum ad sepulcrum pertinet. Mille per duo l, licet milia per unum l scribatur. Malum si fructum significat longam a; si nequitiam, brevem dicito. malus quoque, id est arbor navis, longam a, malus homo brevem habet a litteram. Machina per c et h scri-

---

7 interpretor et quae derivantur sive declinantur ab eo per simplicem e scribenda *Beda p. 276, 24* 9 sequantur *M* 12 ΚΑΥΤΟΝ quod graeci latini gloriosum dicunt *M* 14 scribendae sunt *S* cetera *M* et cetera *S* licet *p* 16 per b scribenda *M* 18 lepidum] liuidum *M* 19 humanitatis *p M* humanitas *S* 20 sicut obicit *Beda p. 278, 3* 23 in ie *p M* in e *S* 25 linui et liniui *p S* lini et liniui *M* 26 a latitudine *S* a laetitudine *p* a laetitudine mentis *M* 27 scabiei *p* scabei *S M* debet *M* debent *p S* 28 eligendo] elegendo *S M* 29 euphoniae causa *om. M*

p. 2339. 40 P.

bendum, id est argumentum. Macte, id est magis aucte. Mollis, si ad mollitiem, per duo l; moles, si ad pondus, per unum l scribatur. Manes dii infernales, mane sine s diei initium. Marsuppium per duo p. Mas primitivum, masculus diminutivum. Machaera per c et h, id est gladius; maceria, id est murus, per simplicem e scribendum est. Menda deceptio vel fraus, inde mendax et inde mendacium. Metallum per duo l. Mars et Mavors unum est, unde et Mavortia quidam dici volunt. Manuviae oblivium diluvium suavium lividus Favius Flavius avidus fluvius civitas exuviae per v consonantem et i brevem proferuntur. Mulceo et mulgeo in unum perfectum *veniunt* mulsi. Matthaeus et Matthias per duo t, quod Graeci per τ et θ scribunt. Malo, id est magis volo, et nolo, id est nevolo, per unum l; malle et velle et nolle per duo l. Mando mandas a mandando, mando mandis a manducando. Mitto per duo t, et ideo in praeterito perfecto per duo s scribatur, id est missi. Magnus, g sequenti syllabae iungatur. Magister maior in statione: nam isteron graece statio dicitur.

Nanctus per n et c scribi debet, nacturus participium futuri temporis per c solum. Navita et nauta, utrumque recte dicitur. Nummularius per duo m, quod est nummorum largitor; nummisma similiter per duo m, quod est nummi percussura. Navus, quod est strenuus vel efficax, per duo v. Nimis dicitur quicquid plus fuerit quam oportet. | nam parum est quod minus est quam oportet. horum in medio modus est, quod dicitur 'satis est'. sed aliquando latina lingua hoc verbo sic abutitur, ut nimis pro eo quod est valde ponatur, veluti positum invenimus in litteris sacris: nam et in psalmo 'tu praecepisti mandata tua custodire nimis', id est valde. Nullus est tam in re quam in persona, nemo in persona dicitur, ut nehomo. Novi declinatur sicut et odi et memini. Nubit femina viro, vir autem ducit uxorem. mulier nubit, quia pallio obnubit caput genasque. nubo, cum vocalis sequitur, b debet esse; cum consonans, p, ut nupsi. Nihil adverbium est, nihili nomen est: homo enim nullius momenti nihili dicitur. Navigium omnis classica profectio, nauta est omnis qui laborem facit navigandi. navis ablativum et in i et in e mittit. Nequam non malum significat, sed inutilem. Neglegens per g scribendum, quasi neclegens, c in g converso. Nobilis mobilis debilis habilis per b scribenda sunt. Narro et narratio per r scribatur.

Ob praepositio interdum ponitur plena, ut est obire oberrare; interdum in eandem litteram transit, a qua sequens sermo incipit, ut offulsit ommutuit opposuit; sequente vero v loco consonantis integra manet, ut

---

1 mactae id est magis auctae *M* macta id est magis aucta *corr. al. m.* macte — aucte *S* mollis a mollitia *M* 2 moles] molis *M* 3 mar primitiuum est mares diminutiuum *M* 5 murum *M* 6 metallum *p* metalla *S* metallo *M* 7 unde et Martia *p M* unde mauortia *S* manuuiae *p M* manuuia *S* 8 liuidus *p* liuidum *S M* Flavius] flauidus *M* 10 in unum perfecti mulsi *p S* in unum perf. hab. mulsi *M* 16 Nanctus id est inuentus uel adeptus per n *M* nancturus *corr.* nact. *S* 17 nummolarius *M* 24 custodiri *S* 29 ut nupsit *S* 34 Narro per duo r scribuntur. Nihil et nil utrumque dici potest *M* 37 ommutauit *M*

p. 2340. 41 P.

obversus obvius. Olea ipsa arbor est, fructus oliva, sucus oleum. Onus, si de onere venit, per o solam; si de honore venit, per h. Oblatrat per b scribendum est. Occasus per duo c et per unum s scribi debet. Optat per p scribendum est, obstat per b. Obstipui obstupeo obsum obstrepo, b ad priorem syllabam, s ad secundam pertinet. Obitus nomen et subito atque obiter adverbia ab ob et sub praepositionibus incipiunt. Obsolevit s quidem habet, sed non ipsius verbi, sed praepositionis, quae est obs, sicut ab et abs: obsolevit, id est inveteravit. Obaudiens ab aure, eo quod audiat imperantem, | ideo per au scribendum est. Obnixus id est conabundus per i, obnexus id est obligatus per e.

Potius per o scribendum est, non per u, quia a potis venit. Praesto per o scribendum, non per u, unde praestolari dicimus, non praestulari. Prehendo et prendo, utrumque dici potest. Pavidus et avidus per v scribenda sunt. Parasceue per u scribi debet. Pascha et paschae unum est. Patriarcha h debet habere, id est princeps patrum. Papaver per v scribendum. Plagiarius, id est seductor, lege in apostolo. Pandectes omnia ferentes: ideo vetus et novum testamentum si insimul scribitur, pandectes dicitur. Parumper id est perparum praeposterata praepositione per, sicut pubetenus ablata s per apocopam. Phoebus sol, Phoebe luna per h. Pudet me amoris, paenitet me muneris, piget me perfectionis, patiens sum laboris, plenus sum bonorum et bonis, praeeo illi. Potior fructus et fructu dicitur, apud antiquos potior hanc rem. potior potissimus facit. Potamus eum cui potum porrigimus. Probo verbum duplicem significationem habet: probamus enim quae eligimus, id est adprobamus; probamus quae qualia sunt temptamus, ut 'proba me, deus'. Pecto caput, non pectino; pexum, non pectinatum. Patrium dicis a patria, paternum a patre. Pinnas murorum, pennas avium. Praemium cum diphthongo, pretium per e simplicem. Precari est rogare, deprecari excusare vel purgare: Vergilius (*Aen. XII 931*) 'equidem merui nec deprecor inquit'. Pluris dicimus quod maiore summa taxatur, plures vero de multitudine. plures comparativus gradus est, cuius positivus multi. Pignera rerum, pignora filiorum et affectionum. Pertinacia malae rei dicitur et constantia bonae. Percussum corpore, perculsum animo dicimus. Postulatur aliquid honeste, poscitur improbe. Pulmentum et pulmentarium dicitur. Pavus pavi et pavo pavonis. Pometa dicimus ubi poma nascuntur, pomaria ubi servantur. Pene et penes adverbium et praepositio per e, poena, quod est supplicium, per oe.

4 obstipui *M* obstupui *corr.* obstipui *S* obstupui *p* obstrepo *p* obstrepeo *S M* 6 aduerbia *p* aduerbium *S M* 7 praepositionis] praepositionibus *S* 8 sicut] sic *S* 11 a potis *p* a potes *S M* 13 per u scribenda sunt *M* per duo u scribendum *S* per u scribuntur *p* 14 per u scribi debet *S* per u in nouissima syllaba scriptum est *M* per u scribendum *p* Pascha — patrum *om. p, add. S M* paschae] phasę *S M* 17 pandectes dicitur *p* pandecten dicitur *S M* 21 praeeo illi *Beda p. 283, 13*, precor illi *S* precor illum *p* praeeo illi et alios *M* fructus] fructum *p* 23 eum] cum *p* 24 eligimus *p M* elegimus *S* 25 deus] dš *S* dicitur *M* dicimus *p* 27 cum diptongon *S M* 31 gradus *om. p S, add. M* 32 et constantia bona *S* et inconstantia bonae *M*

p. 2341—43 P.

Praegnantem cum [scribis | aut] scripto dividis, adnectis g secundae syllabae et alia eiusmodi, ut pignus dignus. Pono simpliciter aliquid statuens, dispono aliquid operis inpensioris vel consilii facturus. est etiam disponere foederis ineundi. Potior potitus sum et perfruor perfructus sum faciunt. Primitiae pluraliter tantum dicuntur, sed aliquotiens singulariter intellegendae. Pario peperi partum facit supinum verbum, inde pariturus. Percutio percussi per duo s, inde percussurus. Parco parsi praeteritum facit. Pangor pactus sum praeteritum facit. Praepositio et praeterea per diphthongon scribenda. Pro praepositio, cum sit naturaliter longa, interdum in conpositione corrumpitur, partim correptione, ut proavus, partim assumptione litterae d, ut prodest proditus prodigus: interdum integra est et ipsa *et* pars cui coniungitur, ut procuro. sequentibus i et v loco consonantium numquam litteram perdit aut mutat, ut providens, aut assumit aut corrumpitur, ut proiectus. P et s apud Latinos pro ψ graeca ponuntur: ideo in verbis b saepe in p mutamus. Peto expeto sine s, specto exspecto per s. Privignum per detractionem e litterae dici potest: integrum enim eius privigenum reor. Peteredium abiecta h in conpositione a petendis hereditatibus. Pro in appositione vel conpositione localis et temporalis est, pro templo provideo; et loco e et super vel ante vel ad vel in accipitur, ut prominet, id est supereminet, (*Sall. Cat. 18, 8*) ‘pro curia signa sociis dare’, id est ante curiam: Vergilius (*Aen. V 500*) ‘summis incurvant viribus arcus Pro se quisque viri’, id est ad suas vires: pro testimonio, hoc est in testimonio. et pro interiectione accipitur, ut pro dolor, et circumflectitur. Prae in appositione vel conpositione invenitur et ad vel ab vel super vel valde vel ante significat: Terentius (*Eun. II 2, 8*) ‘contempsi illum hic prae me’, hoc est ad comparationem mei, item (*Eun. I 2, 18*) ‘fit misera prae amore’, id est ab amore, praesideo supersedeo, praevalidus valde validus, praedico antedico. Phoebus, id est Apollo, ita scribitur, ut post p sequatur h. Postumus abiecta h in conpositione: est enim post humatum, id est sepultum, patrem natus. Plaustrum capistrum claustrum vestrum rastrum et talia, tres consonantes vocali sequente in unam syllabam iungendae sunt. Periurus qui male iurat, peiero vero verbum r non debet habere: est enim quasi peius iuro. Protenus per e adverbium locale, id est porro tenus, ut (*Verg. Aen. III 416*)

1 praegnantem cum scribis adnectis g secundae syllabae aut scripto diuidis (diuides *M*) et alia *pSM* 2 ut pignus dignus *S* ut pugnus dignus *p* ut magnus dignus pignus *M* pono simpliciter aliquid statuens *Beda p. 286, 9*, pono aliquid simpliciter statuens *pSM* 3 etiam] autem *M* 5 intellegendo *S* 11 et ipsa pars *pSM: cf. Cassiod. p. 164, 3. in reliquis corruptam in codicibus Cassiodorii scripturam Albinus secutus est* 16 priuignus *p* e *om. M* 17 priuigenium *M* 19 accipitur *pM* accipit *S* 22 pro se — vires *om. M* ad suas uires *p* ad suas aures *S* 25 ad uel ob *SM* ab uel ob *p*: *cf. Prisc. l. XIIII p. 50, 5* 27 ab amore *S* ob amorem *pM* 28 supersedeo *M* supersideo *pS* 31 rastrum *M* rostrum *S*, *om. p* 32 iungenda *pSM* Periurus — iuro] periurus est qui male iurat peiurus quasi peius iurat in uerbo r non habet *M* 33 peiero *p* peiuro *S*

p. 2343. 44 P.

'cum protenus utraque tellus Vna foret'; protinus per i temporale est, id est statim, (*Verg. Aen. V 485*) 'protinus Aeneas coepit celeri certare sagitta'. Pudoris per u et per o scribendum est, poderis per o et per e, id est tunica talaris, qua sacerdotes in veteri lege utebantur.

Q littera tunc recte ponitur, cum illi statim u littera et alia quaelibet pluresve vocales coniunctae fuerint, ita ut una syllaba fiat: cetera per c scribuntur. 'qui' syllaba per q u i scribitur; si dividitur, per c et ui scribenda est. Quit verbum, quod fit a queo quis quit, per t; quid pronomen per d scribendum est. Quot, quando numerale est, per t; quando pronomen, per d scribendum est. Quantus et tantus per n euphoniae causa: venit enim a quamtus et tamtus. Quicquam et quicquid in medio per c, non per d scribi debent: in conpositione enim plerumque d in c commutatur, ut in praepositionibus, accedo accumulo. Querela per unum l, sicut suadela tutela candela corruptela loquela. Quoties et toties sine n, licet veteres per n. Quatenus adverbium loci, id est quousque, per e, quatinus coniunctio causalis, id est ut, per i scribendum est. Quaeritur de inquirendo, queritur de plorando, quaestus lucri per diphthongon, questus lacrimarum, queremonia per e. Quorundam, sicut eorundem, per n, non per m. Queror de te, tibi, de illo; item conqueror. 'Quo vadis?' ad quem locum significat, 'qua vadis?' qua via dicitur. quo aliquando pro ubi ponitur: Augustinus 'invenis domum famosam, quo boni habitant', id est ubi habitant. Quantus quam magnus dicitur, quotus cuius aetatis, unde et quota luna dicitur: Augustinus 'quotus quisque in | hac vita existere potest, qui non convincatur esse peccator', id est in qua aetate, quo dierum vel annorum numero. Quotidie adverbium numeri per q scribendum est, non per c, ut quot diebus: cotídie adverbium continuationis per c et o dicitur et scribitur, non per q, quia non a quota die, sed a continenti die dictum est. Quaestor a quaerendo, quasi quaesitor, per ae diphthongon. Quanquam, prior syllaba n debet habere, non m.

Reliquiae per q scribendum est et unum l, licet Vergilius (*Aen. I 30*) poetica licentia dixisset 'relliquiae Danaum'. Radius masculini, non radium neutri. Rubor coloris, robur virtutis, robor arbor est. Redoleo unguentum. Regium quod regis fuit, regale quod rege dignum est. Roseum per se, rosacium mixtum. 'Recens feci' dicimus, non recenter, utentes nomine pro adverbio. Rhythmus graece, latine modulatio. Re praepositio non tantum plena praeponitur quibusdam partibus orationis, ut removet refricat respirat, sed et d litteram assumit, ut redolere redire. sed inter-

---

7 per c et ui scribenda est *S* per cui scribenda est *p* per cui cuiscriptum est *M* 10 quantus et tantus per n *M* quantus per n (per s *p*) et tantus *pS* 14 loquela *om. pM, add. S* 16 quaeritur de inquirendo per ae diptongon (dipt. *om. p*) queritur de plorando per e *pM* 18 questus lacrimarum per e queremonia per duo e *pM* 21 formosam *M* 23 quisque] quis *S* 34 rege dignum *S* regi dignum *pM* roseum per e rosacium mixtum per a *p* roseum per e roseatum mixtum *M*

p. 2344. 45 P.

dum d littera geminatur, quoties ab ea sequens incipit syllaba et una pars orationis expletur, ut reddere dicimus geminata d, reducere autem simplici. re praepositio saepe, cum ad consonantes accedit, geminat illas, quod plerumque apud antiquos est, ut cado reccido, tuli rettuli, pello reppello, do reddo, lego rellego. R sequente a vel u vocales non aspirantur, ut arcus urtica urna, notatis hara harena harundo. r sequente e vocalis leviter effertur, ut erus erit; si post r sequatur b vel n vel s vel e longa, tunc graviter profertur, ut herba herbidus herbilis herbosus, proprium Hernae, unde est (*Verg. Aen. VII 684*) 'Hernica saxa colunt', Hersilia, heres heredium, Herennius proprium et Hercules. r sequente i vocali semper aspiratur, ut hircus hirquitallus Hirpinus hirsutus hirtus Hirtuleius Hirrus proprium; nisi aut monosyllabum sit, ut ir, aut ex motu verbi, ut eo is irem ires, Iris id est arcus; aut nisi a post | r sequatur: tunc enim non aspiratur, ut ira iratus iracundus irascor et quicquid ab eis fit. r sequente o vocali non aspiratur, ut orbus; si vero alia r sequatur aut t, tunc aspiratur, ut horreo [horreor] horror, horreum, hortus holerum, Hortentius: notatur hordeum. Re praepositio d litteram extrinsecus accipit, cum ad vocalem incipientem verbi alicuius accedit; quam d non accipit, si ad u consonantem accedat, ut ulcero redulcero, ago redigo, eo redeo, voco revoco, vinco revinco.

Sol in utroque numero declinatur. sed singulariter sol ipsum luminare significat; at soles ipsos dies nominamus, in quibus sol totum inluminat polum. non nulli tamen veterum ipsa carmina soles nominavere, sicut Horatius exorsus est 'soles meos omni ecclesiae vestrae commendo' et Maro (*bucol. 9, 51*) 'saepe ego longos Cantando puerum memini me condere soles'. Similis sum tui moribus, similis tibi facie. Studio tui feci, id est dum studeo tibi; studio tuo feci, id est te studente. Sartrix vel sertrix quae sarcit, sarcinator qui sarcinas servat. Salubre ad locum refertur et ad cibum, salutare consilium est. ita salubre non nocet, salutare prodest. Suppellex per duo p et per duo l scribitur. Sanies socordia sitis et in neutro sulfur scrupulum sinape siler singulariter tantum dicuntur; sed Vergilius (*georg. III 449*) 'sulfura viva' et Terentius (*Andr. V 4, 37*) masculine scrupulus retulit. Sors sortis et sors sordis dicitur: Ambrosius 'mundet vasa, ne sors aliqua vini gratiam decoloret', tametsi negant quidam sordem nominativum singularem habere.

---

4 rettuli — reppello — rellego *p M* retuli — repello — relego *S* 5 R sequentibus au uocalibus non aspirantur — e uocalem leuiter effertur ut eruus eruum ergon si post r *M* vel *om. S, add. p* 6 e uocale leuiter effertur ut si post r *S* e uocalem leuiter efferuntur ut herus erit si post r *p* 10 heredium] heredum *M* Herennius *p* herenius *S M* 11 hirtuleus *M* 12 ex *om. S, add. p M* 13 aut nisi a *p M* aut si a *S* 16 horreor *et* horreum *om. M* hortus Hortensius *p* 23 polum] populum *M* 24 oratius *S* 26 me *om. M* 27 studio tui feci *p* studio tibi feci *M* studeo tibi feci *S* studio tuo *p M* studeo tuo *S* 28 quae] qui *M* 30 Sanies — 33 scrupulus retulit *om. M* 31 sitis *p* satis *S* sinape *S* sinapi *p* 34 sors aliqua *S M* sordis aliqua *p*

p. 2345—47 P.

Sensus nomen est quartae declinationis et participium est praeteriti temporis a verbo passivo, quod est sentior, cuius etiam perfectum est sensus sum, sensus es, sensus est, non sentitus. Secturus, non secaturus, a verbo seco. Sterceratos agros, non stercoratos dicas, quibus stercus ad fecundandum infertur. Saevus saevio saevi saevisti per ae diphthongon. Sagena | per e, cum retia significat; sagina per i, cum pastum et pinguedinem. Segnities vitii est, segnitia frigoris. Supplico divinae pietati per duo p. Solium proprie sedes regalis est, unde graece basilicos thronos vocatur. Super est quod eminet, supra quod substratum aliquid habet, supter quod re aliqua superiore premitur, suptus quod demissum altius non tangitur. Servitium multitudo est servorum, servitus condicio serviendi. sed veteres indifferenter servitium pro serviendo posuerunt. Sal et masculino genere et neutro dici potest. Saturitas in cibo, in ceteris vero satietas. Sero rumores, id est divulgo. Sanguis dicitur, dum manat; effusus vero cruor. Sumimus ipsi, accipimus ab alio. sic cum damus, dicendum 'accipe'; cum permittimus ipsi tollere, dicendum 'sume'. Saepe b in praepositione sub euphoniae causa in sequentem mutabitur consonantem, ut suffero suggero summitto suppono et cetera talia; saepe et integra permanet, si sequens syllaba a vocali incipit, ut subaudio subesse subire. Sicut primus e multis et prior ex duobus, ita postremus de multis, posterior de duobus. Superbus qui super vult plus videri quam est. Sero seras seravi a claudendo, et inde serae, id est vectes, quibus urbium clauduntur portae, quae veniunt a sera, id est vespera, ut in psalmis 'quando confortavit seras portarum tuarum'; et hoc quia sero, id est vespere, civitatum obclauduntur portae. sero seris sevi a seminando. Syriam Syracusas symbolum ut in veterum libris sic in nostris per y scribi oportet. Sumpsi per p scribendum est, similiter et sumpturus. Sed antiqui sedum dicebant, ideo sed per d debet scribi; sat per t, quia per apocopam a satis fit. Scribo per b, scripsi per p scribendum est, quia b transit in p in praeterito tempore. Supter per p, non per b scribitur. Saevus et servus per duo v, ita ut prior digammon, sequens vocalis sit; similiter parvus pravus et corvus. Servile | civile et ovile per v scribenda sunt, i longa ante l. Solemne, eo quod solet in anno, per unum l scribendum est; sed et m sequenti syllabae secundum Priscianum iungi debet. Sedeo sedi, inde sessurus per duo s scribitur. Spondeo spopondi, quod s in secunda amittit syllaba, velut Prisciano placet. Scio scivi scitum sciturus facit et ex eo scisco.

Totidem per t scribitur, quia a tot numero adverbiali venit. Trans

---

4 sterceratos agros non stercoratos *M* stercoratos agros non sterceratos *pS* 6 pinguidinem *S* 8 sedes *pS* sedis *M* uocatur *pM* uocant *S* 9 quod substratum *pM* quod stratum *S* supter *S* subter est *M* 12 pro servitute posuerunt *Beda p. 291, 2* 14 deuulgo *S* 15 sumimus ipsi *S* sumimus cum ipsi *pM* 21 plus *om. pM, add. S* quam est *om. M, add. pS* 23 ut] et *pSM* 25 Syriam Syracusas symbulum sicut in ueteris libris sic et in nostris per y (*superscr.* u) scribi oportet *M* 30 supter per p non per b *pS* subter per b non per p *M* 36 Prisciano placet] *l. I p. 23, 2*

p. 2347. 48 P.

praepositio interdum plena est, ut transtulit transeo transactum; in quibusdam n et s amittit, ut traducit traicit. Tabula et fabula per b scribuntur. Testor aliquid confirmans sententia, contestor cum quadam auctoritate affirmans, protestor manifeste cavenda denuntians, obtestor aliquem iurare compellens, attestor aliquem ad testimonium vocans, qui sit dignitate vel auctoritate eminens, detestor aliquid execrandum respuens. Triumphat hostem qui superat, triumphat nos deus, cum superandi hostes auxilium tribuit. Transmigro verbum duplicem significationem habet. transmigro enim, cum de loco ad locum iter facio: item transmigro dicitur cum additamento accusativi casus, id est cum aliquem de loco ad locum transfero, ut 'Nabuchodonosor transmigravit Iudaeos ab Hierusalem in Babyloniam'. transmigrans participium aeque dupliciter et de loco ad locum transiens aliquis et alium de loco ad locum transferens intellegitur. Tunc temporis adverbium est, tum ordinis. Terga hominum sunt tantum, singulariter tergum; tergus quadrupedum, pluraliter facit tergora, id est coria. ideo in exemplo quod grammaticus posuit vitiosa compositio est, (*Verg. Aen. VIIII 609*) 'versa iuvencum Terga fatigamus hasta', quia quod hominum fuit animalibus imposuit, et est cacosyntheton. Tinguere dicendum est, non tingere. Temeritas sine consilio, audacia post consilium. Temperantia animorum, temperatio rerum, temperies aurarum. Turbo, si sit proprium, Turbonis facit, si appellativum, turbinis. nam sive ventus, | sive quo ludunt pueri, hic turbo dicitur: Vergilius (*Aen. VII 378*) 'torto sub verbere turbo'. Teloneum, non theloneum, id est per t simplicem, non aspiratione addita. est autem telon latine vectigal. Traho veho in praeterito aspirationem in x convertunt, ut traxi vexi. alia proiciunt aspirationem: dicimus enim prehendo et prendo, vehemens et vemens, nihil nil et nihili, hercule et hercle, quod est adverbium iurandi.

Vinea, si arborem significat, in prima syllaba i debet habere et in secunda e; si ad indulgentiam pertinet, prima syllaba e et secunda i habeat, ut est venia. Vrgere debemus dicere, non urguere: Vergilius (*Aen. VI 561*) 'urgentur poenis', item (*Verg. Aen. VIIII 773*) 'urgere tela manu'. Vaccas, si animalia significant, per v; si flores lauri, id est baccas, per b scribatur. Vallis et vallum per v scribendum est, ballistra et ballena per b. Valva, quod est ostium, per v; balba, mobile nomen balbus balba balbum, quod est tardiloqua, per b scribitur. Valde adverbium a valido nomine veniens, unde valde corrupte dicitur, per v scribendum

---

4 manifesta *M* 6 detestor aliquem *p* 7 superandi hostes *S* superandi hostis *M* superandi hostem *p* 15 pluraliter *M* pluralem *S*, *om. p* 17 *Vergilii versum pro exemplo cacosyntheti posuerunt Charisius p. 271, 24 Diomedes p. 451, 19 Sacerdos p. 454, 18 Pompeius p. 295, 4* 18 tingere dicendum est non tinguere *p* 21 nam siue *pM* nam sicut *S* 24 est autem graece telon *M* 27 hercule et hercle *pM* et horule et ercle *S* 28 uineam *S* 30 urguere (*corr.* urgere) debemus dicere non urgere uerg. urguentur (*corr.* urgentur) poenis *M* 31 item — manu *om. p*, *add. SM* urgere *S* urguere *M* 33 vallum] uallium *S* ballista *p*

p. 2348—50 P.

est quasi valide. Vellus, si lanam significat, per v; si bellus, id est pulcher, per b scribitur. Ver et vir per v scribenda sunt. Vel si coniunctio est, per v; si humorem significat, per f; si idolum, per b scribendum est. Vos, si pronomen monosyllabum, per v; si disyllabum erit, prior syllaba ab v, sequens a b incipit, ut vobis: si animal significat, monosyllabum per b; si disyllabum, prior syllaba a b, sequens ab v incipit, ut bos bovis bovi bove bos a bove. Verba, prior syllaba ab v, posterior a b incipiat. Vlciscor ultus sum facit. Volo volas a volando, volo vis a voluntate, quod imperativum naturaliter non habet, quia imperata necessitatis sunt, non voluntatis. Vis duplicem significationem habet, et virtutis videlicet, quod graece δύναμις dicitur, et violentiae, quod graece βία vocatur. Verbex ovis ab v incipiendum est et facit genetivum verbecis longa e in secunda syllaba, dum vertex cortex codex i brevem habent in obliquis casibus, ut verticis | corticis codicis et cetera talia. Vlterior et ultimus positivum gradum non habent. Veniunt qui vendunt, veneunt qui venduntur. Velocitas pedum et corporum, celeritas animorum et factorum. Vlcus quod nascitur, vulnus quod per alium fit. Vrgeo, non urgueo, Vergilius (*Aen. VI 560*) ‘quibus urgentur poenae’, ungo unxi, quo modo pingo pinxi, utrumque sine u; attamen ad nomen derivativum addit, ut (*Verg. georg. III 450*) ‘pinguis unguine’. | Vulva malva stiva per v loco consonantis scribuntur. Vas vadis de fenore genere masculino, vas vasis de vasculo neutro, utraque per v; fas per f indeclinabile, unde fasti dies, quibus ius fatur. Villus est vestimenti, villa possessio. Vesper incerti generis est, ut Prisciano placet: ideo evangelista dixit ‘vespere quae lucescit in prima sabbati’.

---

2 uer et uir per u scribenda sunt *p M* ueretur per u scrib. dicitur *S* 3 humorem *p M* humerum *S* 7 verba] uerbera *M* 10 uirtutis *p M* uirtus *S* 11 uocantur *S* vervex — vervecis *p* 16 quod nascitur *p* qui nascitur *S M* 17 non urgueo *S* non urguo *p* non urgo *M* 18 quibus urgentur poenae *M* urgentur poena *S* urgentur poenis *p* utrumque *p M* uterque *S* 19 derivativum *om. M* addit u *p* u addit *Beda p. 294, 25* 20 scribuntur *M* scribentur *S* scribantur *p* 23 uestimentum *M* possessio *p M* positio *S* Prisciano] *l. V p. 169, 18* 24 sabbati $\overline{\text{XPC}}$ per X et Xrisma FINIT amen *S* sabbati. Acer lignum est et Acer dicitur purgamentum frumenti *p*

AVDACIS

DE SCAVRI ET PALLADII LIBRIS

EXCERPTA

Audacis liber de arte grammatica in duobus inventus est codicibus nono saeculo scriptis, Bernensi 336 et Monacensi 6434 olim Frisingensi 234. e quibus Bernensis, quem Hagenus catal. cod. Bern. p. 333 descripsit, hunc librum exhibet f. 8*—46 *incipit Audacis de Scauri et Palladii libris excerpta per interrogationem et responsionem script. de nomine artis interpretatio . Ars quid est* — p. 41 ed. Hal. *servant ut tradidit* . nam reliqua in eo scripta non sunt . ex hoc quaedam deprompsit Hagenus anecd. Helvet. p. XXXIV. in Monacensi codice idem liber legitur f. 45—108 *incipit Audacis de Scauri et Palladii libris excerpta et per interrogationem responsa de nomine artis . intgat . Ars quid est — grece metaplasma* . sequitur tractatus de soloecismo f. 108—111, quem, quia detrita et partim deleta scriptura legi vix poterat, neque quidquam quod gravioris momenti esset inesse videbatur, in editione omisi: cf. catalog. cod. Monac. v. I 3 p. 111. sed in eo codice non solum quaedam quae de metro p. 12 et de verbo p. 25 in Bernensi libro leguntur omissa, verum etiam de quattuor partibus orationis, de adverbio, de participio, de coniunctione, de praepositione pauca omnino relicta eaque neglegenter ex amplioribus commentariis codicis Bernensis excerpta sunt.

Praeter hos codices, qui totum Audacis librum continent, partes libri inventae sunt in pluribus. cum eadem inscriptione quam supra posui ea pars quae est de nomine coniuncta cum aliorum grammaticorum commentariis legitur in codice Caroliruhensi 112 nono saeculo scripto, cuius apographum Alfredi Holderi benevolentiae debeo, f. 63 *incipiunt artes* (l. *partes*) *Audaci de Scauri et Palladii libris excerpta. Quid est nomen — fluctibus curribus,* ubi ante *incipiunt* in margine adscriptum est nomen *uuolfuinus**). sequuntur ampliores commentarii de nomine, de pronomine, de verbo, de adverbio, de participio, de coniunctione, de praepositione, de interiectione, de schematibus et tropis, de barbarismo et soloecismo, in quibus nihil quod ad Audacem referri possit inveni. ex Vaticano codice duo excerpta adscripto grammatici nomine edidit Maius class. auct. v. VI p. 589, alterum breve de elemento, *Audacis. Elementum — res*

*) De Vulfino, grammatico Aurelianensi, dixi de gramm. quib. lat. inf. p. 22. nomen autem grammatici in codice adscriptum, deinde post commentarium de verbo repetitum, f. 92 *finit deo gratias uuoluuinus,* hoc videtur indicari, cum Vulfini commentariis excerpta Audacis in Caroliruhensi codice coniuncta esse.

solvitur, alterum paulo longius de voce, *Audacis denscausi* (l. *de Scauri*) *et Palladi libris inscripta* (l. *excerpta*) *Vox est aer ictus — aut patiens*, quae ille ib. p. 553 'e glossario maximae molis Vaticano perantiquo saeculi ferme undecimi' deprompta esse scribit. sumpta autem haec esse ex libro glossarum, cuius codice Palatino 1773 usus erat Maius, apparet ex iis quae de eo libro disputaverunt Wilmannsius et Usenerus mus. Rhen. v. XXIV (a. 1869) p. 362 et 382 sqq. et Loewius prodr. corp. gloss. lat. p. 222 sqq. et praef. p. XII. priorem locum Hagenus anecd. Helvet. p. XXXV e codice Bernensi 16 edidit, alterius partem ex Maii editione Wilmannsius Varr. libr. gramm. p. 82 repetivit. omisso nomine Audacis duo commentarii de accentibus in codice Monacensi 6399 olim Frisingensi 199 saec. IX post Bedae libros de arte metrica et de schematibus scripti sunt: cf. supra p. 219, catalog. cod. Monac. v. I 3 p. 104. cum hoc consentit Leidensis Voss. Q 116, in quo post Pauli et Nonii libros iidem commentarii sine nomine auctoris scripti sunt. Leidensi codice usus est L. Muellerus, qui eum decimo vel nono saeculo scriptum esse dixit, cum mus. Rhen. v. XVIII (a. 1863) p. 169 sqq. duos commentarios de accentu ederet.

His addam nomina grammaticorum, qui inde a septimo saeculo in libris de arte grammatica scriptis hoc Audacis libro usi sunt. nam ante illam aetatem quam dixi eius memoriam fieri non inveni. extremis autem septimi saeculi annis Iulianus Toletanus in arte grammatica, quae Romae a. 1797 edita est, ex qua pauca excerpta posui gramm. lat. v. V p. 313 sqq., nomen Audacis bis appellavit, p. 317, 21 *unde Audax* '*definitio quid est? oratio quae id de quo quaeritur aperte describit*' sqq. et p. 318, 13 *ut puta si dicas mihi* '*quid scit Audax?*', *dico grammaticus est*, et quaedam de litteris, de metro, de pedibus, de hexametro versu ex eius libro recepit. eodem fere tempore Aldhelmus Anglus scripsit librum 'de septenario et de re grammatica ac metrica' a Maio class. auct. v. V p. 522 sqq. editum, in quem omnem Audacis disputationem de hexametro versu non nominato auctore recepit. his duobus paulo inferior aetate fuit Beda, qui in libro de arte metrica p. 241, 10 praecepta Audacii, quem dicit, de accentibus interiectionum posuit, quae in codice Bernensi apud Hagenum anecd. Helv. p. CXCVII repetita sunt, et eiusdem libro usus est saepius, p. 245, 16 de caesuris, p. 253, 15 de communibus syllabis, p. 258, 24 de metro et rhythmo. postea Bonifatius in arte grammatica a Maio class. auct. v. VII p. 475 sqq. edita praeter antiquiores grammaticos, de quibus Bursianus Sitzungsberichte d. bayer. Akad. 1873 p. 457 sqq. disseruit, Audacis librum adhibuit. ex hoc enim petiverat quae de praepositionibus p. 544 sqq. scripta sunt, sicut dixi in indice lectionum Halensium aestiv. a. 1875. nomen grammatici cum antiquiorum

grammaticorum nominibus compositum est in codice Parisino 7560, *praeterea siquis venenosae tetro invidiae fermento infectus vel ignorantia, matre omnium errorum, et audacia proprii ingenii compellente inlectus has grammaticae artis normulas morsu aspidis et genuinis sanguineis lacerare voluerit, sciat se Prisciani vel Donati, Probi vel Audacii, Velii Longi vel Romani, Flaviani vel Eutychis, Victorini vel Focae, Asperi vel Pompei latus laniare et non viventem rusticum infestis iaculis insequi, sed pulverem mortuorum rhetorum et cinerem sagittare, quia nec unius saltim ramus regulae in hoc libello insertus reperitur, qui non alicuius horum sit radice fortiter fundatus:* cf. de gramm. quib. lat. inf. aet. p. 26. praeterea 'quidam grammaticus Audax nomine' Augustino aequalis fuisse dicitur in excerptis codicis Bernensis 83, Hagen anecd. Helvet. p. CV, *unde sanctus Augustinus, cum eum quidam grammaticus Audax nomine sacratorem plebis dei nominasset, 'quid' inquit 'me sacratorem plebis dei vocas? da veniam multam: cui loquaris ignoras, cui sacratum esse magnum est'* . petita haec sunt ex epistula Augustini ad Audacem scripta, quae una cum ipsius Audacis epistula legitur in epistulis Augustini 260 et 261, August. op. v. II p. 672 ed. Antverp. a. 1700 . sed de grammatica Audacis doctrina in iis epistulis nihil scriptum est; neque hunc qui de arte grammatica scripsit Augustini aetate vixisse, sed vix sexto saeculo superiorem fuisse puto.

Ex duobus codicibus quos supra dixi, e quibus Monacensem Maximilianus Kleemannus descripserat, Bernensem partim ipse descripseram, partim cum apographo Monacensis codicis Hagenus contulerat, Audacis librum per occasionem academicarum scriptionum edidi Halis a. 1872—1877, quam editionem nunc pluribus locis correctam repetivi . quamquam enim in priore parte libri plurima cum duobus libris Victorini de arte grammatica et de metris et hexametro plane consentiunt itemque in posteriore parte similis consensus est cum institutis artium Probi, tamen non solum quaedam rectius apud Audacem quam apud illos scripta, sed etiam alia, quae apud illos omnino non leguntur, addita sunt, eaque partim haud vulgaria, sed ex antiquiore doctrina petita, quo refero in primis ea quae de mensura v. *aqua* cum versu Lucretii tradita sunt p. 8, de metris cum duobus versibus Varronis Atacini et de pedibus versuum p. 12, non nulla in commentariis de praepositione et in extrema parte de accentibus . aptius autem esse visum est totum librum quamvis saepe cum iis quae antea edita erant consentientem proponere, quam ea quae maxime digna essent memoria, id quod olim promiseram, excerpere, quo certius de natura et auctoritate libri iudicium paratum esset . itaque lectionem duorum codicum manu scriptorum, quibus usus sum, integram exhibui; in commentariis de accentu scripturam alterius codicis Monacensis addidi . ex Victorini libris ea quae ad corruptam

codicum scripturam emendandam valebant adscripsi; numeros autem paginarum et versuum editionis Victorini, ubi ille cum Audace consentit, in marginibus posui . locos grammaticorum qui Audacis libro usi sunt et locos Probi cum illo consentientes ante adnotationem separatim indicavi . paginae editionis Halensis in superiore margine indicatae sunt.

De Scauri et Palladii libris, ex quibus excerpta se composuisse inscriptione libri Audax indicavit, nihil memoriae proditum est. neque tamen videtur dubitari posse quin Scauri nomen ad priorem partem libri, in qua plurima, ut dixi, cum duobus Victorini libellis consentiunt, Palladii nomen ad ea quae in posteriore parte ex Probi institutis artium quae feruntur collecta sunt grammaticus pertinere voluerit. et Scauro quidem non nullae definitiones quae in initio libri ab Audace scriptae sunt tribuuntur a Diomede et ab eo qui explanationes in Donatum gramm. lat. v. IV p. 486 sqq. editas scripsit, definitio artis expl. p. 486, 9 *Scaurus vero hinc coepit 'ars est cuiusque rei scientia usu vel traditione suscepta', quia artem doctrina vel usu cotidiano percipimus*, elementi vel initii ib. p. 535, 5 *unde Scaurus 'initium a quo sumitur incrementum'* et Diom. p. 421, 16, ut videtur, *Scaurus sic eam definit, littera est vocis eius quae scribi potest forma: elementum est minima vis et indivisibilis materia vocis articulatae vel unius cuiusque rei initium, a quo sumitur incrementum et in quod resolvitur*, orationis Diom. p. 300, 19 *Scaurus sic, oratio est ore missa et per dictiones ordinata pronuntiatio; oratio autem videtur dicta quasi oris ratio. — oratio est sermo contextus ad clausulam tendens . clausula est compositio verborum plausibilis structurae exitu terminata* . reliqua autem quae Scauri nomine ab illis relata sunt, Diom. p. 300, 27 et 320, 13 de nomine et appellatione et vocabulo, p. 318, 14 de septimo casu, p. 403, 20 de adverbio, p. 444, 29. 449, 26. 456, 27 de figuris, expl. in Don. p. 560, 19 sqq. et 562, 1 de coniunctionibus et praepositionibus, in excerptis Audacis non leguntur. verum ex his quae apud eum in initio libri scripta sunt multa cum iis quae a Diomede in prima parte secundi libri tradita sunt ita consentiunt, ut ea ex eodem fonte ducta esse appareat, de arte p. 421, 4, de grammatica cum definitione elementi et officiorum artis grammaticae p. 426, 21; 32 et 421, 18, de partibus lectionis p. 436, 19 et 439, 11, de latinitate p. 439, 15, de voce p. 420, 9, de definitione p. 420, 25, de distinctione p. 437, 20 et quaedam de litteris et syllabis et accentibus, ut videtur, p. 421, 15 . 427, 4 . 430, 29. nam ad ea quae sequuntur de metro et de pedibus et de hexametro versu iste consensus non pertinet, neque in commentario de nomine praeter pauca et vulgaria quidquam quod cum Diomede consentiat deprehenditur. sed quoniam ea quae modo dixi auctore Audace iam Scauro tribuenda sunt, haud impro-

babile est Diomedem artem grammaticam hoc nomine inscriptam usurpavisse eiusdemque artis excerpta ad usum scholarum accommodata et in formam interrogationis et responsionis redacta fuisse, quae in suum librum Audax recepit. alia eorundem excerptorum recensio est, quae nunc in libris manu scriptis partim Victorini partim Palaemonis nomine inscripta habetur, quam a Mario Victorino profectam, sed graviter depravatam et perturbatam esse dixi gramm. lat. v. VI p. XXIV. Scauri autem nomen nulla causa est cur non ad veterem et nobilem grammaticum Q. Terentium Scaurum referatur, quae fuit sententia Ritschelii opusc. philol. v. II p. 607. quamquam in incerto relinquendum est, utrum Audax ea omnia quae apud Victorinum omissa sunt ex excerptis Scauri receperit, an quaedam ab aliis auctoribus petita addiderit . atque etiam ipsum Scauri librum, quo et Diomedes et praeter hunc alii grammatici usi sunt, non puto incorruptam doctrinam veteris grammatici, cuius nomen prae se ferebat, continuisse, sed more grammaticorum mutatum fuisse. gravius vero illud est, quod multa ex his quae ex Scauri copiis a Diomede vel ab Audace et Victorino deprompta habemus ad Varronis doctrinam revocanda sunt. nam et nomen Varronis bis apud Diomedem adscriptum est, p. 426, 21 de officiis grammaticae et 439, 16 de latinitate, et alia satis certis indiciis ei vindicantur.

Palladii nomine, quod Audax in inscriptione libri post Scaurum posuit, is liber, quem grammatici vulgo Probi nomine usurpaverunt, nos Priscianum et Pompeium secuti instituta artium appellavimus, significari videtur. ex hoc enim disputationes de tribus partibus orationis, coniunctione, praepositione, interiectione collectae sunt. sed in his quoque disputationibus quaedam inveniuntur, quae in codicibus eius libri non leguntur.

AVDACIS

DE SCAVRI ET PALLADII LIBRIS EXCERPTA PER INTERROGATIONEM ET RESPONSIONEM

DE NOMINE ARTIS

p. 1 ed. Hal.

187,2 Ars quid est? Rei cuiusque scientia ad utilitatem delectationemque tendentis usu vel ratione comprehensa . artem autem dixere veteres, quod arte strictimque omnis rei argumenta contineat . hanc Graeci, quod industriae virtute bona possideret, areten dixerunt.

187,2 Artium genera quot sunt? Tria. Quae? Sunt quaedam animi tantum, quaedam corporis, quaedam animi et corporis: animi tantum, ut poetica, musica, astrologia, grammatica, rhetorica, iuris scientia, philosophia; corporis, iaculatio, saltus, velocitas, oneris gestamen; animi autem et corporis, ruris cultus, palaestra, medicina, mechanica, tectonica . Quae sunt ex his, quas veteres aliis nominibus discreverunt? *Κακοτεχνία, ψευδοτεχνία, ματαιοτεχνία . Κακοτεχνία quae est? Oratoria* . Quare *κακοτεχνία*? Siquidem malitiosa ars est et in id quod persuadere quaerit intenta plerumque ad pervertendam nititur veritatem . *Ψευδοτεχνία* item

---

B codex Bernensis 336

M codex Monacensis 6434, olim Frisingensis 234

V Victorini libri de arte grammatica et de metris et hexametro editi gramm. lat. v. VI p. 187 sqq., e quibus in priore parte libri ea quae ad emendandam scripturam codicum BM pertinent adnotata sunt. numeri paginarum et versuum in marginibus adscripti sunt.

1 INCIPIT AUDACIS DE SCAURI ET PALLADII LIBRIS EXCERPTA PER INTERROGATIONEM ET RESPONSIONEM SCRIPT DE NOMINE ARTIS INTERPRETATIO Ars *B* INCIPIT AUDACIS DE SCAURI ET PALLADII LIBRIS EXCERPTA ET PER INTERROGATIONEM RESPONSA DE NOMINE ARTIS INTgat Ars *M* 5 Ars] *similis artis definitio Scauro tribuitur in Sergii explanationibus in Don. p. 486, 9,* Scaurus vero hinc coepit, 'ars est cuiusque rei scientia usu vel traditione suscepta': *cf. Diom. p. 421, 9 Mar. Victor. p. 3, 7 Pompei. p. 95, 4* dilectationemque *M* declinationemque *B* 7 strictumque *B* 8 possideret aretē *B* possidere areten *M* 9 sunt enim quendam *M* 10 animi tantum ut poetica — 12 ruris cultus *om. M, add. B* 13 moccanitia tectonica *B* mecanitia tectonicam *M* 14 discreuerunt (decreuerunt *B*) R. Cacotegnia Int. Qua re cacotegnia R. Siquidem *BM : supplementa praebuit V* 17 nititur] nidiatur *M* pseudotegma item *M* pseudotegnia iam *B*

p. 2 H.

quae est? Quae animos hominum sensusque quadam specie veritatis | inludit, veluti est pictorum *et* praestigiatorum . Quae est *ματαιοτεχνία*? Quae difficiles quidem res, non *tamen* usu necessarias facit, veluti sunt sphaeropaectae, funambuli ceteraque huius modi.

DE GRAMMATICA

Grammatica quid est? Scientia interpretandi poetas atque historicos 188,1
et recte scribendi loquendique ratio, *ἀπὸ τῶν γραμμάτων*, id est a litteris, cui nomen latinum a quibusdam litteratura vel litteralitas datum est. Vnde incipere debet grammatica? Quidam [grammatica] a voce coeperunt, alii a litteris, alii a syllabis, alii a casibus, nos a definitione. *Qui tamen coeperunt melius? Vtique qui a definitione* vel a litteris . nam vox naturalis est et sine grammatica communis cum imperitis . illi autem qui a litteris coeperunt hac videlicet usi sunt ratione, quod grammaticae artis initia a voce oriantur, quae elementis constat . Elementum quid est? Vnius cuiusque rei initium, a quo sumitur incrementum et in quod resolvitur . *vox* igitur, ut diximus, litteris nititur, litterae syllabis clauduntur, syllabae in dictionem conveniunt, dictio orationem auget, oratio

---

1 quadam] quaedam *B* quodam *M* 2 ueluti est pictorum et praestigiatorum genus *V* et *om. B M* mattotignia *B* mateodegnia *M* 3 quidem] quedam *M* non tamen usui necessarias *V* tamen *om. B M* 4 sperespecte *B* sperpecte *M* ceterique *V* modi] mundi *M* 6 Grammaticem *B* 7 recte scribendi loquendi *M* recte (loquendi *add. in marg. manu recenti*) scribendique *B* apoto grammatonē id est ad litteris *B* apostorāmaton id est a litteris *M* 8 a quibusdam litteraturae uel litteralitate datum est *B* a quibus littera uel turas litteralitas (*om.* datum est) *M*. litteraturam *vel* litterationem *grammaticam artem dictam esse Varrone auctore tradunt Marius Victorinus p. 4,4 Augustinus de ord. II 12,35 sqq. Isidorus I 3,1 : cf. Diom. p. 421,10 Wilmanns de Varron. libr. gramm. p. 99. 208* 9 quidam etiam a voce coeperunt *V*, quidam grammatici a voce coeperunt *scripsi olim* 10 alii a casibus *B V* uel a casibus *M* nos a diffinitione (a diffinitionem *B*) uel a litteris nam uox *B M : supplevi ex V* 12 sine grammatico *M* cummunis cum imperitis *B* communis cum peritis *M* communis etiam cum imperitis *V : fortasse* communis etiam imperitis 13 qui a litteris] qua litteris *B* hac] hoc *M* 14 a *ante* voce *om. M, add. B* elementum] *definitio elementi, qua saepe non nominato auctore usi sunt grammatici, Marius Victorinus p. 4, 26, Sergius expl. in Don. p. 487,15, Dositheus p. 12, Probus inst. p. 48,33, Scauro, ut videtur, tribuitur a Diomede p. 421,16,* Scaurus sic eam definit, littera est vocis eius quae scribi potest forma . elementum est minima vis et indivisibilis materia vocis articulatae vel unius cuiusque rei initium, a quo sumitur incrementum et in quod resolvitur, *et in explanationibus in Donatum p. 535,5,* unde Scaurus 'initium, a quo sumitur incrementum'. *Audacis excerpta,* elementum — in quod resolvitur, *ex Vaticano codice edidit Maius class. auct. v. VI p. 553, ex Bernensi Hagenus anecd. Helv. p. XXXV* 15 cuiusque] cuius *M* summitur incrementum et in quo soluitur incrementum igitur *M* sumitur incrementum igitur *B* 16 nittitur *B* 17 dictio] dictio uero *M*

p. 3 H.

partibus divisa in virtutes vitiaque descendit . vitia reprehenduntur soloecismo, barbarismo et his quas Graeci *κακίας λόγου* appellant . virtutes vero digeruntur in tropos, schemata, metaplasmos et his similia. |

188,6 Grammaticae officia quot sunt? Quattuor, id est lectio, enarratio, emendatio, iudicium . Lectio quid est? Secundum accentus et sensuum necessitatem propria enuntiatio . Enarratio quid est? Secundum poetae voluntatem unius cuiusque descriptionis explanatio . Emendatio quid est? Errorum apud poetas et figmentorum reprehensio. Iudicium quid est? Bene dictorum comprobatio.

DE LECTIONE

188,13 Partes lectionis quot sunt? Quattuor, id est accentus, discretio, pronuntiatio, modulatio. Accentus quid est? Vnius cuiusque syllabae in sono pronuntiandi qualitas. Discretio quid est? Confusarum significationum perplana significatio . Pronuntiatio quid est? Scriptorum secundum personas accommodata distinctione similitudo, ut puta cum aut senis temperamentum aut iuvenis protervitas aut feminae infirmitas aut qualitas cuiusque personae distinguenda est et mores cuiusque habitus exprimendi . Modulatio quid est? Continuati sermonis in iucundiorem dicendi rationem artificialis flexus in delectabilem auditus formam conversus asperitatis vitandae gratia.

DE LATINITATE

189,1 Latinitas quid est? Observatio incorrupte loquendi secundum Romanam linguam . Quot modis constat latinitas? Tribus . Quibus? Ratione,

---

2 barbarismo *om. M, add. B* greci cacias locu appellant *M* greci logu appellant *B* 3 similia DE LECTIONE INT. Grammaticae (Grammatici *M*) officia *B M.* *inscriptionem* de lectione *ab hoc loco alienam in suum locum restitui* 4 Grammaticae officia] *Diom. p. 426,12* grammaticae officia, ut adserit Varro, constant in partibus quattuor, lectione, enarratione, emendatione, iudicio sensum *M* 6 propria enuntiatio *M* propriatio *B* propria pronuntiatio *V* poetae] poemate *M* 7 discriptionis *M* disscriptionis *B* 10 DE LECTIONE *hoc loco om. B M* 11 partes lectionis *V* partes lectionum *M* partes declinationum *B* 12 in sono pronuntiandi *V* pronuntiandi in sono *M:* in sono *om. B* 15 acommodata *B* adcomodata *M* . accommodata distinctio similitudine *coniecit Thurot revue critique a. 1877 p. 307 coll. schol. Dion. Thrac. p. 744* *ὑπόκρισίς ἐστιν ἁρμόζουσα (μίμησις) τοῖς ὑποκειμένοις προσώποις ἔν τε λόγῳ καὶ σχήματι. cf. Diom. p. 436,19* 16 cuiusque personae *Diomedes*, cuiusque cuiusque personae *B* cuiuscumque personae *M* unius cuiusque personae *V* 18 sermones *B* 19 gratias hl' IN distinctio quid est 324,13—17 suspendit. DE LATINITATE Int. latinitas quid est *M interpositis hoc loco iis quae infra de distinctione scripta sunt* 21 Latinitas] *Diom. p. 439,14* latinitas est incorrupte loquendi observatio secundum Romanam linguam. constat autem, ut adserit Varro, his quattuor, natura, analogia, consuetudine, auctoritate quid est *om. B, add. M* incorrupta eloquendi secundum romanum linguam *B* 22 linguam *om. M*

p. 3. 4 H.

auctoritate, consuetudine . Ratione quatenus? Secundum artium traditores . Quid auctoritate? Veterum scilicet lectionum. Quid consuetudine? Eorum quae e medio loquendi usu placita adsumptaque sunt.

DE VOCE

Vox quid est? Aër ictus auditu sensibilis . Vocis species quot sunt? 189,8
Duae . *Quae* sunt? Articulata et confusa . Articulata quae est? Hominum tantum modo. Vnde articulata dicta *est?* Quod articulo scribentis comprehendi possit . Quae est confusa? Quae scribi non potest, ut puta velut ovium balatus, equi hinnitus, mugitus bovis | . Praeter has nullae aliae voces sunt? Sonos quoque omnes voces dicimus, ut 'fractasque ad litora voces'. Vox corporalis est, an incorporalis? Secundum stoicos corporalis, qui eam sic definiunt, ut nos in principio respondimus . Plato autem non esse vocem corpus putat : 'non enim percussus', inquit, 'aër, sed plaga ipsa atque percussio, id est vox'. Democritus vero ac deinde Epicurus ex indivisis corporibus vocem constare dicunt, corpus autem esse aut efficiens aut patiens.

---

2 ueterum scilicet lectionum *V* ueterum (ceterum *M*) scilicet actionum *MB* eorumq; in medio *BM* eorum verborum quae e medio *V* . nam ea e medio loquendi usu placita adsumere consuevit *Diomedes, ubi quae e codice Victorini adscripsi ex Audacis libro Bernensi petita erant* 5 Vox] *cf. Diom. p. 420,9 Wilmanns de Varr. libr. gramm. p. 81. Audacis excerpta ex Vaticano codice edidit Maius class. auct. v. VI p. 589,* Audacis de Scauri (denscausi *cod.*) et Palladi libris excerpta (inscripta *cod.*). Vox est aer ictus auditu (auditui *cod.*) sensibilis . vocis autem duae sunt partes, articulata et confusa . articulata est hominum tantum, quae scribi potest, id est 'orator venit et docuit', et dicta articulata, quod articulo [sic] scribentis conprehendi possit . confusa est quae scribi non potest, ut puta velut ovium balatus, equi hinnitus, mugitus bovis, latratus canis et cetera. sed articulata vox, quamquam sit prolixa * oratio solvitur et facit sermonem . iterum sermonem solvis et facit syllabam . si vero syllabam solvas, remanet littera, et iam non procedit ultra (ultro *cod.*) resolutio . sonos quoque omnes voces dicimus, ut 'fractasque a litore voces'. secundum physicos autem vox corporalis est, qui eam sic definiunt, ut nos in principio respondimus . Plato autem non esse vocem corpus putat: 'non enim percussus', inquit, 'aer, sed plaga ipsa atque percussio, id est vox' * ex individuis corporibus vocem constare dicunt, corpus autem esse aut efficiens aut patiens aditu *M* sunt *post* quot *om. B, add. M* 6 Duae . Quae sunt *V* Duae sunt *BM* articulatas et confusas. Int. Articula quae est *M* 7 est *post* dicta *om. BM, add. V* articulos scribentis *B* 9 mugitus bouis praeter has nullae aliae uoces sunt sonos (sonus *M*) quoque *sine interrogatione et responsione BM* 10 fractusque *B* fractesque *M : Verg. Aen. III 556* 11 Vox corporalis — 16 patiens, *quae omissa sunt apud Victorinum, leguntur apud Gellium noct. att. V 15* secundum istoicos *B* 13 non esse] non est *M* 15 ex individuis corporibus vocem constare dicunt *Gellius* indeuisis *M* constare] consonare *BM* autem esse *B* autem est *M et Gellius*

DE DEFINITIONE

188,28 Definitio quid est? Oratio quae id de quo quaeritur aperte describit et determinat, ut puta veluti si quaeras a me, quid sit homo, respondebo 'animal mortale rationale risus capax'.

191,24 Sententia quid est? Dictio generalis ad vitae rationem in commune pertinens, ut puta veluti 'ne quid nimis'.

DE ORATIONE

192,1 Oratio quid est? Sermo contextus ad clausulam tendens per argumenta narrationis . Vnde dicta oratio? Quasi oris ratio, cui accidit clausula. Clausula quid est? Compositio verborum plausibili structura ad exitum terminata.

DE DISTINCTIONE

192,7 Distinctio quid est? Adposito puncto nota finiti sensus vel pendentis mora. Quot locis ponitur distinctio? Tribus . Quibus? Summo, cum sensum terminat, et vocatur finalis nota, a Graecis telia; medio, cum respirandi spatium legenti dat, et dicitur mese; imo, cum lectionis interruptum tenorem aliud adhuc inlatura suspendit, et vocatur a Graecis hypostigme, a nostris subdistinctio. |

DE LITTERIS

194,9 Littera quid est? Vniformis figura, qua cum aliis [partibus] adnexa

2 Definitio — 4 risus capax *Iulianus de nomine p. 62 ed. Rom., gramm. lat. v. V p. 317, 21* unde Audax definitio quid est *sqq.*

2 quae de id de quo *M* discribit *M* disscripbit *B* 4 risu *B* 5 dictio] distinctio *B* 6 ut puta *om. B, add. M* 8 Oratio] *Diom. p. 300, 19* Scaurus sic, oratio est ore missa et per dictiones ordinata pronuntiatio *sqq.* per argumenta narrationis, *quae desunt apud Victorinum et Diomedem, delevit Thurot l. c. p. 307* 9 Int. unde dicta oratio. R. oratio quasi *M* 10 plausibilis strictura (stricturam *M*) ad exitum terminata *BM* plausibilis structurae exitu terminata *V et Diomedes* 12 DE DISTINCTIONE Int. littera quid est R. uniformis figura *M omissis hoc loco iis quae supra 322,19 in alienum locum transposita erant* 13 apposito puncto nota finiti sensus vel pendentis mora *V et Diomedes p. 437, 14,* adposita puncto nota finitio sensus uel pendentis mora *B* adposita puncto nota finiti seruus uel pendentes mora *M* 14 Quot locis] modis locis *M* quibus] qualibus *M* 15 et uocatur finalis nota *B* et uocati nota *M* et vocatur finalis a nobis *V et Diomedes p. 437, 16* telia] celia *M* 16 legenti] legendi *M* interruptum tenorem *Diomedes,* interrupto tenore *M* interruptio tenore *B* 17 aliud] alium *M* et uocatur a graecis hyposticme ansis subdistinctio *B, om. M* 19 DE LITTERIS *om. M : cf. supra 12* 20 uniformis (qui formis *B*) figura quae cum aliis partibus adnexa uoce mensa (mirra *M*) conprehenditur *BM* figuratio quaedam, qua cum aliis adnexa vox emissa comprehenditur *V*

p. 5 H.

vox emissa comprehenditur . Qui primi litterarum inventores fuisse traduntur? Phoenices, quamvis alii Assyrios, alii Mercurium apud Aegyptios asserunt . in Graeciam certe Cadmum e Phoenice sedecim adtulisse constat. Quas? *Α β γ δ ε ι κ λ μ ν ο π ρ σ τ υ*, hisque Troiano bello Palamedem addidisse quattuor, *η ψ χ φ*, post eum Simonidem melicum alias quattuor, *ξ ξ ω ϑ* . hae auctore, ut quidam volunt, Euandro, ut alii, Hercule in Italiam a Pelasgis adlatae . Quot res accidunt uni cuique litterae? Tres . Quae? Nomen, figura, potestas. Nomen litterae quid est? Quo appellatur, ut a . *A* quo genere ecfertur? Neutro, siquidem et omnes litterae, veluti cum dicimus deesse unum a vel unum b. Figura litterae quae est? Qua notatur . Potestas quae? Qua in ratione metrica valet, cum aut producta est aut correpta . et nomen quidem voce proferimus, figuram oculis deprehendimus, potestatem mente cognoscimus.

Litterarum species quot sunt? Duae . Quae? Vocales et consonantes . 195,1
sunt enim vocales quae per se proferuntur et per se syllabam faciunt. Quid est per se? Sine alterius adminiculo. Et quae sunt quae sine aliis non enuntiantur? B namque et c ceteraeque huius modi, nisi consonent, proferri nequeunt. Vocales quot sunt? Quinque . Quae sunt? A e i o u. Quae earum corripiuntur, quae producuntur? Hae omnes apud nos et corripiuntur et producuntur. Quid apud Graecos? Non ita est apud eos . septem enim litterarum vocalium haec est divisio: *η* et *ω* longae sunt, *ε* et *ο* breves sunt, *α ι υ* dichronae nominantur . propterea autem latina lingua suas quinque | et corripit et producit, ut, quia numero vocalium

22 propterea] *Iulianus de littera p. 8 ed. Rom.* unde, quia et nos illis in numero litterarum vocalium non coaequamur, saltem ut in temporibus coaequemur, ipsae quinque, quas habemus, ubi necesse est, sunt longae et, ubi necesse est, sunt breves

1 primi *V* primum *B M* 3 in *om. M*, *add. B* certae cadmum ephenicae *M* certe adnume phenice *B* 4 *A B Γ Δ C I Ξ M N Z Π K O Φ T Ω* hisque troiano bello palamedam addidisq; quattuor *H Y X P* post eum simonide militem alias quattuor *Ψ E A E* he auctore *B A B Γ Δ C I Ξ H N Z Π* R *O Φ T Ω* hisque troiano bello palamedem addisse quattuor *N Y X P* postea suimonidem militem alias quattuor *Y E A E* haec auctore *M* . *eandem scripturam secutus sum, quam in Victorini libro p. 194,14 restitui, quamquam errores librorum grammatico tribuendi esse videntur* 8 quid] quod *B M* 9 quod appellatur *M* ut a A quo genere effertur *V* ut a. Int. Quo genere hoc fertur *M* ut a. Int. Quo genere hoc refertur *B* Neutro, ut quidem omnes litterae sunt *V* : *fortasse* neutro sic quidem, ut omnes litterae 12 uocem proferrimus *M* 14 Quae *post* Duae *om. M*, *add. B* 15 sunt enim qui per se proferunt *M* 17 ceteraeque *excerpta Bobiensia Victorini*, ceteraque *B M* nisi consonet proferri *B* nisi consonent proferre *M* 19 Quae earum corripiuntur — 326, 1 temporibus exaequetur *in libro Victorini omissa, ex eodem fonte relata sunt apud Marium Victorinum p. 31,17* 19 haec omnes *B* 20 *fortasse* non ita est . apud eos enim septem litterarum 23 et corripit et producit et quia numero uocabilibus *B* et quae ducit et quae numero uocalibus *M*

p. 6 H.

exaequari non potuit, temporibus exaequetur. Quae vocalium loco consonantium ponuntur? I et u . Quando? Cum aut ipsae inter se geminantur aut cum aliis vocalibus iunguntur, ut puta veluti *si* sit in capite versus 'periurus' aut 'volvitur': quippe non poterit prima syllaba positione longa fieri, nisi sequens vocalis loco consonantis fuerit accepta, quod quidem suo loco docebimus . Consonantium species quot sunt? Duae . Quae? Semivocales et mutae. Semivocales quae sunt? Quae quidem habent in principio partem vocalitatis, cum per se proferuntur, tamen per se syllabam facere non possunt . Quot sunt? Septem, f l m n r s x . Quae harum liquidae sunt, quas Graeci ὑγράς appellant? L m n r . Liquidae unde dictae? Quod minus virium habeant et in pronuntiatione liquescant atque solvantur, ita ut positione longam syllabam facere non possint. Quae semivocalium duplex est? X . Quare duplex? Ideo quod ex duabus litteris constat: constat enim aut ex g et s aut ex c et s, ut rex regis, pix picis . quippe ante *inventam* x litteram, quae postea in compendium inventa est, rex per g et s *itemque pix per c et s* litteras veteres scribebant . Quae sunt mutae? Quae neque ipsae per se proferri possunt neque syllabam facere . Quot sunt? VIIII, id est b c d g h k p q t . Quae sunt ex his supervacuae? K et q . Quare dicuntur supervacuae? Eo quod c littera harum locum possit explere . verum has quoque necessarias orthographiae ratio efficit . nam quotiens a sequitur, per k scribendum est, ut kano kalendae kaput; quotiens u, per q, ut quoniam Quirites; quotiens reliquae vocales, per c, ut certus civis commodus . Quid de h respondebimus? Quod aspirationis nota, non littera existimatur, sed tamen in metro aliquotiens et littera deprehenditur . Quae sunt litterae peregrinae? Y et z . Quare peregrinae?

25 Y et z] *Iulianus de littera p. 10 ed. Rom.* Y et z remanent, quas litteras propter graeca nomina admisimus . Pro qualibus nominibus? Propter hymnus et zephyrus . quae si adsumptae non fuissent, sepherus et diepherus dicere debuimus . quarum y inter vocales habemus, z vero inter consonantes, et est duplex, ut Mezentius, quia si z non fuisset, per c et s (*l.* d et s) scribi debebatur

2 aut *priore loco om. M* 3 si *om. BM, add. V* 4 prima] una *M* 6 suo loco] *p. 328,3 de syllabis positione longis* quot sunt *M* quot sunt, *ut videtur, sed corr. al. m.* quod est *B* 7 parte *M* 8 cum pro se proferuntur *B* 9 Quae harum liquidae — 12 facere non possint *in libro Victorini omissa leguntur apud Atilium Fortunatianum p. 279,10* R. quas graeci itrac appellant l m n r *BM* 11 liquiescant *M* 12 possunt *M* 13 ex duabus litteris constat aut ex g et s aut ex c et s ut rex regis pix picis (piscis *M*) constat enim quippe ante x litteram quae post incendium inuenta est *BM* 15 rex per g et s itemque pix per c et s litteras ueteres scribebant *V* rex per ig et s litteras ueteres scribebant *B* rex per g et s ueteres scribebat *M* 18 suprauacuae *utroque loco M* 19 c litterarum locum *BM* 21 nam] non *M* per k scribendum est ut cano (*corr.* kano) kanendae kaput quoties i per q ut qui̅ quirites *B* per ka scribendum est ut kano kalende capud quotiens u per q ut quando quirides *M* 23 civis] cuius *M* 24 existimatur] extima *M* 25 s et z *M*

p. 7 H.

Siquidem a nobis propter graeca nomina | adsumptae sunt, ut puta ut hymnus et zephyrus . quae si adsumptae non essent, himnus et diefirus diceremus . quarum y inter vocales habemus, z vero inter mutas, et est duplex . Quo modo duplex? Quia loco duarum *consonantium* apud nos fungitur . nec aliter constare metri ratio potest illo versu, ubi est Mezentius, siquidem me brevis syllaba est, verum excipitur a duplici littera *z*, quae si adsumpta non esset, per s et d Mesdentius scriberetur.

Quot litteris extremitates latinorum nominum finiuntur? Tredecim, 196,12
id est vocalibus quinque, semivocalibus sex, *mutis duabus . Quare semivocalibus sex,* cum septem sint? Quia nullum nomen latinum in f litteram exit. Quae ergo sunt? A e i o u l m n r s x c t. harum exempla, tabula monile frugi ratio genu mel scamnum flumen arbor flos nox allec caput.

DE SYLLABIS

Syllaba quid est? Littera vocalis vel litterarum coitus per aliquam 196,19
vocalem comprehensus. Syllaba unde dicta? *Ἀπὸ τῆς συλλήψεως* . est enim syllaba *σύλληψις* quaedam litterarum, id est conceptio et quasi adsumptio . Qualitas syllabarum in quot species dividitur? In duas : aut enim breves sunt aut longae . Breves quae res efficit? Correpta vocalis. Quid longas? Producta vocalis. In brevi syllaba tempora quot sunt? Vnum . Quot in longa? Duo . Longae syllabae quot modis comprehenduntur? Duobus . Quibus? Natura aut positione. Natura quot

---

1 siquidem nobis *M* adsumpta sunt ut puta ut ymnus et zephyrus Int. quae si non adsumpte fuerint ymnus et diefirum diceremus *M* adsumpta sunt puta ut hymnus ut zephyrus. Int. quae si adsumpte non esset (*corr.* essent) hymnus et die . phyrus diceremus *B* . diephirus, *pro quo* sdepherus *scriptum est apud Victorinum, tribuendum videtur grammatico, qui* di *litteris per sibilum prolatis sonum* z *litterae exprimi voluit, quamquam postea in v.* Mezentius, *ut naturam duplicis litterae ostenderet, idem duabus consonantibus* sd *usus est. cf. commentum Einsidlense in Don . anecd. Helvet. ed. Hagen p. 225* z pro duobus s vel pro sd ponitur, quae ante eius assumptionem ita scribebantur, ut massa dicebant pro maza et Messentius vel Medentius (*l.* Mesdentius) aut Medientius pro Mezentius. 3 y] i *M* et est] ut est *B M* 4 quia loca *B* quae loco *M* consonantium *om. B M, add. V* 5 metri oratio potest illo uersu ubi est mezentius *B* metra ratio potest illo uerso ubi mezzentius *M : cf. Verg. Aen. XI 7* Mezenti ducis exuvias 6 a duplici littera quae *B* a duplici littera qua *M* 7 per s et d mesdentium *B* per d et s mesdendius *M* 8 tredecim uocalibus quinque semiuocalibus sex cum septem sint *B* tredecim id est uocalibus sex cum septem sint *M. supplementa praebuit V* 11 t] d *M* 12 exemplum *B M* munile *M* 16 apo sillē reos est enim syllaba sillempsis quaedam *B* apoto sillūm seos est enim sillaba sillensis quedam *M* 21 Quod in longa] quid in longa *B* 22 deprehenduntur *V* natura aut positione *M* natura et positione *B*

p. 8 H.

modis? Quinque . | Quibus? Aut cum una vocalis producitur, ut 'o dea', aut geminata, ut Euryalus, aut incipiens, ut eu, aut terminata, ut ne, aut in medio posita, ut non . Positione longae quod modis fiunt? Decem . Quibus? Aut cum correpta vocalis desinit in duas consonantes, ut ars; aut cum desinit in unam consonantem et excipitur ab altera, ut arma; aut cum excipitur a duabus consonantibus, ut agri; aut cum desinit in x litteram duplicem, ut nox; aut cum excipitur a duplici, ut Mezentius; aut cum desinit in consonantem et excipitur a vocalibus u vel i, ut arva, 'at Iuno'; aut cum correpta vocalis desinit in vocalem *i* loco consonantis positam *et* excipitur aeque a vocali *i* loco consonantis posita, ut 'maiior agit deus' et 'Troiiaque nunc stares' (sic enim ista scribi per geminam i litteram metri ratio deposcit); aut cum correpta vocalis in medio versu seu sola seu consonanti adiuncta syllabam facit, quae partem orationis impleat, ut 'o virgo nova mi facies' et

ipse ubi tempus erit omnes in fonte lavabo

et

et direpta domus et parvi casus Iuli;

aut *cum* correpta vocalis excipitur a littera q, quam necesse est ut con-

---

18 aut cum correpta — 329,3 vaporem *Beda de arte metrica p. 235, 15*

---

1 Quibus aut cum una uocalis producitur ut O D E A geminata ut ae aeurialus aut incipiens *B* Quibus R. cum una uocali producitur ut o. de. a. aut geminata ut ae Eurialus aut incipiens *M*. *Vergilii exemplum* 'o dea' (*Aen. I 372*) *de eadem re positum est in [Probi] libro de ultimis syllabis p. 219, 23. itaque corrigenda sunt quae apud Victorinum p. 197, 7 edidi,* quibus? Aut cum una vocalis producitur, ex qua dictio constat, ut o et a, aut geminata, ut ae au eu, aut incipiens 4 aut cum correpta *M V* cum aut correpta *B* 5 et excipitur ab altera — 8 aut cum desinit in consonantem *om. M, add. B.* 7 aut cum excipitur a duplici, ut axis, aut in z, quae apud Graecos duplex est, ut Mezentius *V : cf. Mar. Victor. p. 30, 1 Charis. p. 12, 20* 8 u uel i ait arua at iuno *B* u uel i ut arua aut in uno *M* u vel i, ut at Venus at Iuno *Diomedes p. 428, 9* 9 i *post* vocalem *om. B M* 10 et excipitur aeque a vocali] et excipitur aeque uocali *codex Victorini p. 197, 17,* excipiturque a uocali *B* excipitur a uocali *M* maior *B M : Verg. Aen. XII 429* 11 troiaque nunc stares *M* troia quae nunc ista res *B : Verg. Aen. II 56* per geminam litteram *M* 12 aut cum correpta vocalis in medio — *p. 329,10* in metris observanda sunt *apud Victorinum omissa et alii syllabarum longarum modi substituti sunt* 13 seu *ante* sola *om. B, add. M* 14 o virgo] *Verg. Aen. VI 104* 15 ipse] *Verg. bucol. 3, 97* oms fontes in fonte lauabo et direpta *B* om. in fronde lauabo et direpta *M* 17 et direpta] *Verg. Aen. II 563* Iuli] tuli *B* 18 cum *om. B M* a littera q] a littera a *B M*

p. 9 H.

sequatur littera u, | quae cum altera vocali iuncta loco consonantis accipitur, ut apud Lucretium

quae calidum faciunt aqvae tactum atque vaporem;

aut cum concurrentibus inter se vocalibus duae syllabae in unam quasi per diphthongon contrahuntur, ut 'cui non dictus Hylas puer' et item

Tityre pascentes a flumine reice capellas.

hoc enim loco 'cui' et 'rei' ita efferuntur, veluti *si* singulae syllabae sint, cum tamen duas esse constat; maximeque et aliis versibus, ut in georgicis, et 'cui turpe caput' et item

reice ne maculis infuscet vellera pullis.

quae omnia in metris observanda sunt.

DE ACCENTIBVS

Accentus qui sunt? Accentus, qui graece prosodiae dicuntur, hi 192,15 sunt, acutus, gravis, circumflexus. in omni parte orationis latinae aut graecae aut acutum aut circumflexum accentum poni necesse est, nec amplius quam unum, vel hunc vel illum : nam gravis ponitur in pluribus. acutus cum apud Graecos tria loca teneat, ultimam et paenultimam et ei proximam syllabam, *apud nos* duobus tantum locis poni potest . Quibus? Aut in paenultima, ut praelegístis, aut in ea quae a fine sit tertia, ut praelégimus . circumflexus, si pars orationis trium aut amplius fuerit syllabarum, non nisi paenultimum locum poterit invenire, ut turbâre, perdomâre . monosyllabae, quaecumque positione longae fuerint, acutum

1 littera u que *M* littera y quae *B* iuncta] innuta *M* 2 apud lucret^{i}um *B* : *Lucret. VI 868, ubi* laticis *pro* aquae *in Lucretii codicibus scriptum est,* aqũae *scripsit Lachmannus in Lucret. VI 552 testimonio usus Bedae de art. metr. p. 253, 17, qui Audacem secutus erat. ipsa Audacis verba olim a Sinnero catal. cod. mss. bibl. Bern. v. I p. 623 e codice Bernensi edita ad eundem versum adhibuerunt Bergkius Zeitschr. f. Alterthumsw. a. 1851 p. 218 et Ritschelius opusc. philol. v. II p. 606* 3 aquae *B* aque *M* 4 cum *om. B, add. M* 5 ut cui non dictus ilas puer et item *M* et cui non dictu silas et item *B* : *Verg. georg. III 6* 6 Tityre] *Verg. buc. 3,6* 7 veluti singulae sillabe sint *B* ueluti singuli sint *M* 8 maximaeque *M* . *fortasse* et aliis versibus maximeque in georgicis, ut cui turpe caput, *nisi potius alia georgicorum exempla, in quibus* cui *scriptum est, ante* et cui *exciderunt* 9 et cui turpae capud *M* : *Verg. georg. III 52* et item renice ne *M* et item et rei cene *B* : *Verg. georg. III 389* 12 DE ACCENTIBVS] *et haec et quae in fine libri in recapitulatione de accentibus scripta sunt omisso auctoris nomine leguntur in duobus codicibus, Monacensi 6399 olim Frisingensi 199 et Leidensi Voss. Q. 116 . e quibus scriptura codicis Frisingensis (F) una cum lectionibus codicum B et M integra exhibita est . ex Leidensi codice utrumque commentarium edidit L. Muellerus mus. Rhen. v. XVIII (a. 1863) p. 169 sqq.* 13 Accentus quid ÷ s̄ *F* praesidiae *M* prosolidiae *F* 14 acutis grauibus *M* aut *ante* graecae *om. F* 17 acutus — teneat] apud graecos acutus tria loca tenet *F* ultima et (uel *B*) penultima et in proximam sillabam (latine *add. F*) duobus *B M F* 19 aut] ut *utroque loco M* praelegístis] *notas accentuum et in hoc et in reliquis vocabulis in libris omissas addidi* sit *F* sunt *B M* 21 poterit] potuerit *B* prodomare *F* 22 quaecumque] quae cum *B* acutum ha accentum habebunt *M*

p. 10 H.

habebunt accentum, ut pix, nix, fax . quaecumque natura longae fuerint, circumflexo accentu pronuntiabuntur, ut dôs, spês, rês. In disyllabis | quid? Si prior natura longa fuerit posteriore correpta, prior circumflectetur, ut hôra, Rôma . Quid si *posterior producta sit?* Prior, seu longa seu brevis fuerit, acuatur necesse est, ut léges, sálus . si ambae breves sunt, acuetur prima, ut déus, hómo . Quid in trisyllabis et tetrasyllabis aut quae plures habebunt syllabas? Si paenultima brevis fuerit, quae eam praecedit acuetur, ut Túllius, Horténsius . Quid deinde, si paenultima *positione* longa fuerit? Ipsa acutum habebit accentum, praecedentem autem gravem faciet, ut Càtúllus, Mètéllus . Quid si paenultima naturaliter producta fuerit, ita ut ultima brevis sit? Paenultimam circumflectemus, ut Cethêgus, Românus . Quid si longa fuerit ultima? Paenultimae acutum dabimus accentum, ut Athénae, Fidénae . Quid graeca nomina? Si isdem litteris proferuntur, graecos accentus habebunt. nam et cum dicimus Thyiás et Naís, acutum habebunt posteriore accentum; et cum Themistô, Calypsô, Theanô, ultimam circumflecti videmus . utrumque latinus sermo non patitur, nisi admodum raro. sola occurrit ergo coniunctio, in qua posterior circumflexa deprehenditur . item adverbium pone posteriore acutum recipit accentum, ne sit verbum.

193,21 Quae est figura acuti accentus? I obliquum in dexteram partem scandens ita /. Quae est forma gravis accentus? I *obliquum* in dexteram partem

1 fax] pax *M* quaecumque] quae *M* 2 circumflexu accentum *M* dos spes res *V* dos pes res *BF* dos res pes *M* Int. in dissillabis quod si prior natura longa fuerit R. posteriora correpta prior circumflectitur ut ora roma Int. quid si prior breuis fuerit acuatur necesse ut agies alies si ambe braeue sunt acuetur prima ut deus homo Int. quid int trissillabis et tetrasyllabis atque plures habebunt syllabas R. si penultima breuis fuerit que eam praecedit acuetur ut tullius hortentius *M* Int. in dysyllabis quid si prio longa erit. R. posteriore correpta prior circumflectetur ut ora roma quid si prior breuis fuerit. R. posterior seu longa seu breuis fuerit acuatur necesse est ALES AGER et si ambae breue sunt acuetur prima ut deus homo . Int. quid in trib; syllabis et tetrasyllabis aut quae plures syllabas habebunt si penultima breuis fuerit quae eam acuetur ut tullius ortentius et anima *F* Int. in dissyllabis quid si prior natura longa erit R. posteriora correpta prior circumflectetur ut roma Int. quid si prior breuis fuerit R. prior seu longa seu breuis fuerit quae ea praecedit acuetur ut tullius hortensius *B. supplementa praebuit V* 8 positione *om. BMF, add. V* 9 ipsa autem accutum *B* autem] aut *F* faciet *B* facit *M* faciat *F* 10 Catullus] catellus *B* 11 penultimam circumflectimus *MF* penultima circumflectimus *B* cetheus *B* 12 fuerit *F* erit *BM* 14 dicimus ethias et nais *MF* dicimus ethianas *B* 15 posteriorem *BMF* calipso theano *M* calipso teano *BF* ultimam *om. M* 16 uidimus utramque *M* patiatur *M* 18 poene *corr.* pone *B* posteriore *Dositheus p. 10,* posterior *BMF* 20 Indi obliquum dexteram partem scandens ita *una littera post* ita *deleta B* I oblicum dexteram partem scandens ita est *M* obliquum dexteram partem ascendens *F nota acuti accentus in omnibus omissa* 21 I in dexteram partem discendens ita ·\· *B* in dexteram partem discendens ita est *M* in dexteram partem descendens ita / *F*

p. 10. 11 H.

descendens ita \ . circumflexum autem transversa V littera notamus ita /\, brevem syllabam C sursum spectante ita ◡, longam I aequaliter iacente ita —. sed in illis sonos, in his tempora cognoscimus . nam dasia et psile Graeci utuntur, nos eas praetermittimus, quoniam aspirationem nobis adposita littera H, quae in duas partes dividitur, repraesentat, et si adposita non erit . hyphen vero duo verba quasi *in* unum pronuntiatione colligimus, et formam eius sic faciunt ◡ . utriusque enim verbi proximas litteras inflexa subter virgula iungunt, quale est 'Turnus ut ante◡volans'. apostrophon quoque sic | notant : ad caput eius consonantis, cui vocalis subtracta est, inflexam virgulam quae ad eam spectet adponunt, ut 'tanton' me crimine dignum duxisti'.

DE METRO

Metrum quid est? Rei cuiusque mensura . Metrum poeticum quid est? 206,3 Versificandi disciplina certa syllabarum ac temporum ratione in pedibus observata . Metrum unde dictum? Quod veluti mensuram quandam praestituat, a qua siquid plus minusve est, versus minime constabit . Metro quid videtur esse consimile? Rhythmus . Quid est rhythmus? Verborum modulata compositio, non metrica ratione, sed numero ad iudicium aurium examinata, ut puta veluti sunt cantica vulgarium poetarum . Rhythmus ergo in metro non potest inesse? Distat quidem a metro; verum tamen rhythmus per se sine metro esse potest, metrum sine

---

12 DE METRO *Iulianus de ratione metrorum p. 49 sqq. ed. Rom.* 17 Rhythmus *Beda de arte metrica 258, 24*

---

1 ita *post* notamus *om. B*, ita *et notam circumflexi accentus om. F* 2 longam I aequaliter iacente ita est *M* longa I aequaliter iacente — *B* longam aequaliter iacente ◡ *F* 3 sonus *M* nam dasia et psile *M* nam dasia et psili *F* H nam dasia et psile *B* 4 eas] ea *BF* set a *M* quoniam] cum *M* 5 H *om. F* *fortasse* et siccitatem, si adposita non erit : *cf. Dosith. p. 10* aspirationem H adscripta praestabit; si adscripta non erit, siccitatem 6 hyphen — 11 duxisti *om. F* in *om. BM* 8 subter *V* sub *BM* est *om. M, add. B* Turnus ut ante uolans *BM : Verg. Aen. VIIII 47* 9 notat *M* cui uocabulis subtracta est inflexam uirgam quae ad eam aspectet *B* cuius uocabulis subtracta inflexam uirgălam que ad eam uspetet *M* 10 tanton *B* tanto *M : Verg. Aen. X 668* 11 dixisti *M* 13 quod est *posteriore loco BM* 16 praestituat a qua si plus *B* prestituit a qua s quid plus *M* 17 metro quid uideat esse simile *M* 18 numero] numero syllabarum *Beda*, numerosa scansione *scripsi apud Victorinum* 20 Rhythmus ergo in metro non est? Potest esse . Quid ergo distat a metro? Quod rhythmus per se sine metro esse potest *scripsi apud Victorinum* distat quidem *B* distat ergo quidem *M* 21 metrum] metrus *B*

p. 11. 12 H.

rhythmo esse non potest, quod liquidius ita definitur : metrum est ratio cum modulatione, rhythmus modulatio sine ratione . *plerumque tamen casu quodam invenies etiam rationem* in rhythmo, non artificii observatione servata, sed sono et ipsa modulatione ducente. |

Qui primum his observationibus in componendis carminibus usi sunt? Phemonoe dicitur, Apollinis vates, prima per insaniam ita locuta, cuius Hesiodus meminit . Varro vero in Argonautis nymphas hexametrum fecisse sic scripsit,

> tē nunc Ortygiae tendentem spicula nymphae
> hortantes, o Phoebe, et 'ieie' conclamarunt.

multi autem versum a Lino, Apollinis antistite, excogitatum putant, qui ex Hyperboreis fuit . huius originem versus volunt quidam in Delo inventam et hunc versum deliacum vocant, alii ab Homero, unde possumus colligere versum hunc magis esse naturalem.

Metro quot accidunt? Octo, id est genus, species, diversitas, dispositio, pertinentia, mensura, caesura, depositio . Genus quid est? Cum dicitur metrum dactylicum, iambicum vel trochaicum . Quid species? Cum heroicum, comicum aut tragicum dicitur . Quid diversitas? Quotiens in prima parte versus aliud genus est, aliud in secunda, ut 'solvitur acris hiems grata vice' : usque huc tetrametrum heroicum archilochium est, et inseritur illi pars trochaica sive ithyphallica 'veris et favoni' : nam tres hic trochaei sunt. Dispositio quid est? Vt sic hac geminatione in omnibus utaris versibus, quia sic est dispositum, vel ut in heroico quinto loco dactylo utaris. Quid pertinentia? Cum ad versum heroicum dicimus hos pedes pertinere, dactylum, spondeum vel in ultimo loco

---

1 quod liquidius ita difinitur metrum est ratio modolatione rithmus modolatione in rithmo non artificii obseruatione seruata sed sono et ipsa modolatione ducente *M* quid loquidius ita definitur metrum est ratio cum modulatione rithmus ratio sine modulatione ducente *B* : *supplementa praebuerunt V et Beda* 3 non artifici moderatione servata *Beda* 5 Qui primus his *B* Quid primus his *M* usi sunt *B* uisi sunt *M* 6 Phemonoe *M* Pohenomine *B* apollonis *B M* 7 esiodus *B* esiod'o *M* : *Hesiodi mentio non facta est ab aliis, qui a Phemonoe inventum esse hexametrum tradiderunt* in argonautis *M* in agronaustis *B* . *Varronis versus a Sinnero catal. cod. mss. bibl. Bern. v. I p. 624 e codice Bernensi editos in Varronis Argonautarum fragmentis posuerunt F. Wuellnerus de P. Terent. Varr. Atac. vit. p. 20 et A. Riesius post M. Terent. Varr. sat. Menipp. rel. p. 262* 9 te nunc ortigiae tenentem specula nimphe orantes o phoebe et loliscona clamarunt *B* te nunc elicona ortigie terentem specula nimphae orantes ophebae et locolicon aclamarunt *M* : *correxit Wuellnerus, qui* Coryciae *scripsit pro* Ortygiae *coll. Apollon. Rhod. Argon. II 711 πολλὰ δὲ Κωρύκιαι νύμφαι, Πλείστοιο θύγατρες, Θαρσύνεσκον ἕπεσσιν ἰήιε κεκληγυῖαι* 11 multi *B* multum *M* apollonis antestite *B M* 12 ex hiperboreis *B* ex iperboreus *M* inuentum *B M* 15 Metro quot accidunt — 333,23 cum pedem plus aut syllabam habet *om. M, add. B* . Metri quot *B* 19 ut solli dicitur aeris iens grata uice *B* : *Hor. carm. I 4,1* 20 huc] hic *B*

p. 13. 14 H.

trochaeum . sic et *ad* alia metrorum genera proprios pertinere dicimus pedes . Quid mensura? Cum puta dicitur versus heroicus viginti quattuor habere tempora . Quid caesura? Caesurae, quibus per scansionem versus praecidi noscuntur, quattuor sunt, id est penthemimeres, hephthemimeres, | cata triton trochaeon, bucolice tome . Quae ex his quo loco ponuntur edicito . Penthemimeres fit caesura, quotiens post duos pedes syllaba remanens partem terminat orationis, ut in hoc versu est,

panditur interea domus omnipotentis Olympi.

hephthemimeres fit, si post tertium pedem similiter fiat ita,

inde toro pater Aeneas sic orsus ab *alto*.

cata triton trochaeon fit, quotiens in tertia regione talis dactylus ponitur, cui si ultimam syllabam dempseris, trochaeus, qui ex duabus reliquis constat, orationis particulam finit ita,

mors ecce non tardat et omni adlabitur hora .

tetarte bucolice fit, cum in quarto dactylo similiter accidit : huius exempla

quae pax longa remiserat arma novare parabant,
sinum lactis et haec *te* liba Priape quotannis .

Depositio quid est? Cum finis versus consideratur . huius species sunt quattuor, id est catalexis, acatalexis, brachycatalexis, hypercatalexis . harum ratio talis est: | *acatalexis* est, cum versus legitimo fine, id est pleno temporum numero, terminatur: catalexis est, cum una syllaba uni cuique metro deesse videtur: brachycatalexis est, cum pedem minus habet: hypercatalexis est, cum pedem plus aut syllabam habet.

DE PEDIBVS

Pes quid est? Compositio duarum vel trium aut etiam quattuor syllabarum secundum rationem sui cuiusque metri. Pedum genera quot sunt? Duo . Quae sunt? Aut enim simplices sunt pedes aut duplices .

---

24 DE PEDIBVS *Iulianus de pedibus p. 20 ed. Rom., gramm. lat. v. V p. 322*

---

1 sic et alia *B* 3 quid cessurae R. cessurae *B* 4 pentimemerem eptimemerem cata tritos trocheos buccoli ceptomen *B* 6 pentimemeris *B* 8 panditur] *Verg. Aen. X 1* olimpis *B* 9 eptimerimeres *corr.* eptemimeres *B* 10 inde] *Verg. Aen. II 2* alto *om. B* 11 Cato tito troceus *B* 12 si ultima syllaba dem seris *B* 14 adlabitur orat et arte bucoli con fit cu in quarto *B. bucolicen tomen, quae supra dicta est, cum caesura κατὰ τέταρτον τροχαῖον ita confudit grammaticus, ut hanc tetarten bucolicen diceret* 15 exemplo *B* 16 quae pax] *Terent. Maur. 1701 . eodem exemplo usi sunt Marius Victorinus p. 65, 25 et Diomedes p. 498,6* arma bona reparabunt *B* 17 sinum] *Verg. bucol. 7, 33* te *om. B* quotannis] coannis *B* 19 id est catelexis peracautalexis bracicatalexis percatalexis horum ratio talis est cum uersus legitimo finem *B* 21 terminatur ad catalexis est *B* 22 cum pede terminus habet *B* 27 sunt *post* quae *om. B, add. M*

p. 14. 15 H.

Simplicium species quot sunt? Duae . Quae sunt? Disyllabi et trisyllabi . Disyllabi quot sunt? Quattuor . Qui sunt? Spondeus, qui constat ex duabus longis, ut heros. Spondeus unde dictus ? *Ἀπὸ τῶν σπονδῶν*, quod spondiacus cantus sacris convenit, unde fertur Phemonoe, Delphica sacerdos, prima *in* sacris Apollinis hunc versum dixisse,

σπένδωμεν Μούσαις καὶ τῷ μουσάρχῳ Φοίβῳ .

huic contrarius est pyrrichius sive dibrachys, qui constat ex duabus brevibus: exemplum, ut Cato. Pyrrichius unde nominatus ? A Pyrro, Achillis filio, qui Eurypylo, Telephi filio, interfecto [ob] cantu quodam, qui ex isto pede constabat, in armis saltavit *τὴν ἔνοπλον ὄρχησιν*, unde et pyrricha dicta . trochaeus est qui constat ex longa et brevi : exemplum, ut vita, Roma . Trochaeus unde dictus? Propter cursum et celeritatem suam : metrum enim hoc currit, cum longa a brevi excipitur . huic contrarius est iambus, qui constat ex brevi et longa: exemplum, ut nepos, honos . Iambus unde nomen accepit? Ab Iamba, Thressa muliere, quam dicunt in maledicto exercitatam isto pede usam .

207,15 Pedes trisyllabi quot sunt? Octo . Qui | sunt? Dactylus, qui constat ex longa et duabus brevibus, ut copia . Dactylus *unde* dictus? *Ἀπὸ τῶν Ἰδαίων Δακτύλων*, qui eo usi sunt [musae], qui et Curetes vocantur, matris deum comites, qui feruntur cantu quodam et tinnitu aeris vagitum Iovis celasse . huic contrarius est anapaestus, qui constat ex duabus brevibus et longa, ut sapiens. Anapaestus unde dictus? Quod ex contrario quam dactylus feriatur [contrarius fiat]. molossus, qui *et*

---

3 heros] herus *B* herum *M* apo ton spondion *M* apozon spondion *B* 4 unde defertur *BM* phemone delphica *B* femonoe delfica *M* 5 in *om. BM* apollonis *BM* 6 spondomen mus aescetomus arcophoebo *B* spondomenmuses cetom' arcophebo *M* : *cf. fragm. Ambros. περὶ τῆς τῶν ποδῶν ὀνομασίας p. 256, 5 post lexic. Vindob. ed. Nauck σπονδεῖος δ' ἐκλήθη ἀπὸ τοῦ ῥυθμοῦ τοῦ ἐν ταῖς σπονδαῖς ἐπανλομένου τε καὶ ἐπᾳδομένου, οἷον σπένδωμεν ταῖς Μνάμας παισὶν Μούσαις καὶ τῷ μουσάρχῳ Λατοῦς υἷεῖ, schol. Hephaest. v. I p. 170 Gaisf. ed. sec. Terpandri versus esse coniecerunt Bergkius poet. lyr. gr. fragm. incert. 108 et Leutschius Philol. v. XI (a. 1856) p. 336* 7 pyrrycius siue dribracis *B* phiritius siue dibracis *M* 8 cato] cauto *M* Int. pyrricius unde nominatus R. capyrro acillis filio qui eriphilot thelephi *B* Int. pyrritius unde nominatus R. capyrro cilli filio qui ē philo thelephi *M* . *Eurypyli nomen apud Iulianum Toletanum restituit Hauptius opusc. v. III p. 540 fortasse* sub cantu 10 constat *BM* saltauit theneno (thenemo *B*) plonor cesin unde et pyrrema dicta *BM* 13 hoc currit] occurrit *BM* excipitur] accipitur *BM* 15 abiam batharasa *B* ab iā batharassa *M* quam] quia *B* 16 *fortasse* in maledicta excitatam isto pede usum *M* sto pede usan *B* 18 ut copia dac. dactilus dictus apo ton ideon dactilon quo usi sunt musae qui et curetes uocantur matris deum comites quo fecerunt cantu *B* ut copia dac. dactilus dicitur apo ton idion dactylon quo usi sunt muse que et curetes uocantur matris deum comitesq: fecerunt cantu *M* 20 tinnitu aeris] innitueris *BM* 22 dictus] ductus *M* 23 feriatur] feratur *BM* molosus qui trimacrus *M* molossus qui trimacrius *B*

p. 15. 16 H.

trimacrus, ex tribus longis constat . Molossus cur dictus? A Molosso, Pyrri filio . hic etiam † iapestus vocatur, quod a iapetibus adcantatus est . huic contrarius est tribrachys, idem qui brachysyllabus sive pygnomus, qui constat ex tribus brevibus, ut Lepidus, Catulus. Tribrachys quare dictus? Quod ex tribus brevibus constat . amphimacrus, qui et creticus, constat ex longa et brevi et longa, ut caritas, veritas . amphimacrus autem dictus, quod ex utraque parte longas habeat . huic contrarius est amphibrachys sive mesites, qui constat ex brevi et longa et brevi, ut amicus . amphibrachys autem dictus, quod ex utraque parte brevia habeat brachia . [huic contrarius est] bacchius [qui] constat ex brevi et duabus longis, ut Athenae, Camenae . bacchius dictus, quod ad bacchicos cantus conveniat . huic contrarius est palimbacchius, qui constat ex duabus longis et brevi, ut Latona, Lucina . palimbacchius dictus, quod contrarius sit bacchio : nam primas habet syllabas longas, postremam brevem.

Pedes duplices sive tetrasyllabi quot sunt? Sedecim . Qui sunt? Dispondeus, proceleumaticus, ionicus *ἀπὸ μείζονος*, ionicus *ἀπ' ἐλάσσονος*, ditrochaeus, diiambus, choriambus, antispastus, paeon primus secundus tertius quartus, *epitritus primus secundus tertius quartus* . horum etymologiae ex superiorum vocabulis et ipsa nominum compositione facillime possunt intellegi . Horum quis cui contrarius? Proceleumaticus dispondeo, ionicus *ἀπ' ἐλάσσονος* ionico *ἀπὸ μείζονος*, diiambus ditrochaeo, | antispastus choriambo, epitritus primus paeoni primo, secundus secundo, tertius tertio, quartus quarto. Singuli quique horum quot et quibus syllabis constant? Ditrochaeus ex longa et brevi *et* longa et brevi, ut aegritudo, cantilena; diiambus ex brevi et longa et brevi et longa, ut benignitas, malignitas; dispondeus ex quattuor longis, ut oratores, saltatores; proceleumaticus ex quattuor brevibus, ut animula, memoria; ionicus

2 hic etiam hippius vocatur, quod ab equitibus adcantatus est *conieci coll. Diom. p. 479, 8* hippius vero, equestri scilicet pugnae conveniens modulabatur 3 tribracis idem quibracisillabas *B* tribacis idem qui bracisyllabis *M* siue epignemus *BM* 4 tribus *om. B, add. M* tribrachis *B* tribacis *M* 7 habeat *M* habet *B* anfibracis *B* anfibracus *M* 9 anfibracis autem *BM* breuia habeat brachia *M* breuia abca bracia *B* : *immo* brevem habeat syllabam, *ut est in excerptis Iuliani p. 323,22* 10 est *om. M, add. B* 13 Latona] lacora *M* 15 tetrasyllabi *B* cetera syllaba *M* 16 procleamaticus *M* ionicus apo mizonos ionicos appellassonos *BM* 17 antispastus (antistuspus *B*) peon primus secundus (secundum *M*) tertius quartus horum ethimologiae (et homologiae *M*) *BM* 20 procleumaticus *M* 21 ionicus apollos sonos ionico apomei zono disiambus *B* ionicos appellassonos ionico apomizono diambus *M* 22 epitritus peonia primo secundus secundo tertius tertio *B* epitritus primus peonio primo secund' secundum tertio tertius *M* 23 quique] quinque *B* quoque *M* 24 constat *BM* et *post* brevi *om. BM* 25 cantilenae *M* disambus *corr.* diiambus *B* disiambus *M* 26 malignitas *om. B, add. M* 27 procleumaticus *M* animola *BM* ionicos apo meizonos *M* ionicus apoizonos *B*

p. 16. 17 H.

ἀπὸ μείζονος, id est maior, ex duabus longis et duabus brevibus, ut penuria, vicinia; ionicus ἀπ' ἐλάσσονος, id est minor, ex duabus longis et duabus brevibus, ut Diomedes, Palamedes; epitritus primus, qui et hippius, ex brevi et tribus longis, ut Palatini, Numantini; epitritus secundus ex longa et brevi et duabus longis, ut conditores, funditores; epitritus tertius ex duabus longis et brevi et longa, ut vivacitas; epitritus quartus ex tribus longis et brevi, ut libertinus; choriambus ex longa et duabus brevibus et longa, ut armipotens; antispastus ex brevi et duabus longis et brevi, ut valetudo, amaturus; paeon primus ex longa et tribus brevibus, ut Oceanus, ruricola; paeon secundus ex brevi et longa et duabus brevibus, ut favonius; paeon tertius ex duabus brevibus et longa et brevi, ut Marianus; paeon quartus ex tribus brevibus et longa, ut cupiditas facilitas.

DE HEXAMETRO VERSV HEROICO

208,21 Quot sunt genera versuum in dactylico metro? Quinque. Quid est dactylicum metrum? Quod constat dactylo et spondeo . Cur non addis ultimo interdum trochaeo? Quia bono iudicio metrici complures hunc pedem de versu hexametro excludendum censuerunt . quippe omnis syllaba in ultimo versu adiaforos est, id est indifferenter accipitur, nec interest utrum producta sit an correpta, siquidem positione longa fiat, cum partem orationis in exitu finit . eo accedit quod vitiosus eius modi versus est, qui trochaeum admittit . nam cum ita ratio exposcat, ut in pleno versu viginti quattuor | tempora sint, admisso utique trochaeo minuitur temporum numerus, et erunt tempora viginti tria, qui est versus colobos. Quae sunt ergo quinque genera versuum in dactylico metro? Hexameter pentameter tetrameter trimeter dimeter. Hexameter dicitur an hexametrus? Vtrumque, ut Euander et Euandrus, quorum unum venit ex graeca enuntiatione, alterum ex latina . quippe Cornelius Epicadus in eo libro,

---

13 DE HEXAMETRO VERSV HEROICO *Aldhelmus de metris, Mai auct. class. v. V p. 522.*

---

2 ionicos ap ellazonos id est minus *M* ionicus appellasonos id est minor *B* 4 hippius] ipsius *B M* epitritus secundus — 5 funditores *om. B, add. M* 9 ualitudo *B M* peon primus ex longa et tribus et longa et duabus ut occeanus *B* 10 ruricula *B M* 11 marianus *M* mariamus *B* 13 De exametro uerso eroico *M, om. B* 14 in dactilico metro *B* in dactilo metro *M* Quid est *V* quod est *M* quot est *B* 16 ultimo interdum troceum *B* in ultimo in tertium trocheum *M* metrici complures *V* metri conplures *M* metri cum plures *B* pedem] pedum *B* 17 de versu] diuerso *M* cunsuerunt *corr.* consuerunt *B* 19 sit] fit *M* 20 eo accidit *B M* 22 utique *V* itaque *B M* 23 numerum *M* 25 exameter dicitur an exametrus *M* exeameter dicitur an xeametrus *B* 26 Euander] euadenter *B* 27 ex latinam *B*

p. 17. 18 H.

quem de metris scripsit, 'hexameter' inquit 'versus', contra quem item Caesius Bassus, vir doctus atque eruditus, in libro de metris 'iambicus trimetrus' ait . hexameter ergo sive hexametrus quot pedibus caeditur? Sex, dactylo et spondeo circum se positis aut alterna interpositione variatis.

Hexametri versus genera quot sunt? Tria. Quae sunt? Hexameter 209,15
dactylicus, *hexameter dactylicus* heroicus, hexameter iambicus, qui et senarius, qui constat ex simplicibus sex, idemque ex duplicibus trimeter, Quid ergo, si versus hexameter sex spondeis constiterit, poterit dactylicus dici? Erit quidem versus spondiazon, sed metrum dactylicum, quippe eius modi compositio non nisi in dactylicum metrum cadit. Qui sunt versus hexametri dactylici? Qui tantum sex pedibus dactylicis constant, praeter bella et facta heroum quodlibet aliud continentes, ut puta veluti sunt bucolica et georgica ceteraque huius modi. Qui *sunt* hexametri dactylici heroici? Qui bella et heroum res gestas complectuntur, ut puta veluti est Ilias Homeri vel Virgilii Aeneidos. Qui est pes quintus? Idem qui dactylus. Quare quintus? Quia semper in versu exceptis aliis locis, quibus varie ponitur, quintam regionem proprie obtinet, minusque lenis est versus qui quinto loco spondeum magis quam dactylum habuerit, et vocabitur spondiazon, veluti est ille,

aut leves ocreas lento ducunt argento.

et ideo nec in fine dactylus debet poni, sicut nec spondeus in quinto loco . spondeus | autem a quibusdam imus pes cognominatur; quod regionem sextam semper obtineat nec umquam dactylus in fine ponatur.

Qui modus est syllabarum in versu hexametro dactylico sive heroico? 210,13

3 hexameter ergo — 5 variatis *Iulianus de ratione metrorum p. 51 ed. Rom.*

1 quem de metris scripsit exameter inquid uersus contra quem ita cesius *B* quem de metris examt̄ inquid contra quem item cesius *M* 3 examet ergo *M* exametre ergo *B* 4 sex dactylo et spondio circum se positis aut alterna interpositione uariacis *M* Si ex dactilo uariaetatis *B* 6 Int. quae sunt R. exameter (ameter *M*) dactilicus eroicus *B M* Quae sunt? Est hexameter dactylicus tantum, est hexameter dactylicus herous *V* Quae? hexameter dactylicus, hexameter heroicus *Aldhelmus* 8 senurius *M* sex idemque ex duplicibus *om. B, add. M* 9 quod ergo *M* 12 sex] si ex *B* 14 eius modi *B* sunt *om. B M, add. V et Aldhelmus* 15 ueluti est ilias *M* ueluti sunt hilias *B* 16 qui est pes quintus idem qui dactilicus quare quintus est eo quod semper *codex Victorini*, Quis est pes quintus? dactylus . quare quintus dactylo conpetit? quia semper *Aldhelmus*. Qui est pes quintus? quintus quidem pes semper dactylus . quare? eo quod semper *edidi apud Victorinum . sed grammaticus dactylum dixit quintum pedem, propterea quod is in hexametro versu quintum locum obtineret* idem qui] quidem qui *B M* 17 in uersus exceptis aliis locis *B* in uersu exceptis alii locis *M* 18 lenis *M* leuis *B* 21 aut leves] *Verg. Aen. VII 634* ducunt *B* ducent *M* 23 a *om. B, add. M* 25 in uerso exametro dactilico siue heroico *B* inter uersum exametro dactylico siue exametro *M*

p. 18. 19 H.

Omnis versus hexameter dactylicus sive herous a duodecim syllabis crescit usque ad septem et decem. nam qui minimus est, habet syllabas non minus quam duodecim; *qui maximus est, non plus quam decem et septem.* Quid ergo? nonne plerumque invenias versum decem et octo aut viginti syllabarum, ut sunt hi,

quando aliud mihi iam miserae nihil ipsa reliqui,

item

aut onera accipiunt venientum aut agmine facto,

item

cara mihi ante alias neque enim novus iste Dianae?

Sunt quidem plerique syllabarum decem et octo, ille vero quem in ultimo *loco* posuisti syllabarum viginti, cui nequaquam inveneris parem, cum adhuc nullus fere inveniatur qui decem et novem syllabis constet . verum sciendum est in metrica ratione numquam computari eas syllabas, quas synalifa intercipit . quo fit ut omnes illi versus, qui supra dictum numerum syllabarum videntur excedere, detractis synalifis ad decem et septem aut sedecim aut etiam ad quindecim syllabas redigantur, veluti sunt illi quos supra exempli causa posuisti . unde sciendum est nullum versum dactylicum hexametrum inveniri posse, qui numerum syllabarum decem et septem videatur excedere . itaque omnis versus hexameter, si solis spondeis constiterit, erit duodecim syllabarum; si unum dactylum habuerit, tredecim; si duos, quattuordecim; si tres, quindecim; si quattuor, sedecim; si quinque, decem et septem . ita, quotiens dactylus accesserit, totiens una syllaba crescit.

211,18 Hexameter versus dactylicus per quot species variatur? Triginta et duas. | Quatenus? In versu duodecasyllabo species una est . quippe is sine ulla varietate omnes in se spondeos habet et vocatur spondiazon, ut est

introducuntur legati Minturnenses.

---

25 Hexameter versus dactylicus *sqq. Iulianus de ratione metrorum p. 50 ed. Rom.*

---

2 et *om. B, add. M* nam qui minus est *B* nam qui minimus *M* 3 qui maximus — decem et septem *om. B M, add. V* 5 ut sunt hii *B* ut sint hii *M* 6 quando] *Verg. Aen. IIII 315* iam misere nihil ipsa *B* iam nihil uita *M* 7 item] aut *B* 8 aut onera] *Verg. georg. IIII 168* uenientum *om. M, add. B* 10 cara mihi ante alias neque enim nouus ste diane *B* cara mini ante alias usque diane *M*: *Verg. Aen. XI 537* 11 sunt] sicut *M* 12 loco *om. B M* parem] partem *B* 13 qui decem] quindecim *M* 17 aut etiam] aut tertiam *M* 19 inueniri possi *B* inuenire posse *M* 25 dactylicus] dactilus *B* dactyli *M* 26 duodecasyllaba *M* is] his *B M* 27 sine ullam uarietatem *B* 27 spondeus habet *B* spondeos habent *M* 29 introducuntur legatim inturnenses *B* hii producuntur legatim inturnis *M* hii producuntur legati Minturnenses *Aldhelmus : Enn. annal. 603 ed. Vahl.*

p. 19. 20 H.

quod genus versificationis usque adeo durum est, ut non invenuste Albinus in libro quem de metris scripsit ita posuerit, † quod vetat spondeo totum concludere versum, posse patefieri, iungi sed dactylum apte. In versu tredecim syllabarum quot species sunt? Quinque : quippe in eo unus dactylus inter spondeos admissus quinque locis invertitur. In versu quattuordecim syllabarum quot sunt species? Decem. Quae sunt? Aut enim primo et secundo loco dactylus ponitur, aut primo et tertio, aut primo et quarto, aut primo et quinto, aut secundo et tertio, aut secundo et quarto, aut secundo et quinto, aut tertio et quarto, aut tertio et quinto, aut quarto et quinto. Quid in versu quindecim syllabarum, species in eo quot sunt? Similiter decem : nam sicut in illo *qui est* quattuordecim syllabarum dactylus decies variatur, ita in hoc totiens spondeus invertitur. In versu sedecim syllabarum species quot sunt? Totidem quot in tredecim, id est quinque: nam ut *in* illo dactylus quinque locis invertitur, ita in hoc spondeus isdem locis totiens variatur. Quid in versu syllabarum decem et septem? Similiter in eo ut in duodecasyllabo species una est: quippe hic dactylus quinque constat locis excepto ultimo pede, quem necesse est disyllabum esse, ne syllabarum amplior numerus crescat. Quid ergo? numquamne dactylus in fine ponitur? Potest quidem, ut vult Virgilius; nos tamen observabimus non in eo versu, qui ceteros omnes dactylos habeat, veluti in georgicis

aut spumas miscent argenti vivaque sulphura,

quem quidam invertentes sic legunt, ‘et sulphura viva’ . item

bis patriae cecidere manus, quin protinus omnia, |

quem quidam per synalifan excludunt, ut fiat in scandendo omna, nec intellegunt synalifan tunc esse, cum vocales inter se confligunt seu solae, ut ‘multa quoque et bello passus’, seu interposita consonante, ut ‘multum ille et terris’, quod nequaquam in hoc loco adseri potest . quippe absolutus pes est ‘omnia’, velut in illo versu, ‘omnia fert aetas,

1 quod ē genus *B* 2 in liber quem de metris scripsit *B* in libro quem metris scripsit *M* ita posuerit *V* ita proposuit *BM* . *de versibus Albini, quos corruptos habuit Audax, dixi apud Victorinum* quod uetat *M* quod uitem *B* 3 uesum *B* iunc cis sed dactili apte *B* 6 aut enim *B* autem *M* 7 aut primo et tertio *om. B, add. M* 8 et quinto] aut quinto *B* 10 aut quarto] et quarto *B* : aut quarto et quinto *om. M* quid inter uersu *B* 11 qui est *om. BM, add. V* 13 in uersu XVI syllabarum *M* in uersus decem syllabarum *B* 14 in *ante* illo *om. BM, add. V* 15 totiensque variatur *V* 16 duadecasyllaba *M* 18 numerum *M* 20 uirgilius *M* uergilius *B* obseruabimus in eo uersu *M* obseruauimus non in eo uersu *B* 21 habeat *B* habet *M* 22 aut spumas] *Verg. georg. III 449* sulphora *M, om. B* 23 et sulfura uiua *B* ut sulphora uiua *M* 24 bis patriae] *Verg. Aen. VI 33* 25 quidam per sinalifan *M* quidem per sinalifane *B* fiat] sit *BM* omna] omā *BM* 26 confligant *B* 27 multa] *Verg. Aen. I 5* seu interposita *B* sed interposita *M* 28 multam *corr.* multum *B* : *Verg. Aen. I 3* 29 velut *om. B, add. M* uerso *B* omnia fert] *Verg. bucol. 9, 51*

p. 20. 21 H.

animum quoque' et 'omnia vincit amor'. posset itaque esse etiam versus ex dactylis sex, si modo metrici admitterent, veluti dictus est ille,

interea tenero mihi bucula pascere gramine,

item

at tuba terribilem sonitum procul excitat horrida.

214,23 De caesuris. Quot sunt species in caesura hexametri versus? Quattuor. Quae sunt? Coniunctus, districtus, mixtus, divisus. Coniunctus qui est? Qui in scandendo ita concatenatus sibi est, ut nusquam finito sensu divisa inter se verba ponantur, quod genus versificationis laudabile habetur, veluti est

infandum regina iubes renovare dolorem.

Qui districtus? Qui in scandendo sensum seu partes orationis separatas habet, ut puta veluti

dic mihi, Clio, quisnam primus fingere versus.

Qui mixtus? Qui utrumque in se habet, ut in quibusdam coniunctus, in quibusdam separatus sit, ut puta

hic currus fuit, hoc regnum dea gentibus esse.

Qui divisus? Qui in priapeo deprehenditur metro. Quale est metrum priapeum? | Cum *in* hexametro versu primi tres pedes concatenati inter se, a reliquis tribus sequentibus divisi separatique sunt, ut in bucolicis

aut Ararim Parthus bibet aut Germania Tigrim,
utque viro Phoebi chorus adsurrexerit omnis,
est mihi namque domi pater, est iniusta noverca.

Vnde dictum priapeum? Quod pleraque eius modi in honorem Priapi ita

---

6 DE CAESVRIS *Beda de arte metrica 245, 16 Iulianus de ratione metrorum p. 49 ed. Rom.*

---

1 omnia vincit] *Verg. bucol. 10, 69* posset *V* possit *BM* 2 admittens *M* 3 tenero] tenore *B* 4 item *om. B, add. M* 5 ad tuba *M: cf. Verg. Aen. VIIII 503* 6 De cessuris *M, om. B* 7 R. coniunctus districtus mixtus diuisus Int. coniunctus qui est *M* R. districtus solutus mixtus diuisus Int. districtus quid est *B* 8 ut nusquam] utriusquam *B* 11 infantum *M: Verg. Aen. II 3* iuues renouate *B* 12 Int. qui strictus R. qui in scandendo *M* Int. solutus R qui R in scandendum *B* 13 ut puto *B* 14 mihi] miri *B* prima *M* 15 Qui mixtus — 17 gentibus esse *om. B, add. M* 16 hic currus] *Verg. Aen. I 17* 18 in priapeio *B* in priapaio *M* 19 priapeium *B* priapaeium *M* cum in hexametro *V* cum exametro *M* cum exeametro *B* 21 aut Ararim] *Verg. bucol. 1, 63* partus bibet au germania tigrini *M* patus bibet aut germania tibrim *B* 22 utque uera foebri corus adsurrexit omnis *B* ut puero foebi corus adsurrexerit omnis *M et Aldhelmus p. 532 : Verg. bucol. 6, 66* 23 est miri *B: Verg. bucol. 3, 33* 24 priapeium *BM* pleraque eiusmodi in honore priapi conscripta sunt *B* pleraque quismodi in honore priapi ita conscripta sint *M*

p. 21. 22 H.

conscripta sunt, propter quod multi volunt hoc genus compositionis bucolico carmini magis convenire.

Pythium item metrum quod est? Idem quod hexametrum. Vnde 215,16
dictum pythium? Quidam volunt ob id, quod hoc genere metri oracula primum ab Apolline sint edita, qui interfecto Pythone Pythius dictus est. qui cum in Parnaso Pythonem serpentem in vindictam matris sagittis insequeretur, accolae Delphici hoc illum versu hortati sunt.

DE NOMINE

Quid est nomen? Nomen est pars orationis cum casu significans rem corporalem, ut homo, seu incorporalem, ut pietas. Quae sunt quae accidunt nomini? Qualitas, scilicet qua quaeritur, utrum nomen sit proprium an appellativum; genus, quo apparet, masculinum sit an femininum vel neutrum; numerus, quo apparet, singulare sit an plurale; figura, qua apparet, simplex sit an composita; casus, quo declinatur.

De casibus. Casus quid sunt? Gradus quidam declinationis. Vnde 189,17
dicti *sunt* casus? Quod per eos pleraque nomina a prima sui positione inflexa varientur et cadant. Quare pleraque et non omnia? Sunt enim quaedam vocabula, quae per casus flecti non | possunt, ut puta veluti nequam frugi nugas nihili. Quot sunt casus declinationis? Sex. Qui sunt? Nominativus, genetivus, dativus, accusativus, vocativus, ablativus. Sed *si* a cadendo casus dicti sunt, quo modo nominativus casus dici potest, qui adhuc in suo *statu* est nec a prima positione sui cecidit, quo fit ut a genetivo casus esse incipiant ac per hoc quinque sint? Dicimus non aliter nominativum quoque casum dici posse, quam ut in gradibus, quos ascendimus,

---

2 carmine *BM* 3 Phitium *utroque loco BM* 4 oracula primo ab polloni sunt edita *B* oracula primo apollini sint edicta *M* 5 pitone *B* phitone *M* phitius *BM* 6 phitonem *BM* in uindicta *BM* 7 ortati *M* orati *B*. *graecum versum a Mario Victorino p. 50,21 et a Terentiano v. 1591 adscriptum, lὴ παιάν, lὴ παιάν, lὴ παιάν, omiserunt Audax et Atilius Fortunatianus p. 284,9. eiusdem versus pars relicta erat in codice Victorini p. 215,23* 9 est *priore loco om. M, add. B* 12 genus quo appellaret *M* sit] sint *B* 13 numerum quo appare singure *M* qua] quae *B* 14 quod declinatur *B* 15 DE CASIBVS *om. B, add. M* unde dicti casus *B* unde dictus *M* 17 uariantur *M* et non omnia *V* et nomina *M* et nomini *B* enim *om. B, add. M* 18 uelut *M* 19 quot sunt] qui sunt *B* Qui sunt — 21 dicti sunt *om. M, add. BV* 21 si *om. B, add. V* 22 qui adhuc in suo statu est *V* quia adhuc (ad hunc *B*) in suo est *BM* quo fit *V* quod fit *BM* ut *om. M, add. B* 23 casus *M* casu *B* incipiant haec per hoc quinque sunt *B* incipiunt ac per hoc quinque sunt *M* non aliter *V* enim Aliter *M* enim *B* 24 quoque] quique *M* dici ē posse *M* quam ut in gradibus quo ascendimus *M* quam inter gradibus quos ascendimus *B* quam ut in gradibus quos discendimus *codex Victorini, ubi scripsi* quam ut in gradibus per quos descendimus: *cf. Pompei. p. 182,16*

p. 22. 23 H.

illum etiam qui in summo est gradum dicimus, cum alioqui ad superiorem planitiem aequalis sit nec fiat gradus nisi depressione sequentis . quo exemplo per genetivum, in quem cadit, nominativus quoque iam casus est . sed addunt etiam non nulli quamvis sine nomine septimum casum. Quid est septimus casus? Qui quasi speciem ablativi habet nec tamen ablativus est, quippe per accusativum liquidius explicatur, veluti cum dicimus nos terra vel mari vectos, non utique a terra vel mari, sed per terram vel mare *significamus* . ex quo sensu est 'multum ille et terris iactatus et alto'.

190,10 Genetivi casus quae regula est? Genetivus casus singularis numquam a nominativo suo minor est . itaque aut totidem syllabis constare debet, quot nominativus, aut etiam una syllaba excedere. Quo modo totidem syllabis? Vt Virgilius Virgilii, Terentius Terentii, et ob id geminata *i*. Quo modō una syllaba excedere? Vt Hector Hectoris, Nestor Nestoris . accidunt autem nomina quaedam contra supra dictam rationem, quae duabus syllabis crescunt in genetivo, ut puta anceps ancipitis, praeceps praecipitis, biceps bicipitis, supellex supellectilis.

190,18 Ablativi casus quae regula est? Ablativus singularis exceptis quibusdam nominibus aptotis, ut nequam et nugas, una ex quinque vocalibus terminatur . quaecumque igitur | nomina ablativo casu numero singulari a vel o litteris fuerint terminata genetivum pluralem in rum syllabam eiciunt, dativum et ablativum in is, ut puta ut ab hac tabula harum tabularum et ab hoc docto horum doctorum, his et ab his tabulis his et ab his doctis . quae vero in e aut in u fuerint terminata, e littera correpta in ablativo genetivum pluralem in um vel in ium syllabas eicient, ut ab hoc codice codicum, pariete parietum, rupe rupium, stirpe stirpium, nocte noctium: simili modo i quoque aliquando in um, *aliquando in ium* syllabas eicit, ut ab hoc vigili vigilum, pugili pugilum, agili agilium, facili

---

1 illum etiam *M* etiam illum *B* cum alioquin *B* enim alioqui *M* 2 depressione *V* depressio *B* depositio *M* quo exemplo per genetivum in quem cadit *V* quod exemplo in genetiuum per quem cadit *B* quo exemplo genetiuum per quem cadit *M* 4 sine *om. B, add. M* quid est *B* quis est *M* 5 tamen *om. M, add. B* quippe] qui ēē *BM* quippe is *V,* qui ipse *olim edidi* 6 liquidus *M* 7 vel mari] uel mare *utroque loco BM* 8 significamus *om. BM* sensu *V* sensus *BM* multum] *Verg. Aen. I, 3* 11 minores itaque *B* aut totidem] ut totidem *M* 12 una *om. M, add. B* 13 i *om. BM* 15 accedunt *BM* 16 crescunt *M* constant *B* 17 suplex supellectilis *B* supplex subpellectilis *M* 18 Ablativus singularis *om. B, add. M* 19 nominibus] omnibus *B* ut nequam ut nugas *M* ut nequam nugas *B* terminantur *B* 20 numero singulari um a uel o litteris fuerint terminata *B* numeri singulari a. l. o litteris fuerint terminatus *M* 22 in is] in his *BM* ut puta ab hac tabula *V : fortasse* ut puta velut ab hac tabula 25 vel in ium] uel. i. um *B* 27 i quoque aliquando in um syllabas eicit ut ab hoc uigili uigilium pugili pugilium *BM*

p. 23. 24 H.

facilium: dativum vero et ablativum in bus, ut his et ab his codicibus parietibus rupibus stirpibus vigilibus *agilibus* facilibus. Quid si e producta fuerit? Genetivum pluralem in rum syllabam eiciet, dativum et ablativum in bus, ut ab hac specie harum specierum his et ab his speciebus . at vero u genetivum pluralem in uum tantum modo eiciet, dativum et ablativum in bus, ut ab hoc fluctu horum fluctuum, curru curruum, his et ab his fluctibus et curribus.

DE PRONOMINE

Quid est pronomen? Pars orationis dicta, quod pro ipso posita nomine minus quidem plene, idem tamen significet. Pronomini quot accidunt? *Sex. Quae?* Qualitas genus numerus figura persona casus . sed qualitas pronominum in tres species dividitur : nam aut finita sunt pronomina aut infinita aut minus quam finita. Quale est finitum pronomen? Finitum pronomen est quod notat certam personam, ut ego tu; infinitum, quod certam personam non habet, ut quis quae quod . Minus quam finitum quid *est?* Quod certis incertisque personis aptari potest, ut iste ille ipse. Genera pronominum quot sunt? Tria, masculinum, ut hic, femininum, ut haec, neutrum, ut hoc . sunt et communia, ut ego tu. Numeri pronominum quot sunt? Duo, singularis, ut hic, pluralis, ut hi [item dualis, ut duo ambo uterque] . est et numerus communis, qui in singulari pluralique similiter ponitur, ut qui quae: dicimus enim qui vir et qui viri, quae mulier et quae mulieres. Figurae pronominum quot sunt? Duae, simplex, ut quis, composita, ut quisquis. Casus pronominum quot sunt? Totidem quot et nominum. | Personae quot sunt? Tres, prima quae loquitur, ut ego; secunda ad quam loquitur, ut tu; tertia de qua loquitur, ut ille . pronomina autem quaedam, ut nomina, aut numerum significant, ut quot tot; aut gentem, ut cuias nostras; aut ordinem, ut quotus totus; aut qualitatem, ut qualis talis; aut quantitatem, ut quantus tantus . quaedam autem ad aliquid dicuntur: nam sine alio intellegi non possunt, ut meus tuus suus. Declinatio personae primae finitae quot casus habet? Quinque tantum: vocativo enim caret tam in singulari numero quam in plurali, quia nemo se vocat o ego, o nos . sic ergo declinatur,

---

2 agilibus *om. BM* 3 pluralem *om. M*, *add. B* syllaba *BM* 8 DE PRONOMINE *om. B*, *add. M* 10 idem tamen *M* tamen idem *B* 11 Sex Quae *om. BM* 12 in tres] inter *B* 14 finitum e pronomen quod notat certum personam *M* finitum pronomen ē quod nomen est quod nomen certat personam *B* 15 Int. minus quam finitum quid (quid *om. B*) R. quod *BM* 18 et *om. M* 20 dualis et duo *BM* est enim et communis *BM* 24 primo qui loquitur *M* 25 quam] quem *BM* de quo *M* 26 quaedam aut nomina *B* 27 cuias *B* cuius *M* 31 uocatiuum *BM*

p. 24. 25 H.

ego mei mihi me a me, item nos nostrum nobis nos a nobis . iam secundae personae sex casus occurrunt, tu tui tibi te o a te, item vos vestrum vobis vos o a vobis; item personae tertiae, ille illius illi illum o ab illo, et pluraliter illi illorum illis illos o ab illis . sane prima et secunda, id est ego et tu, tam in singulari numero quam in plurali generis omnis est . cetera autem pronomina diverso genere declinantur, sicut in ceteris regulis legimus.

DE VERBO

Verbum quid est? Pars orationis cum persona et tempore agentem patientemque significans. Verbo quot accidunt? Septem, qualitas coniugatio genus numerus figura tempus persona. Qualitas verborum in quot partes dividitur? In duas, id est in modos et in formas.

Modi verborum quot sunt? Septem, indicativus, imperativus, promissivus, optativus, coniunctivus, infinitus, inpersonalis. Indicativus cur dictus est? Quod per ipsum indicamus quid agamus, ut puta interrogatus quid faciam dico tibi 'lego': haec enim significatio indicantis est. Imperativus quare dicitur? Quia significationem habet imperandi, ut puta lege doce scribe. Promissivus cur dictus est? Quia per ipsum promittimus, in futuro quid agamus, ut puta legam faciam . hoc enim promitto, quod necdum facio. Optativus quare dicitur? Quia significationem optandi habet, ut utinam dicerem facerem legerem. Coniunctivus cur dicitur? Quia sine coniunctione aliarum orationum non implet sensum locutionis . si enim tantum dixero 'cum clamem', pendet | sensus et indiget ut compleatur; adicio 'cum clamem, quare me tacere credis?', 'cum loquar, cur me silere dicis?' . ideo ergo coniunctivus modus dicitur, quia coniungit sibi alias elocutiones, ut expleat sensum. Infinitus cur dicitur? Quia non explet sensum nisi adiecta alia particula verbi, ut puta legere: pendet enim sensus: adicis volo vis vult et imples sensum, legere volo, legere vis, legere vult. Inpersonalis cur dicitur? Quia, nisi persona ex pronominibus adiecta fuerit, certam agentis personam non definit, ut legitur . quodsi adiciatur ex pronominibus persona, statim significatio eius expletur, ut legitur a me, a te, ab illo.

---

4 sane] sine *B* 5 numero] non *M* 6 ceteras *M* diuersa genera declinatur *B* 8 DE VERBO *om. B, add. M* 10 significat *B* coniugatio] coniunctio *B* 11 verborum *om. M, add. B* 12 et in formas et reliqua quare promisiuos dicitur (18) quia per ipsum promittimus *M* 16 indicemus quid agimus *B* 18 per se ipsum *B* 19 faciam *om. M, add. B* 20 optativus — 21 legerem *om. M, add. B* 23 cum clamem *M* cum clament *B* ut] aut *B* 26 ut expleat *B* ut conpleat *M* non explet *M* non expleat *B* 28 et *om. B, add. M* 32 expletur *B* impletur *M*

p. 25. 26 H.

Formae quae sunt? Perfecta, ut lego, meditativa, ut lecturio, frequentativa, ut lectito, inchoativa, ut fervesco calesco. Perfecta forma cur dicitur? Quia plenus est in ea indicantis sensus, ut lego. Meditativa forma cur dicitur? Eo quod semper meditatur, ut lecturio, id est legere desidero, esurio, id est edere desidero, parturio, id est parere desidero. Inchoativa forma cur dicitur? Quia subito motu nascitur, ut fervesco calesco . praeteritum tempus non habet: non enim possumus dicere fervescui calescui . quae enim inchoantur, perfecta adhuc non sunt. Frequentativa forma cur dicitur? Quod per eam aliquid frequentamus, ut lectito clamito.

Coniugationes verborum quot sunt? Tres, prima quae indicativo 198,27
modo tempore praesenti persona secunda a et s litteris terminatur, ut amo amas, secunda quae e et s litteris finitur, ut moneo mones, tertia quae i et s, ut lego legis, facio facis . coniugatio igitur est forma quaedam, ex qua intellegitur, promissivus modus [id est indicativus] quo modo efferri debeat . in verbis ergo activis et neutralibus o littera terminatis coniugationem quaerimus modo indicativo tempore praesenti persona secunda ante novissimam litteram; in passivis autem et communibus et deponentibus, quae r littera terminabuntur, eodem modo eodemque tempore et persona ante novissimam syllabam . prima et secunda coniugatio futurum tempus, id est promissivum modum, in bo syllabam mittunt, ut amo amas amabo, moneo mones monebo. Quid si earundem coniugationum verba r littera finita fuerint? Futurum tempus in bor syllabam mittunt, ut amor amaris amabor, moneor moneris monebor. Quid si tertia coniugatio correptam | i litteram habuerit? Promissivum modum in am syllabam mittit, ut lego legis legam, scribo scribis scribam. Quid si eiusdem coniugationis verbum or syllaba fuerit terminatum? Futurum tempus in ar syllabam mittit, ut legor legeris legar, scribor scriberis scribar. Quid si eiusdem *coniugationis* verbum producta i ante s finitum fuerit? Futurum tempus in am syllabam et in bo mittit, ut sciam scibo. Quid si r littera terminatum fuerit? Promissivum modum in ar et in bor eiciet, ut scior sciris, sciar et scibor. Vbi ergo cognoscimus, quando in secunda persona i

---

1 Formae — 2 calesco *om. M, add. B* 3 ut puta lego metatiua cur eo quod semper *M* 4 meditetur *B M* 6 inchoatiua cur quia subita metu *M* motus *B* 7 calesco *om. M, add. B* habent *B M* 9 Frequentativa — 346,15 nascor *om. M, add. B* 12 terminantur *B* 15 ex qua] et qua *B* id est indica indicatiuus *B*, *om. V* 16 offerri *B* neutralibus coniugationes quaerimus o littera terminatis modo indicatiuo *B* 22 coniugationem *B* 23 finita fuerit *B* ut amor amaris] ut amoris *corr.* ut amaris *B* 24 coniugatio promissiuo modo correpta littera habuerit R In am syllabam *B* 29 eiusdem uerbum producti ante o finitum *B* 31 eiciet] et ici et *B* 32 ubi ergo scimus *B* ubi nos scimus *codex Victorini*

p. 26. 27 H.

correpta vel producta sit? *In* imperativo modo: nam quotiens correpta est, detracta s littera transit in e, ut lego legis lege, scribo scribis scribe; quando autem producta est, perseverat *in* imperativo, ut audio audis *audi*, servio servis *servi* . omnis ergo coniugationis effectus ex imperativo modo cognoscitur.

198,4 Genera verborum quot sunt? Quinque, id est activum, passivum, neutrum, commune, deponens. Activum verbum quale est? * Quod r littera terminatur, qua deposita redit in activum, ut lego legor. Neutrum quod est? Quod o littera terminatur et r litteram non recipit, ut curro vigilo . eius significationes sunt duae: aut enim agendi vim habet, ut sedeo curro, aut patiendi, ut algeo vapulo. Commune verbum quale est? Quod r littera terminatur et agentis et patientis recipit significationem, ut consolor osculor : dicimus enim consolor te et consolor a te. Deponens quod est? Quod r littera terminatur et deponere eam non potest, ut luctor iocor conor nascor. Activa quare dicuntur? Quia agunt, ut verbero. Passiva *quare?* Quia patiuntur, ut verberor. Neutralia quare? Quia nec agunt nec patiuntur, ut sto iaceo sedeo . sunt autem et semineutralia, quae agunt aliquid et non patiuntur, ut nato curro; item alia semineutralia, quae patiuntur et non agunt, ut vapulo sudo ferveo langueo. Communia quare dicuntur? Quia sub uno verbo tenent activum et passivum et in utroque genere r numquam deponunt, quam si deponunt, latina non sunt, ut precor contemplor reminiscor recordor. Deponentia quare dicuntur? Quia | deponunt futuri temporis participium a significatione passiva, quod exit in dus, ut moriendus gloriandus blandiendus.

198,18 Numeri verborum quot sunt? Duo, singularis, ut lego, pluralis, ut legimus . figurae quoque totidem, simplex, ut lego, composita, ut relego. Figurae verborum quot modis componuntur? Quattuor, ex duobus integris, ut describo depono; ex integro et corrupto, ut expleo consulo; ex corrupto et integro, ut suffero succedo; ex duobus corruptis, ut sustineo.

---

1 in *om. B, add. V, item 3* 3 audi *et* servi *om. B, add. V* 7 *lacunam, qua definitio activi verbi excidit, indicavi.* Activa quae sunt? Quae o littera terminantur et accepta r faciunt ex se passivum, ut lego legor. Passiva quae sunt? Quae r littera terminantur et deposita ea redeunt in activum, ut legor lego *V* 9 terminetur *B* 10 agendi vim *V* gendium *B* 13 consulor obsculor *B* consulor te et consulor a te *B* 15 nascor] noscor *B* quia agunt ut uerbero passiua quia patiunt ut verberor *M* Quia agunt ut uer . neror *B* 17 et semine . utralia *B* et neutralia *M* 18 alia semine . utralia *B* 20 tenet *BM* et in utroque genere R Numquam deponent quod si deponit latina non sunt *B, om. M* 23 Quia deponuntur *B* a] ut *B* quod exit *B* que exiit *M* 24 gloriandus] gloriendus *M* blandiendus figure uerborum IIII modis conponuntur ex duo integris ut discribo *M* 26 relego] religio *B* 28 consuleo *BM* ex corrupto *om. M, add. B*

p. 27. 28 H.

Tempora verborum quot sunt? Tria, praesens, praeteritum et futurum . sed praeteriti temporis species tres sunt, imperfecta, perfecta et plusquamperfecta. Dic eorum temporum differentias. Praesens est, cum agimus, ut lege: nam non possum dicere lego, nisi dum in ipso actu sum . futurum est, cum adhuc agere polliceor, ut legam . praeteritum imperfectum est, cum coepisse aliquando aliquid et non perfecisse nos indicamus, ut clamabam . praeteritum perfectum est, cum nuper aliquid nos fecisse significamus, ut legi . praeteritum plusquamperfectum est, cum non nuper, sed iamdudum aliquid perfecisse nos intimamus, ut legeram. 199,24

Personae verborum quot sunt? Tres, prima quae loquitur, ut lego; secunda ad quam loquitur, ut legis; tertia de qua loquitur, ut legit. 198,23

Defectiva verba quae sunt? Quae in declinatione deficiunt, id est in genere vel persona vel coniugatione vel tempore, et quia uniformi modo durare non possunt, ob id defectiva dicuntur . genere igitur deficiunt, cum neutra significatione tempore praesenti ad passivam speciem in praeterito tempore transeunt, ut audeo ausus sum, gaudeo gavisus sum, soleo solitus sum : non enim possumus de praeterito tempore dicere gaudivi . quoniam durum et turpe sonabat, mutaverunt illi scriptores artium sonum de praeterito tempore passivi verbi, ut confido confisus sum: nam absonum erat dicere confidi. | 200,4

DE ADVERBIO

Quid est adverbium? Pars orationis, qua adiecta verbo manifestior oratio redditur, ut docte dixit, pulchre fecit, bene scripsit. Adverbia unde nascuntur? Aut a sua positione aut ab aliis partibus orationis : a sua enim positione nascuntur, ut heri nuper; ab aliis autem traducuntur, ut doctus docte, sapiens sapienter . adverbia autem quae in *e* productam exeunt ab eo nomine veniunt, quod in dativo singulari o litteram accipit, 201,14

1 Tempora — 12 legit *om. M, add. B* 3 est ut cum agimus *B* 5 cum] quod *B* legam] lega gam *B* 6 cum] ut *B* 12 ad quem loquitur ut leges *B* leget *B* 13 in declinatio *M* id ē in genera uel persona uel per coniugatione uel tempore *B, om. M* 14 et quia] ut quia *BM* 15 igitur *B* ergo *M* 16 cum neutra *B* cum neutralia *M* . *fortasse* cum ex neutra significatione temporis praesentis praeterito] praesenti *B* 17 ut audeo ausus sum gaudeo gauisus sum soleo solitus sum . non enim possumus de praeterito tempore passiui uerbi (*deletis* passiui uerbi) dicere gaudiui quoniam *B* ut gaudeo gauisus sum non gaudiui que *M* 19 sonabat mutauerunt mutauerunt illi *M* sonabant mutauerunt aut illi *B* mutaverunt] mutuati sunt *coniecit Thurot revue critique a. 1877 p. 308* sonum *om. M, add. B* 20 absonum me erat *B* 22 DE ADVERBIO *om. B. De adverbio, de participio, de coniunctione, de praepositione in Monacensi codice pauca scripta sunt, ex quibus discrepantia scripturae praeter integram codicis Bernensis lectionem paucis locis adnotata est.* 23 qua] que *M, om. B* 26 ab aliis aut traducuntur *B* 27 in productum *B*

p. 28. 29 H.

ut huic docto docte . item quae in ter exeunt ab eo nomine veniunt, quod in dativo in i profertur, ut huic agili agiliter . quam tamen regulam frequenter excedit auctoritas . nam quaedam et in dativo casu permanent et *ex* specie sua adverbia faciunt, ut falso sedulo; quaedam contra veniunt, ut huic duro, non dure, sed duriter.

201,18 Adverbiis quot accidunt? Tria, significatio, comparatio, figura. Significationis species quot sunt? Multae: sunt enim quaedam temporis, ut heri nuper iamdudum pridie postridie interdum statim nunc tunc olim hodie cras perendie et cetera . sunt alia loci, quae quidem in quattuor species dividuntur: aut in locum, ut huc illuc; aut in loco, ut hic ibi; aut e loco, ut hinc inde; aut per locum, ut hac illac . sunt quaedam temporis et loci, ut hactenus protinus, alia numeri, ut semel bis ter quater decies centies milies, alia negantis, ut non minime nequaquam nullatenus, alia interrogantis, ut cur quidita, alia demonstrantis, ut en ecce, alia hortantis, ut eia, alia optantis, ut utinam, alia existimantis, ut ferme, alia ordinis, ut deinceps deinde postremo, alia similitudinis, ut ceu quasi veluti, alia dubitantis, ut fortasse, alia vocantis, ut heus, alia respondentis, ut heu, alia prohibentis, ut ne, alia communicationis, ut pariter una simul, alia separationis, ut seorsum, alia alternationis, ut vicissim, alia comparationis, ut magis potius, alia eventus, ut forte, alia adnuentis, ut vero, alia iuris iurandi, ut mediusfidius ecastor, alia personalia, ut mecum tecum secum, alia iterationis, ut iterum rursus saepius, alia qualitatis, ut bene male, alia quantitatis, ut satis nimium parum . sunt et adverbia infinita, ut ubi quando, sunt finita, ut hic modo. Adverbiorum figurae quot sunt? Duae, simplex, ut iuste, composita, ut iniuste. Recipiunt comparationem adverbia? Vtique, ut iuste iustius iustissime . adverbiis autem praepositiones adici raro possunt, quamvis hoc veteres usi sunt, ut Terentius in Hecyra 'corripuit de repente' . secutus et Lucretius, 'de subito' . quidam etiam illud constituunt, 'Siculo prospexit ab usque Pachyno'. |

DE PARTICIPIO

Participium quare dictum est? Participium vocatum est, quod partem

3 quaedam et et in datiuo *B* 4 ex *om. BM* 8 pridie *om. B, add. M* 9 quidem] quadam *corr.* quidem *B* 15 existimantis *M* extimantis *B* aestimantis *V* 17 heus] eus *B* 18 heu] eu *B* 19 seorsum aliternationis *B* . *item in reliquis* alia *om. B* 21 ecastor *V* castor *B* 22 iterum *M* item *B* 28 in hecira *B* : *Hec. IIII 1,3* 29 Lucretius] *II 265. III 643* quedam *B* : *cf. Prob. p. 155,8* 30 siculo *M* scl'o (*h. e.* seculo) *B* : *Verg. Aen. VII 289* 31 DE PARTICIPIO *om. B.* Participii regula praeteriti temporis triplex est, in tus, ut lectus scriptus, in sus, ut occisus, in xus ut crucifixus. praesens in ans uel ens, ut amans dicens. futuri temporis actiua significatione in rus, ut lecturus, passiua in dus, ut legendus *M*

p. 29. 30 H.

accipiat a nomine, partem a verbo . nam casus a nomine mutuatur, tempora a verbo . quod enim declinantur participia, hoc a nomine est; quod vero temporibus conveniunt, hoc a verbo est . inde ergo participium dicitur . Participia praesentis temporis in quam syllabam exeunt? Participia in praesenti tempore in ens et in ans syllabam exeunt, ut legens amans; in futuro vero activa significatione in rus, ut amaturus, passiva in dus, ut legendus amandus . sane in praeterito tribus syllabis terminantur, in tus, ut scriptus lectus, in sus, ut occisus visus, in xus ***

DE CONIVNCTIONE

Quid est coniunctio? Pars orationis nectens ordinansque sententiam. Coniunctioni quot accidunt? Potestas, ordo, figura, accentus. Potestas coniunctionis in quot species dividitur? In quinque, id est copulativam, disiunctivam, expletivam, causalem, rationalem. Copulativae speciei coniunctiones quot sunt? Sex hae, et simplex, que simplex, ac simplex, at simplex, ast simplex, atque composita. Disiunctivae speciei coniunctiones quot sunt? Numero sex hae tantum, aut simplex, ve simplex, vel simplex, ne simplex, nec simplex, neque composita. Expletivae speciei coniunctiones quot sunt? Vndecim hae tantum, quidem simplex, equidem composita, etquidem composita, saltim simplex, videlicet composita, quamquam composita, quamvis composita, quoque composita, autem simplex, tamen simplex, porro simplex. Causalis speciei coniunctiones quot sunt? Numero triginta et tres, id est *si* simplex, etsi composita, etiam simplex, etiamsi composita, *tametsi composita,* sitamen composita, siquidem composita, quando simplex, quandoquidem composita, quatinus composita, quin simplex, quinetiam composita, sin simplex sinautem composita, sinetiam composita, seu simplex, sive composita, nam simplex, namque composita, ni simplex, nisi composita, nisisi composita, enim simplex, | etenim composita, ne simplex, sed simplex, interea composita, quamobrem composita, praesertim simplex, item simplex, itemque

9 DE CONIVNCTIONE *Prob. 143,23*

2 declinatur *B* 6 passiva *om. B* 7 terminatur *B* 8 in xus plus non inueniuntur INT Quid est coniunctio *unius versus spatio post* inveniuntur *relicto B* 12 copulativam] conpulat uiam *B* 13 INT Copulatiuae coniunctionis species quod sunt R Sex he *B* Copulativae speciei coniunctiones numero sunt sex hae *Probus p. 143,28. item in reliquis coniunctionum definitionibus Probus emendatam scripturam praebuit* 15 disiunctiuae coniunctionis species quod sunt *B* 17 expletiue coniunctionis species quod sunt *B* 18 haec tantum *B* 19 quamvis quoq; conposita autem *B* 20 causalis spetiei coniunctionis *B* 21 si *om. B* 22 etiam simplex etiam conposita si tamen conposita si quid conposita *B* 24 qui in simplex *B* 25 seu conposita siue conposita nam simplex namque conposita nisi simplex nisi (*superscr.* si) conpositae nim simplex *B* 28 item] iter *B*

p. 30 H.

composita, ceterum simplex, alioquin composita. Rationalis speciei coniunctiones quot sunt? Numero viginti et quattuor hae sunt tantum, quamobrem composita, praesertim simplex, item simplex, itemque composita, ita simplex, itaque composita, quia simplex, quoniam simplex, quoniamquidem composita, quapropter composita, quamquam composita, quippe simplex, qui simplex, atqui composita, alioquin composita, enim simplex, etenim composita, enimvero composita, ergo simplex, ideo composita, igitur simplex, scilicet composita, ceterum simplex, propterea composita.

Ordo coniunctionum qui est? Quo apparent coniunctiones, quae praeponi debeant tantum, quae subiungi tantum, quae et praeponi et subiungi . praeponuntur coniunctiones tantum numero septem hae, at ac ast sin sinautem nam * . subiunguntur coniunctiones tantum numero quattuor hae, ve que ne quoque . iam ceterae coniunctiones [et proponuntur et subiunguntur] exceptis supra dictis coniunctionibus et praeponuntur et subiunguntur.

Figura accidit coniunctionibus an non? Accidit, sic uti et ceteris partibus orationis. Quae? Simplex et composita . quae autem sit figura simplex et quibus ex rebus et quot modis fiat figura composita, iam in nomine satis tractavimus.

Accentus coniunctionum quot sunt? Quinque? Qui? Productus, correptus, acutus, pressus, † etheria utraque, id est distinctio et non distinctio . nunc hi certis coniunctionibus per species dati observabuntur . at vero ceteri accentus per ceteras species coniunctionum naturales, id est simplices, esse probantur.

Sunt coniunctiones, quae, cum aliis partibus orationis respondeant, intellectu tamen discernuntur, ut ve, si non *cum* commotione animi pronuntiatur, erit coniunctio, ut ‘Pariusve lapis’; si vero vae *cum* commotione animi proferatur, erit interiectio, ut ‘vae misero mihi’ . quoque, si *pro* ablativo casu *non* respondeat, erit coniunctio, ut apud Virgilium

tu quoque litoribus nostris Aeneia nutrix .

---

1 coniunctionis *B* 6 atqui] adqui *corr.* adque *B* 9 qui est] qui sunt *B* 10 debeant tantum est quae subiungi *B* 11 praeponuntur coniunctiones tantum numero septem he ad hac ast sin sinautem nam *B* praeponuntur coniunctiones numero octo hae tantum, at ac ast sive seu vel sin sinautem *Probus p. 144,24. lacunam indicavi, qua una ex septem coniunctionibus praepositivis excidit, si modo septem, non sex ab Audace adscriptae erant* 12 subiunguntur praepositiones tantum numero septem quattuor hae uae quae nae quoque *B* 17 sit] fit *B* 21 praesus et heria utraque *B* . hyphen *et* diastolen *communi nomine comprehendisse videtur grammaticus* 23 naturales] morales *B* 26 ut aut uae si non commotione animi pronuntiantur *B* 27 Pariusve lapis] papius uel papis *B*: *Verg. Aen. I 593* si uero ue commotio . ne *B* si ablatiuo casu respondeat *B* 30 tu quoque] *Verg. Aen. VII 1*

p. 31 H.

si vero quoque pro ablativo casu respondeat, erit pronomen . porro, si 'vero' | significat, erit coniunctio; si vero 'longe', erit adverbium . quando, si 'quatenus' significat, erit coniunctio, ut puta 'quando hoc tibi placet'; si tempus, erit adverbium, ut puta 'quando fiet' . quamquam, si non pro accusativo casu respondeat, erit coniunctio, ut apud Ciceronem 'quamquam patres conscripti'; si vero quamquam pro accusativo casu respondeat, erit pronomen . sic et aliae quando *sint* coniunctiones et quando aliis partibus orationis respondeant, *intelleguntur*.

Enim etenim enimvero coniunctiones voluerunt aliqui et causalis speciei retinere potestatem, quarum discretio apud auctores nulla esse reperitur, et ideo supervacue hoc dixisse intelleguntur.

Item sunt coniunctiones, quae metri vel structurae necessitate sic inveniuntur transfiguratae †rgo ut apud libium epton desistere tempore quievit . item sunt qui 'sine' pro coniunctione accipiant rationali . quare hoc monemus, quod 'sine' numquam *pro* coniunctione veniat in oratione, et ideo falsum est 'sine' inter coniunctiones inmittere.

At coniunctio omnibus casibus praeponitur: nominativo,

at regina gravi iamdudum saucia cura,

genetivo, 'at furiis Caci mens effera', dativo, 'at tibi pro scelere exclamat', accusativo, 'at me tum saevus circumstetit horror', vocativo, 'at tu dictis, Albane, maneres', ablativo,

at parte ex alia, qua saxa rotantia late
intulerat torrens.

DE PRAEPOSITIONE

Praepositio quid est? Pars orationis quae praeponitur nominibus atque

24 DE PRAEPOSITIONE *Prob. 147,4*

1 si ue ro quoq. pro ablatiuo casu non respondeat *B* Porro si uero si uero significat *B* porro si verum significat *Probus p. 145,30* 2 si uere longe *B* 5 apud Ciceronem] *in Catil. IIII 6,11* 7 sic et aliquando coniunctiones et quando aliquis partibus orationis respondeant. Enim *B* 9 aliqui] *cf. Prob. p. 144,15* 10 potestatum *B* 12 transfiguratаergo *B* 14 quievit] quiuit *in margine codicis adscriptum est manu Petri Danielis . sed unde exemplum petitum sit, vel quam coniunctionem grammaticus transfiguratam esse voluerit, propter corruptam codicis scripturam certo dici non potest. Vergilii versum Aen. I 37* mene incepto desistere victam *de* ne *coniunctione adscripsit Probus p. 145,17* . sine *a quibusdam figurate legi adnotavit idem p. 144,18* item — rationali] Sint et item sunt qui sinet pro coniunctione accipiant rationem illi *B* 15 quod sunt numquam coniunctione ueniat in oratione *B* 18 at regina] *Verg. Aen. IIII 1* 19 generatiuo ad furicati mens *B*: *Verg. Aen. VIII 205* at tibi] *Verg. Aen. II 535* 20 at me] *Verg. Aen. II 559* 21 at tu] *Verg. Aen. VIII 643* 22 at parte] *Verg. Aen. X 362* 24 DE PRAEPOSITIONE *om. B*

p. 31. 32 H.

verbis. Praepositio quot sonos habet? Numero quinquaginta quinque tantum. Praepositioni quot accidunt? *Tria* . *Quae?* Casus, figura, accentus.

Accusativo casui quot | praepositiones accidunt? Numero triginta hae, ad amicum, apud hospites, ante arcum, adversus hostes, cis fluvium, citra conscientiam, circum murum, circa domesticos, contra inimicos, erga filium, extra patriam, inter prudentes, intra palatium, infra templum, iuxta balneas, ob meritum, penes illum, per viam, prope mare, propter uxorem, praeter summam, post annos, pone locum, secundum ius, trans flumen, ultra vires, usque Romam, secus vos, supra Capitolium, circiter annos. Ablativo casui quot accidunt praepositiones? Numero quindecim hae, a civitate, ab amico, abs te, absque servis, cum fratre, coram parentibus, clam domino; de fuga, e medio, ex usu, prae metu, pro fide, palam omnibus, sine fine, tenus pube. Vtrique casui, id est accusativo et ablativo, quot praepositiones accidunt? Quattuor, in sub super subter. Nunc quem ad modum hae supra dictae praepositiones accusativo casui *et quem ad modum ablativo casui* respondent? Quando ire isse iturum esse significamus, praepositiones quo et accusativo casui respondere coguntur, ut puta ‘quo is? in villam’, ‘quo iveras? in villam’, ‘quo iturus es? in villam’ . at vero quando esse fuisse futurum esse significamus, praepositiones ubi et ablativo casui respondere inveniuntur, ut puta ‘ubi es? in villa’, ‘ubi fuisti? in villa’, ‘ubi futurus es? in villa’ . sic et sub super subter . item aliud praeceptum, quo dinoscantur supra dictae praepositiones, quando accusativo *et quando ablativo* casui respondere debeant . quando enim nos ex aliquo loco in alium locum pervenire significamus, supra dictae praepositiones accusativo casui respondere coguntur, ut puta ‘cecidit in forum’, ‘ruit paries in forum’, ‘deambula in forum’ . at vero quando in eodem loco fieri aliquid significamus, supra dictae praepositiones ablativo casui respondere videntur, ut puta ‘cecidi in foro’, ‘ruit paries in foro’ . sic et sub subter super . item de *in* praepositione hoc monemus, ut, quando pro aliquo vel contra aliquem aliquid significamus et supra scriptam praepositionem obponimus, accusativo casui respondeamus, ut puta ‘facio laudes in amicos’, ‘dico vituperationem in inimicos’, ‘nihil dico in vos’ .

---

2 Int. Praepositione quod accidunt R. Casus accusatiuus et ablatiuus utriusque utriusque loquele figura accentus *B* . ex his tributae sunt accusativo casui numero triginta, ablativo quindecim, utrisque, id est accusativo et ablativo, numero quattuor, loquellis numero sex *Probus p. 147,5* 9 pone] poene *B* 14 utroque casui *B* 16 non quemadmodum hae supra dicte praepositiones accusatiuo casui respondent sub ibi quando ire *B* 19 cogantur *B* quo is] quos his *B* quo iveras] quod ueras *B* quo iturus es] co iturus *B* 23 quo dinoscantur] quot oscantur *B* 24 et quando ablatiuo *om. B* 25 ex aliquo] ex alio *B* 30 in *om. B* 33 uituperatio inimicos *B*

p. 32. 33 H.

cetera talia accusativo casui necesse est ut respondeant . item de in praepositione hoc monemus, quod, quando aliquid penitus efficitur et supra dicta praepositio obponitur, accusativo casui respondemus, ut puta 'figo in parietem', hoc est longius vel intrinsecus; at vero quando aliquid levius vel medie geritur et supra dicta praepositio obponitur, ablativo casui respondemus. |

Loquellis quot praepositiones accidunt? Sex . Quae? Con di dis re se am, ut puta congredior conduco, diligo dilectus, dissutus dissonat, retinens repetens, sedens sedeo, amplector ambio . sic et aliis loquellis praepositiones accidere reperiuntur.

Figurae praepositionis quot sunt? Figura praepositionibus accidit sicut et ceteris partibus orationis, id est simplex et composita . simplex praepositionis figura est ab, composita absque . quae autem sit figura simplex et quibus rebus et quot modis fiat figura composita, iam in nomine satis respondentes tractavimus.

Praepositionibus quot accentus accidunt? Tres, productus, pressus et acutus, quos competentibus praepositionibus adnotabimus . at vero ceteras praepositiones praetermittimus, quoniam naturales, id est simplices, accentus habere reperiuntur . sunt praepositiones quae aliis partibus orationis respondeant; sed hae intellectu discernuntur, ut puta ante, quando praepositio et quando adverbium esse dinoscitur . quare hoc monemus, quod, quando ante *cum* casu suo et presso accentu pronuntiatur, praepositio nuncupatur, ut apud Virgilium 'Aeneae stetit ante pedes' et cetera talia . at vero quando ante non cum casu suo et cum acuto accentu profertur, adverbium iudicatur, ut apud Virgilium

ante et Trinacria lentandus remus in unda

et apud Sallustium 'Antonius paucis ante diebus erupit ex urbe', item apud Virgilium

saltem siqua mihi de te suscepta fuisset
ante fugam suboles .

sic et aliae praepositiones, quae neque cum casu suo *et cum* acuto accentu inveniuntur, iam non praepositiones, sed hoc quod significant appellantur .

---

1 cetera alia *B* 3 respondeamus *B* 8 conducor *B* 9 amplector amplior . bior sic in aliis *B* 11 sicut et in ceteris *B* 13 ab] ap *B* 15 respondentis *B* 17 adnotauimus *B* 18 premittimus quoniam morales *B* 19 quae aliis] quecumque his *B* 20 hae] haec *B* 21 disnoscitur *B* 22 ante casu suo et praesu accentu pronuntiantur *B* 23 aenestetit *B* : *Verg. Aen. V 381* 24 et tamen acuto *B* 26 ante et trina tria *B*: *Verg. Aen. III 384* 27 *Sallustii verba in codicibus Probi p. 149,4 mutilata erant* 29 saltem] *Verg. Aen. IIII 327* suspecta *B* 31 neque cum casu suo accuto acoitu inueniuntur *B* 32 sed hoc] sedici *B*

p. 33. 34 H.

item *adversus* significat *et* participium . *circum* significat et nomen . praeter significat et adverbium, ut apud Sallustium 'praeter rerum capitalium condemnatis' . post significat et adverbium, ut apud Virgilium 'longo post tempore venit' . contra significat *et* adverbium, ut puta 'contra faciens' . cum significat et adverbium, ut apud Ciceronem 'cum hos audiebam' . prae significat et adverbium, ut apud Terentium 'prae ut huius' . sine | significat et verbum . super significat et adverbium, ut apud Virgilium 'super ipsi Dardanidae infensi' . re et se, si presso accentu pronuntientur, praepositiones esse reperiuntur, ut puta refero refer, separato securus seduxit . at vero re et se, si acuto accentu pronuntientur, non praepositiones, sed hoc quod significant appellantur, ut puta regula retia retis, sedeo senui sequor . sic et in ceteris talibus re et se, quando sint praepositiones et quando aliis partibus orationis respondeant, per accentuum sonos dinoscentur.

Tenus praepositionem Virgilius metri necessitate genetivo casui numeri pluralis praeposuit, ut

crurum tenus a mento palearia pendent.

Inter coram et palam praepositiones hanc volunt aliqui esse differentiam, ut palam notis vel ignotis respondeat, ut puta palam omnibus, coram autem notis tantum respondeat, ut puta coram patre, coram amico.

Con et in praepositiones, si s vel f litteris praeponuntur, acuto accentu pronuntiantur, ut puta insolens infestus, consequens confessus; sic et cetera talia.

In et ad praepositiones voluerunt hanc aliqui habere discretionem, hoc est ut siquis dicat 'in forum eo', in ipsum forum se ire significet; at vero siquis dicat se ad forum ire, ad locum qui est iuxta forum venire significet . sed hoc Cicero improbavit in invectivis dicens 'quod vitandae suspicionis causa ad Marcum Lepidum te habitare velle dixisti,

---

1 item significat participium significat . significat et nomen per significat et aduerbium et apud sallustium per rerum *B: supplementa praebuit Probus p. 149,4* 2 praeter] *Sallust. Catil. 36,2* 4 longo] *Verg. bucol. 1,30* contra significat aduerbium *B* 6 prae significat et aduerbium et apud pfatuus . Siue significat aduerbium *B*: prae significat et adverbium, ut apud Terentium 'prae ut huius rabies' . sine significat et verbum, ut apud Terentium 'sine me pervenire quo volo' *Probus p. 149,17* prae ut] *Terent. Eunuch. II 3,10* 8 super ipsi dardani . s. de infensi *B: Verg. Aen. II 71* 10 separato securus seduxit] sedeo senui sequor *B : cf. infra 12* 11 hoc] hic *B* 12 sedeo senui sequor] separato securus seduxit *B : cf. supra 10* in ceteris aliis *B* 14 per accentum sonos *B* 17 crurus tenus *B: Verg. georg. III 53* 18 Inter coram palam praepositionis hanc uolunt aliqui esse praepositiones ut *B* 20 tantum] autem *B* 23 cetera alia *B* 25 se ire] se scire *B* 27 inprobauit inuectiuis *B: Cic. in Catil. I 8,19 : cf. Serg. explan. in Don. p. 517,22* 28 dixisti] existi *B*

p. 34. 35 H.

a quo non receptus etiam ad me venire ausus es', et 'Caesar ad Italiam'.

Ex et ab praepositiones aliqui sequentibus consonantibus vel vocalibus loco consonantium positis dicunt corrumpi, ut puta e foro, a Iunone . sed hoc monemus, quod hae praepositiones non per omnia sic perseverent: siquis etenim dicat '†instrumentis doceo', 'ab scholastico audivi' . quam imperitiam contemnens Sallustius supra dictas praepositiones sequentibus consonantibus integras pronuntiavit dicens 'nam tum Brutus ab Roma aberat'. |

Abs praepositio quinque sonos excitat tantum, id est absque absqui et cetera talia.

Ad et apud praepositiones sic intelleguntur, ut puta si dicas 'ad quem studet', significat 'adversus quem machinatur'; at vero si dicas 'apud quem studet', significat 'ex quo discit'.

Praepositiones huius artis lator non necessario dicit nominibus civitatium adiungi, ut puta 'Romam venio', 'Karthaginem eo' et cetera talia . sed hoc plurimi auctores contemnendum existimaverunt, ut apud Sallustium 'Marius ad Talam profectus'; item idem 'nam tum Brutus ab Roma aberat' . sic et cetera talia.

Super praepositionem Plinius Secundus ex his tribus praepositionibus, id est supra de in, vult habere significationem, ut puta supra, 'saeva sedens super arma', item 'socii exanimem super arma ferebant', id est supra: de,

multa super Priamo rogitans, super Hectore multa,

id est de Priamo et de Hectore; item in Iugurthino bello 'ne super tali scelere suspectum se haberet', id est de tali scelere: in, 'gemina super arbore sidunt', id est in arbore; item 'fronde super viridi', hoc est in viridi fronde.

De praepositione quantum ratio poscebat respondimus.

---

1 es] est *B* 3 sequentibus consequentibus sonantibus uel uocalibus loco consonantibus uel uocalibus loco consonantium positi sic indi ut puta fero ab iunone *B* 6 *fortasse* ut siquis dicat ex scriptis doceo . *lacunam, qua apodosis excidisset, post* audivi *indicavit Thurot revue critique a. 1877 p. 308* 8 nam tum] *Sallust. Catil. 40,5* 11 cetera alia *B* 14 significat ad ex quodicis *B* 15 huius artis lator] *Prob. p. 150,21* 16 et ceteralia *B* 18 marius ad talia *B*: *Sallust. Iug. 75,6* eo modo instructus ad Thalam proficiscitur nam tum] *Sallust. Catil. 40,5* 19 cetera alia *B* 20 Plinius] plenius *B* . *quaestio de* super *praepositione saepe a grammaticis tractata, Plinio ab aliis tributa non est* 21 seua sedens super arma ferebant id est supra De *et in margine post* arma *antiqua manu* id est supra item socii examinē super arma *B* . *Verg. Aen. I 295. X 841* 24 multa] *Verg. Aen. I 750* 25 ne super] *Sallust. Iug. 71,5* 26 scelera *posteriore loco B* 27 gemina] *Verg. Aen. VI 203* sedunt *A* fronde] *Verg. bucol. 1,81* 28 in viridi fronde] in uiride *B*

DE INTERIECTIONE

Quid est interiectio? Pars orationis ostendens animi motum per suspirationem . vario autem motu adfectum animi nostri expromimus ex interiectione . aut enim dolemus, ut puta heu hae * sic et alia quae cum commotione animi suspiranter promuntur ad interiectionem pertinere pronuntiantur . sane sunt interiectiones quae et aliarum partium orationis habeant similitudinem, ut puta heu, si cum animi adfectu proferatur, hoc est per suspirationem, erit interiectio * . si vero simpliciter proferatur, erit adverbium | respondentis, ut heu, vel laudantis, ut 'heu bene fecisti' . ei, si cum animi adfectu proferatur, hoc est per suspirationem, erit interiectio, ut puta 'ei mihi quantum mutatus ab illo Hectore' . si vero ei pro vocatione aliqua proferatur, erit adverbium exclamantis, ut puta

ei mihi,
pater *esse* disce ab illis qui vere sciunt .

vae, si cum animi adfectu proferatur, hoc est per suspirationem, erit interiectio, ut 'vae misero mihi' . si vero vae pro vocatione aliqua proferatur, erit adverbium exclamantis, ut 'vae vobis' . sin autem simpliciter ve subiuncta proferatur, erit coniunctio, ut 'Pariusve lapis' . o, si cum animi adfectu proferatur, hoc est per suspirationem, erit interiectio, ut puta

o mihi sola mei super Astyanactis imago .

si vero o ad accusativum casum proferatur, erit adverbium exclamantis, ut 'o condicionem miseram' et 'o bellum magnopere pertimescendum' . nam si o simpliciter proferatur, erit pronomen vel articulus vocativi casus, ut o iste, o ille . sed quid intersit inter pronomen et articulum, in

---

1 DE INTERIECTIONE *Prob. 146,1*

---

1 DE INTERIECTIONE *om. B, add. M* 2 Interiectio est pars orationis *M* 3 ex interiectione autem dolemus ut puta heu hae *M* ex interiectionem autem dolemus ut puta e. u. hae *B. lacunam, qua aliarum interiectionum definitiones, quae sunt apud Probum, exciderunt, indicavi* 4 sic et cetera talia, quae cum motione animi suspiranter promuntur, ad interiectionem pertinere probantur *Probus p. 146,5* cum *om. M, add. B* 5 animo suspirare *B* animi suspiratione *M* 6 orationes habeat *B* 7 affectum *M* effectum *B* hoc est heu per suspirationem *B M . lacunam, qua exemplum* heu *interiectionis, quod est apud Probum, excidit, indicavi* 9 ut fecisti heu bene *B* 10 ei *M* Et *B* hei *Probus p. 146,11* animi *om. M, add. B* suspirationem *B* susceptionem *M* 11 hei mihi *B M: Verg: Aen. II 274* 12 aliqua] aliquod *B M* 13 ei mihi] *Terent. Adelph. I 2,44* 14 esse *om. B M* 15 vae] heu *B, om. M* 16 ut vae] heu *B M* si uero ue prouocationem *B* siuo ue prouocatione *M* 17 sin autem *B* si autem *M* 18 Pariusve] *Verg. Aen. I 593* 20 o mihi] *Verg. Aen. III 489* 21 ad *om. M, add. B* 23 nam si o simpliciter propterea in re erit pronomen *B M* nunc si o simpliciter proferatur, erit pronomen *Probus p. 146,27* 24 ut] sunt *B M* sed quid *M* sit quid *B*

p. 36. 37 H.

pronomine satis tractavimus . va, si cum animi adfectu proferatur, hoc est per suspirationem, erit interiectio, ut puta

va quemquamne hominem in animo instituere aut parare ut sit carius quam ipse est sibi .

si vero va pro vocatione aliqua proferatur, erit adverbium irascentis, ut 'va hominum nequissime' . sic et aliae interiectiones ab aliis partibus orationis discernuntur, hoc est ut, quotiens animum per suspirationem movere inveniuntur, tum suae potestatis esse intellegantur . sin vero non per suspirationem animi, sed aliter proferuntur, id quod significaverint pronuntiantur.

Vae interiectio pressum accentum habere reperitur.

De interiectione quantum ratio poscebat respondimus. |

RECAPITVLATIO DE ACCENTIBVS

Accentus quid est? Certa lex et regula ad levandam syllabam vel premendam. Accentus unde dictus *est?* Quod iuxta cantum sit, ut adverbium, quod iuxta verbum *sit.* Inter accentum et cantum quid interest? Quod cantus in musica, accentus in oratione est. Accentus, qui ad acuendas syllabas gravandasque pertinent, quot sunt? Tres, id est acutus, gravis, circumflexus . ceteri non magis accentus quam notae brevium vel longarum syllabarum, adspiratarum vel exilium iudicantur, quorum nomina sunt brevis, longus, adspiratio, exilitas . sed haec, ut dixi, simplicia sunt signa, quae non egent disputatione . illi vero accentus qui humilitatem vel altitudinem syllabarum ostendunt, id est acutus, gravis, circumflexus, plena ratione tractandi sunt. Acutus cur dicitur? Quod acuat et erigat syllabam. Gravis quare? Quod deprimat et deponat: iste contrarius est acuto. Quid circumflexus? Duplex est: nam ex acuto et gravi constat .

---

1 in] inter *M* satis tractauimus *M* satis transmutaui *B* 3 ua que quamne *M: Terent. Adelph. I 1,13* aut parare] an parere *BM* 7 per suspirationem moveri indicare inveniuntur *coniecit Thurot revue critique a. 1877 p. 308* per suspirationem *priore loco om. M, add. B* 8 tum suae] dum suae *B* tamen seu *M* sin vero non per suspirationem cum affectu animi *et deinde* pronuntiant *pro* pronuntiantur *coniecit Thurot . rectius erat* sin vero non per suspirationem, hoc est cum commotione animi, sed aliter proferuntur, id quod significaverint esse pronuntiantur. sin uero *B* si uero *M* 9 proferuntur in quo significauerit *B* proferatur in quod significauerit *M* 11 Ve *BM* 13 *In recapitulatione de accentibus praeter lectiones codicum BM adscripta est discrepantia codicis Monacensis 6399, olim Frisingensis 199 (F) . item e codice Leidensi, quo usus est Lucianus Muellerus mus. Rhen. v. XVIII (a. 1863) p. 169 sqq. pauca adscripta sunt : cf. supra p. 329,12* RECAPITVLATIO DE ACCENTIBVS *om. B, add. MF* 15 est *om. BMF* ut *om. M* 16 sit *om. BMF* et cantum *om. M* 17 est *om. F* quid accuendas *B* 21 adspirati *MF* 24 cur acutus dicitur *F* 25 grauis quare dicitur *F* 26 quid circumflexus dicitur *F*

p. 37. 38 H.

incipiens enim ab acuto in gravem desinit: ita, dum ascendit et descendit, circumflexus efficitur. Acutus autem et circumflexus similes sunt, nam uterque levat syllabam . gravis contrarius videtur ambobus: nam semper deprimit syllabas, cum illi levent. Dic igitur, quis ubi ponendus sit.

Omnis pars orationis unam de pluribus erigit syllabam et ceteras gravat . quod si monosyllaba est pars orationis, ipsa erigitur . in hac erectione, id est fastigio, aut circumflexus ponitur aut acutus; simul ambo poni in una orationis parte non possunt, quia una tantum, ut dixi, syllaba erigi potest cum aliae sint gravatae . ideo quaecumque sunt monosyllabae partes orationis, si naturaliter longae sunt, circumflectuntur, ut môs rès . si vero aut breves sunt aut positione longae, ut quis pars nox, acuto efferuntur accentu. Dic ergo, cur monosyllabae naturaliter longae circumflectantur . Naturaliter longae ideo circumflectuntur, quia duplici accentui, id est | circumflexo, moram praebent; breves autem vel positione longae idcirco acuuntur, quia acutus simplex accentus est, ac per hoc correptus . ideo brevibus syllabis correptior convenit.

Quid in disyllabis? In duabus syllabis id notandum est, quod in latina lingua numquam posterior levatur : hoc enim Graeci occupaverunt, ut aér aethér [diptota] et his similia : prior enim in latina lingua semper levanda est . duarum igitur prior si naturaliter longa est et posterior brevis, prior circumflectetur . quicquid aliud fuerit, prior semper acuetur, id est aut ambae naturaliter longae aut positione, aut ambae breves, aut prior brevis et posterior longa . circumflexus ergo sic fiet, si prior naturaliter longa sit, posterior brevis . nam si ambae longae sunt, dum ad posteriorem longam pronuntiandam festinamus, priorem citius relinquimus: ita illi prior naturaliter longa nihil prodest, sed fit acutus, qui simplex est atque

---

1 desinit *B* desinet *F* definit *M* 3 uterque leuat *MF* quem te leuat *B* contrarius ē uidetur *M* 4 illi *MF* illis *B* quis ubi ponendus *F* quis ubinponendus *B* qui subponendus *M* 5 et *om. B* 9 aliae sint grauatae ideo quicumque *F* alie sunt grauate idē quaecumque *B* abe s̄ grauate hi de quecumque *M* 10 sunt circumflectuntur *F* sunt et circumflectuntur *BM* mos *MF* mors *B* : *notas accentuum et in his et in reliquis vocabulis in codicibus omissas addidi* 11 quis] sunt *F* 12 accentu *hoc loco om. BMF* cur non syllabe naturaliter longe circumflectantur accentu *B* quur monosyllabe naturaliter longae circumflextuntur accentum *M* cur monosyllaba naturaliter longo circumflectuntur accentu *F* 13 duplici accentui *Muellerus*, duplici accentu *BF et codex Leidensis*, duplici accentum *M* 14 vel] ut *M* 15 acutus] acuatur *B* correptus est *F* 16 correptior *B* correptio *MF* 17 in duabus syllabis] in dissyllabis *coniecit Muellerus* 19 diptota *seclusit F. Schoellius de accent. ling. lat., act. soc. phil. Lips. v. VI p. 206 : fortasse* Dido prior enim] priorem *M* 20 duarum] quarum *BMF* 21 circumflectetur *B* circumflectitur *MF* quicquid aliud fligerit priorem id est aut ambae *M* 22 longae — ambae breves *om. F* 23 fiet] fiat *F* 24 ad posteriora longa *B* 25 pronuntiandum *BM* pronunandam *F* 26 sed sit accutus quid simplex *B*

p. 38. 39 H.

correptior . ergo si et naturaliter longa sequentis productione impeditur, quanto magis in ea quae positione longa est vel brevis acutum locare debemus . si ergo dicas luna, prior syllaba circumflectetur, quia naturaliter longa est et sequens brevis . quod si iustos dixerimus, in priore syllaba acutus erit, quia et posterior longa est . si vero positione longa fuerit superior aut brevis, semper acuetur, ut bónus prínceps sénex cámpus . posterior vero syllaba semper gravabitur, id est gravem accipiet accentum.

In trisyllabis iterum quae ratio est? Vt [nisi] semper paenultimam inspiciamus, quae si longa est, illam in ea servabimus regulam, quam diximus in duabus syllabis esse servandam, id est ut, si naturaliter longa est et posterior brevis, paenultima ipsa circumflectatur . sin autem positione erit longa, paenultima acuetur, ceterae gravabuntur . circumflectetur igitur paenultima in his nominibus, ut Donâtus; in his vero acuetur paenultima, ut campéstris perdúctus laudándus . si vero paenultima brevis fuerit, a fine | tertia semper acuetur, sive longa sit sive brevis . neque enim natura longa ei proderit, quia sequentibus duabus syllabis impeditur . citius enim relinquitur, dum ad illas pronuntiandas festinamus . erunt igitur huius modi nomina in quibus a fine tertia syllaba semper acuetur, ut Túllius Átreus cándidus . quarta vero a fine et quinta et quaecumque fuerit ulterior gravem semper accipiet . ab ea enim quae est a fine tertia ulterius non potest acutus ascendere . nam circumflexus in paenultima tantum locatur vel in novissima, si nomen est graecum, ut Allectô Theanô et similia, quae, quia graeca sunt, graeca ratione nituntur.

Sunt item quaedam quae a regularum ratione recedunt : nam per omnes syllabas gravantur, circumflexo *vero* vel acuto accentu carent .

---

1 ergo si et *B* ergo sic et *M* eř et si *F* 3 circumflectetur *B* circumflectitur *F* circumflextitur *M* 4 in priorę *F* in priori *M* imperiora *B* 5 acutus *om. M* quia] q; *F* est *om. M* positio *B* 9 in trisyllabis iterum que ratio est *B* in trisyllabis iterum qui ratio est *F* in trissyllabis que ratio est *M* nisi *seclusit Muellerus: fortasse* ut nonnisi 10 penultima *MF* illam *om. M* 11 in dissyllabis *coniecit Muellerus* id si natura est et posterior *F* 12 circumflectatur *B* circumflectitur *MF* 13 cetera grauabuntur *BM* cetere grauantur *F* circumflectitur autem penultima in his omnibus *M* circumflectetur aut penultima in his omnibus *B* circumflectetur autem in his omnibus *F* 15 ut campestris] aut prestris *B* perductus *om. F* 16 tertia] et tia *B* 17 natura ei longa proderit *M* 19 a fine *om. M* acuetur *F* acuitur *MB* 20 Atreus] adreus *B: cf. Quintil. I 5,23* quicumque *F* 21 que a fine est tertia *M* 22 acutus accedere *M* accutus adcedere *B* accentus ascendere *F* nam] nano *F* 23 adlecto *F* teano *BMF* 24 quia *om. M* 25 regularum ratione *F* regula harum rationum *BM* 26 circumflexi uel acuti (accuti *B*) accentus carent *BF* circumflexi ueluti accentus carent *M* : circumflexi vel acuti accentus fastigio carent *coniecit Muellerus*

p. 39. 40 H.

plenius ergo intendendum est animo, ut haec intellegere possimus . non omnes partes orationis aequales sunt . nam nomen et verbum et participium inter partes omnes excellunt; ceterae his adpendices videntur . nam et pronomen subiacet nomini, et verbo servit adverbium . coniunctio quoque et praepositio ad clientelam maiorum partium pertinent . hae ergo partes, quae adpendices sunt, sic maioribus copulantur, ut tamquam in unam partem orationis coalescant, proprium vero fastigium perdant, non omnes dumtaxat, sed pleraeque . adverbia pauca fastigium amittunt, quae sunt locorum, quando confirmativa sunt . nam si interrogativa fuerint, ut est 'quo te, Moeri, pedes?' et 'quo fugis, Aenea?' et 'qui genus, unde domo?' et 'quove ire iubes, ubi ponere sedes?', circumflectuntur vel acuuntur iuxta regulas quae praedictae sunt . si autem confirmativa fuerint eadem adverbia, gravabuntur, ut

ille, vides, pura iuvenis qui nititur hasta .

hic enim 'qui' pronomen gravem sumit accentum, quia non interrogativum, sed | confirmativum est . adverbia confirmativa sunt, ut 'genus unde Latinum' et illud,

est hic, est animus lucis contemptor et istum
qui vita bene credat emi, quo tendis, honorem .

hic ergo et 'unde' et 'quo' et 'qui', quia confirmativa sunt, gravantur . sed haec in pronominibus et adverbiis pauca sunt, in coniunctionibus plura . nam copulativae et disiunctivae prope omnes gravantur . expletivae plures fastigia retinent . causales autem et rationales quaedam cum fastigiis, aliae gravi accentu deprimuntur, quod in pronuntiatione deprehendes . praepositiones vero omnes sine fastigio sunt . sane notandum est adverbium

---

1 intendendum] intuendum *F* ut haec intellegere possimus *B* ut hec intellegere possumus *M* ut aut intellere possimus *F* non] nam *M* 3 appendices esse videntur *Muellerus,* appendices esse uidentur *codex Leidensis : fortasse* adpendices habentur uident *F* 4 seruiet *F* 5 clientellam *MF* clientalem *B* maiorum] malarum *F* hae ergo *F* haec ergo *B* hec ergo *M* 7 coalescunt *M* proprium uero *F et codex Leidensis,* proprium ergo *BM* perdant *om. M, add. B:* perdant — pauca fastigium *in marg. add. F* 8 plerique *M* amittunt *Muellerus,* admittunt *BMF et codex Leidensis* 9 quando] qm̄ *F* 10 quo te moere *F* quo te moueri *M* te moueri *B: Verg. bucol. 9,1* quo fugis] *Verg. Aen. X 649* qui genus *BM* quod genus *F: Verg. Aen. VIII 114* 11 domo] domu *M* quove] *Verg. Aen. III 88* sedes] debes *M* 12 autem] aut *F* 13 grauantur *F* 14 ille] *Verg. Aen. VI 760* 16 sunt] sint *B* genus] *Verg. Aen. I 6* 18 est hic enim animus lucis quotemtor et istum *F* est hic enim animus lucis quo temptorestum *M* est hic enim ammus lucis quo temptor estu *B: Verg. Aen. VIIII 203* 19 uita *B* uitā *F* uitam *M* emi *M* eni *B* en *F* 23 plures] plurales *F* autem aut *F* redam cum fastigis *M : fortasse* quaedam cum fastigio sunt 24 aliae] aliis *F* deprimentur *B* depraecendas *M* 25 adverbium *om. M*

p. 40. 41 H.

'ergo', ut 'illius ergo venimus', quod propter distantiam coniunctionis 'ergo' in posteriore syllaba circumflectitur . illae quoque particulae notandae sunt, que ve ne, quae semper aliis partibus subiunguntur, ut 'arma virumque' et 'quidve dolens' et 'mene incepto desistere victam' . quae illam novitatem habent, ut et ipsae fastigium perdant et illarum partium, quibus subiunctae sunt, levationem in novissimas syllabas transferant . verbi gratia 'virum' in priore acuitur, 'virumque' autem in posteriore erigitur, quae iam non posterior, sed media trium syllabarum in unum redactarum reperitur . interiectiones omnes, quia de graeco sermone mutuati sumus, ideo in novissimis syllabis fastigium capiunt, ut papae, attat, ehem; et ceterae similiter vel acutum vel circumflexum in ultima sumunt.

DE BARBARISMO

Quid est barbarismus? Dictio vitiosa . haec autem definitio et generalis est et specialis, quia dictio et contexta oratio et una pars eius intellegitur . consuetudo autem hunc tantum barbarismum appellat, qui fit in una parte orationis . barbarismus igitur una est pars orationis corrupta . sed hoc vitium in soluta oratione barbarismus | vocatur, ceterum apud poetas metaplasmus dicitur. Barbarismus et barbarolexis quid inter se differunt? Quod barbarismus fit in nostra loquella, barbarolexis in peregrina: nam barbarolexis barbara dictio nuncupatur.

Quot modis fit barbarismus? Quattuor, id est adiectione detractione inmutatione transmutatione : nam aut adicit aut detrahit aut mutat aut transmutat litteram syllabam tempus adspirationem accentum . adiectione quippe litterae fit barbarismus, ut audiveram pro audieram et legites,

9 interiectiones — 12 sumunt *Beda de art. metr. 241,9* item interiectiones ut Audacius ait, quia de graeco *sqq.*

1 illius] *Verg. Aen. VI 670* 2 sunt notande *M* 3 arma] *Verg. Aen. I 1* 4 et quiduae *B* ut quiduae *M* quidue *F: Verg. Aen. I 9* mene] *Verg. Aen. I 37* uicta *M* 5 illarum] aliarum *B* 6 subiuncta sunt leque actionem *M* 7 gratiam *M* in priori *M* in posteriorē erigitur *F* in posteriori erigitur *M* in posteriora erigatur *B* 8 media trium] mediarum *B* 9 in unum reductarum repperitur *F* in num reductarum repperetur *M* in unum redacturum repperitur *B* . *reliqua in F omissa sunt* quia *B* que *M* 11 papae atthat hoe hem et cetera *M* pape at (*corr.* ad) tathoe hem et cetere *B* in ultimo *BM et Beda* 13 DE BARBARISMO *om. BM unius versus spatio relicto in B, non indicato novae partis initio in M* 14 generalis] generis *M* 15 quia] quae *M* 16 appellant que fit *M* 18 hoc] haec *M* 19 maetaplasma dicitur *M* metaplasmus dicitur uera *B* 20 differuntur *M* nostra *om. B, add. M* 21 nam *om. M, add. B* 23 transmutatione *om. B, add. M* 24 adiectionem quidpe littere fit *B* adiectione quippe uel fit *M* 25 ut audiveram] aut audiueram *M*

p. 41 H.

cum satis sit dicere legite . detractione litterae, ut nutribam pro nutriebam . adiectione syllabae fit barbarismus, ut siquis dicat prandidi pro prandi, quia pransurus facit, non pranditurus: nam quae in praeterito geminata syllaba proferuntur, in participio quoque futuri temporis eandem syllbam servant, ut tradidi traditurus, reddidi redditurus . detractione syllabae, ut verbi gratia currum pro curruum . item inmutatione litterae, ut olli pro illi, maxume pro maxime . inmutatione syllabae, ut tum pro tunc, relicum pro reliquo . transmutatione litterae, ut * transmutatione syllabae, ut displicina pro disciplina . adiectione temporis, ut 'exercet Diana chorum' : producta enim di geminatur tempus syllabae, cum correpte Dĭana dici debeat . detractione temporis, ut si dicamus correpta media syllaba emĕrunt, cum producta emērunt dici debeat . similiter per adspirationem etiam fit barbarismus, dum aut adicitur h, ubi non oportet, aut detrahitur, ubi esse oportet, quod vitium scriptum invenitur: per adiectionem adspirationis, ut siquis dicat * onorem pro honore aut umum pro humo . accentu fit barbarismus, cum aut acutus pro gravi aut gravis pro acuto vel alius pro quolibet ponitur, ut si dicas Métellus acuto accentu *in* prima, cum in secunda sit acutus accentus, in prima gravis.

Barbarismus nullo modo excusari potest? *Potest:* si enim per inprudentiam fiat, vitium est; si a poetis, virtus elocutionis, et appellatur graece metaplasmus.

---

1 detractione ñt nutribam *M* 2 sillabam *M* 3 non pranditurus *M* non prandiditurus *B* 5 tradidi] tradidit *B M* . *quae sequuntur usque ad finem libri in Bernensi codice scripta non sunt* reddidi] reddi *M* ut quae gratia *M* 6 currum] cŏrru *M* 7 maximae pro maximi *M* tunc] tuno *M* 8 transmutatio littere ut transmutatio sillabae ut disciplina pro disciplinā *M* *lacunam, qua exemplum transmutationis litterae excidit, indicavi* 9 exercet chana *M: Verg. Aen. I 499* 10 geminatum *M* chana *M* 12 pro aspirationis litteram fit *M* 13 dum acuta dicitur h *M* 15 dicat honorem pro honorem aut humum pro humo *M* . *lacunam, qua exempla adiectae adspirationis exciderunt, indicavi* 16 accentum *M* 17 pro quodlibet *M* acutu acentu prima *M* 18 in ima grauis *M* 19 excusari potest. si enim *M* 21 metaplasma *M*

DOSITHEI

ARS GRAMMATICA

Dosithei artem grammaticam cum iis quae post eam de variis partibus artis grammaticae scripta sunt olim ex codice Sangallensi 902 decimo saeculo ineunte, ut mihi visum est, scripto edidi Halis a. 1871 . in eo codice autem Dosithei ars scripta est f. 1—15 hoc modo, f. 1 *τῷ εἰσαγγέλῳ θεοδηγήτῳ θεοσκεπάστῳ νέῳ ὁμολογητῇ τοῦ κυρίου* (*ΧΥ* cod.) *καὶ πνευματικῷ μου δεσπότῃ Λάζαρος δοῦλος ἀνάξιος τοῖς ποσὶν προσκείμενος τοῦ δεσπότου μου μετὰ πάσης ὁμολογίας καὶ ταπεινότητος καὶ πίστεως* sqq., septemdecim versus in pagina bifariam divisa scripti, quibus patrono, ut videtur, observantiam testatur scriptor : reliqua pars paginae vacua relicta est : f. 1* *incipit grammatica Dosithei magistri Ars τέχνη grammatica γραμματική est ἐστιν scientia γνῶσις* — (de interiectione) *inconditas invenimus . explicit* . sequuntur non relicto maiore spatio f. 15—19 ea quae deinde edidi, idiomata verborum et elocutiones, de generibus poematum, de distinctione, verba latina cum interpretatione graeca, *uenit mihi in mentem — dedico ἀφοσιῶ* . spatium aliquot versuum, quod in priore parte paginae bifariam divisae supererat, vacuum relictum est . inde ab altera eiusdem paginae parte f. 19—23 sequuntur glossae graecae et latinae certis generibus in capita triginta quattuor distributae, *de officiis, de diebus festis, de spectaculis* etc., *μοσχοτόμος uictimarius, μάντις diuinus — (περὶ ζῳδίων) ὑδρηχόος aquarius, ἰχθύες* (*αχθυες* cod.) *pisces* . continua scriptura subiectae sunt f. 23—27 sententiae et epistulae Hadriani cum parte fabulae Aesopiae, *θαυμαστόν ἐστιν mirandum est — εἰς πολὺν ἀέρα in multo aëre,* Dosith. interpret. ed. Boecking p. 1—25. una pagina f. 27* vacua relicta est . f. 28—31* declinationes nominum pronominum verborum graecorum et latinorum cum indice adverbiorum, coniunctionum, praepositionum, interiectionum, *prima declinatio secundum grecos κύριος dominus κυρίου domini — ὀή heu.* in reliqua parte codicis, quae accuratius descripta est in catalogo codicum Sangallensium (Verzeichniss der Handschriften der Stiftsbibliothek von St. Gallen) p. 317, scripti sunt Arati qui dicitur liber de astrologia, Hrabani liber de computo, computus Gregorii . sed ea pars neque eadem manu scripta est, qua superior, et olim ab ea dicitur separata fuisse . ceterum in priore parte codicis scriptura est accurata paginis formae maximae bifariam divisis et versibus tricenis et quinis in singulis paginarum partibus vel

columnis scriptis . posteriore eaque non multo recentiore manu pauca correcta sunt . graeca verba uncialibus litteris quas dicere consuevimus, quo genere librarii vulgo utebantur, si graeca vocabula in latinis codicibus incidebant, scripta et cum latinis ita mixta sunt, ut singulis vel paucis latinis subiciatur graeca interpretatio . sed primis tantum artis grammaticae partibus integra interpretatio addita est; post expositionem nominis graeca verba primum neglegentius latinis interposita, deinde prorsus omissa sunt. apographum codicis olim fecerat Niebuhrius, quo apographo usus Boeckingius in praefatione editionis Dosithei a. 1832 factae eam codicis partem, in qua grammatica ars scripta est, descripsit . nam ipsum librum in editione omisit. deinde F. Oehlerus eodem apographo usus partem artis grammaticae ab initio usque ad commentarium de litteris latine scriptam edidit mus. Rhen. v. XVII (a. 1862) p. 58 sqq.

Postea fragmenta artis Dosithei et earum partium quae in Sangallensi codice post illam scriptae sunt inventa sunt in codice Monacensi 601, cuius notitiam debeo Loewio prodr. corp. gloss. lat. p. 207 . nam in catalogo codicum Monacensium v. I p. 121 breviter descriptus erat. ipsius libri copiam mihi fecit Halmii liberalitas. compositus autem est ex diversis membranarum fasciculis formae quadratae minoris, e quibus ad ea quae dixi tres quaterniones pertinent, qui in fine codicis positi sunt f. 59—82, eadem fere aetate scripti, qua Sangallensis codex scriptus est . ex his duo qui nunc ultimi, sed perturbato membranarum ordine inter se confusi sunt, f. 67—82, continent haec, *ἑνικός, ὡς τὸ οὗτος ὁ Κάτων Singularis, ut hic Cato* — f. 71 *ut Odissia Homeri Aeneida Virgilii,* Dosith. de nomine p. 22 ed. Hal. — de generibus poematum p. 57 : *Excerptum de uerbo Euticii Quattuor formae sunt uerborum inchoatiua meditatiua frequentatiua perfecta forma* — f. 72 *praesum autem et absum uerba faciunt ex se participia praesens et absens . Romani sublimes siue tonantes Rome uirtus* etc., glossae et notae varii generis: f. 72* *Poematos tria sunt genera — metrico uel rihtmico scripta sermone,* Beda de art. metr. p. 260,2: in marginibus f. 70—72 adscripta sunt excerpta ex Capri et Agroecii et Bedae libris de orthographia. hi duo quaterniones autem in eo codice, ex quo desumpti sunt, tertium et quartum locum obtinebant, si fides est numero IIII in imo margine extremae paginae f. 72* scripto. ad eundem codicem pertinebat is quaternio qui nunc ante illos positus est f. 59—66, qui in extrema pagina scriptum habet numerum VII. in hoc scripta est ultima pars glossarum, quae sunt in Sangallensi codice, cum prima parte sententiarum et epistularum Hadriani, *αρουρα seges στασις spica — υδρεχοος aquarius αχθυες pisces . θαυμαστον εστιν mirandum est και επαινιτον et laudandum — βλεπε ουν vide igitur ινα ταχιον ut celerius* Dosith. ed. Boeck. p. 20 . in singulis paginis plerumque quattuor, raro plures vel pauciores laterculi

versuum vicenorum et quaternorum ita scripti sunt, ut primum graeca, deinde in altero laterculo iuxta posita sint latina vocabula; interdum etiam, maxime in primis vel extremis paginarum laterculis, latina superscripta sunt graecis vel in marginibus adscripta.

Lectiones autem duorum codicum, in quibus solis Dosithei ars scripta est, tam accurate inter se consentiunt, ut dubitari nequeat quin ex uno archetypo ducti sint . sed in Monacensi libro ea tantum quae graece et latine scripta erant recepta atque ex his quoque multa praetermissa, quaedam vero etiam a librario mutata sunt: pauca omnino inveniuntur, in quibus meliorem scripturam praebeat. accuratior etiam consensus duorum codicum deprehenditur in iis quae ex glossis et sententiis et epistulis Hadriani in Monacensi relicta sunt, quae plane eodem modo in utroque libro scripta inveni . itaque cum inutile esse videretur omnem Monacensis codicis discrepantiam accurate descriptam proponere, non putavi rationem quam in priore editione secutus eram mutandam esse, sed, sicut olim institueram, Sangallensis codicis scripturam tam in latinis quam in graecis vocabulis per se positam in priore adnotationis parte exhibui . Monacensis autem codicis lectiones tum, cum ab illo dissentiebant, si modo memorabilis esse videbatur dissensus, in altera parte adnotationis posui. de Sangallensi autem codice repetam quae in priore editione, ex qua discrepantia scripturae repetita est, scripsi : 'quamquam curavi ut omnes librarii errores exhiberentur, tamen in graecis multa, quae non tam ex diversitate scripturae quam ex neglegentia quadam vel vitio pronuntiationis nata sunt, omittenda erant, ut *ι* pro *ει* positum vel *ει* pro *ι*, ut *διδασκαλεια στοιχια* pro *διδασκαλία στοιχεῖα*, vel *η* pro *ει*, ut *λεγην* pro *λέγειν*, *ο* pro *ω* et *ε* pro *η*, ut *εντο τεν* pro *ἐν τῷ τήν*, *ι* pro *υ*, ut *σιν* pro *σύν*, *ν* pro *γ* vel *μ* in talibus, *συνκρισις συνφωνα* pro *σύγκρισις σύμφωνα*, *τ* pro *θ*, ut *κατο* pro *καθ' ὅ*, *ν* in fine vocabulorum omissum, ut *ενγιστο* pro *ἔγγιστον* . haec igitur et alia quaedam eiusdem generis plerumque non indicata vitiosa codicis scriptura correxi . non nulla vero ipsa quoque vitiosa, quae non librario sed grammatico graecae linguae non satis perito tribuenda sunt, ne corrigenda quidem putavi' . eandem igitur rationem in nova editione retinui, pauca apographo codicis, quod olim feceram, denuo inspecto paullo accuratius indicavi vel in ipsis verbis grammatici emendavi . ea quae Hageno auctore recepi ex censura prioris editionis ab illo in ephemeridibus litterariis Lipsiensibus (Literarisches Centralblatt) a. 1871 p. 1268 facta petita sunt.

Plurima quae a Dositheo in arte grammatica scripta sunt apud Charisium et Diomedem et in excerptis ex Bobiensi codice in primo volumine grammaticorum latinorum editis, non nulla etiam apud alios grammaticos, sicut in adnotatione indicavi, leguntur. quo fit ut vix quidquam novi,

quod ab aliis scriptoribus traditum non sit, praebeat . quae ratio autem inter Dositheum et grammaticos quos dixi intercedat, per singulos locos, in quibus iste consensus deprehenditur, non quaeram, quoniam illud cum quaestione de fontibus, e quibus illorum praecepta fluxerunt, coniunctum est, sed summam rei breviter indicabo. in priore igitur libri parte commentarii de littera, de syllaba, de communibus syllabis, de dictione cum primo libro Charisii consentiunt . ea quae de grammatica et de voce a Charisio scripta erant defectu codicis perierunt . Diomedes autem in secundo libro de omnibus rebus quae hoc loco a Dositheo tractatae sunt non prorsus eodem modo, sed similiter disputavit . sed in iis etiam partibus quae vel maxime cum Charisio consentiunt non nulla quamvis levia a Dositheo addita sunt, quae, quia apud Diomedem etiam leguntur, non possunt ab eo inventa esse, velut definitiones litterarum accuratius ab utroque quam a Charisio descriptae. in altera libri parte, quae est de octo partibus orationis, primum de oratione et de nomine et de pronomine eadem fere apud Dositheum atque in excerptis Bobiensibus sive Charisii, quae olim dixi, leguntur . nam praeter amplam disputationem de declinatione nominum et eam quae huic subiecta est de gradibus comparationum exc. Char. p. 537, 15 — 557, 2, quae pars a Dositheo omissa est, reliqua propemodum integra ab eo recepta et in graecum sermonem translata sunt . quamquam in his quoque pauca inveniuntur, quae in Bobiensi codice omissa sunt, sed in Charisii libro secundo vel in Diomedis libro primo leguntur, ut exempla nominum p. 22 *passer aquila anser mustela*, p. 24 *Afer Dacus Hispanus*, p. 25 *proculus* vel *procerus altus magnus sublimis humilis*. pauca quae ipse Dositheus in fine disputationis de pronomine addidit graece, non latine scripta sunt . deinde de verbo, quae pars in Bobiensi codice haud dubie mutilata est, apud Dositheum paucae nec satis apte dispositae leguntur adnotationes, quae ex 'observationibus verborum' in tertio libro Charisii scriptis receptae sunt . verum haec quoque ex eodem fonte, e quo superiora fluxerunt, petita esse, indicio est exemplum in fine huius partis positum p. 35, *bene apud Sacerdotem studetur*, cui simile est apud Dositheum p. 23 et in excerptis Bobiensibus p. 534, 24 *studente Sacerdote differentia inventa est* . de reliquis partibus orationis in Bobiensi codice nihil scriptum est . Charisius autem in secundo libro de his praecepta trium grammaticorum, Cominiani, Palaemonis, Iulii Romani, composuit, e quibus Dositheus ea maxime quae Cominiano tribuuntur recepit . nam huius nomen a Charisio appellatum est de participio p. 180,11, de adverbio p. 181,15, de coniunctione p. 224,24, de praepositione p. 230,4, de interiectione p. 238,19. ad eundem videntur referendae esse observationes verborum in tertio libro, de quibus Charisius post excerpta Cominiani de verbo

p. 178,34 scribit haec, *sunt et aliae verborum seu coniugationum observationes diversae, quas completis ordine partibus octo orationis deinceps adiungemus* . de coniunctionibus cum certa verborum qualitate coniunctis p. 47 eadem leguntur et apud Charisium p. 226,11 et apud Diomedem p. 392,1; de usu et significatione praepositionum p. 42 et coniunctionum p. 50 apud solum Diomedem p. 411,14 et 417,1 . in his apud Dositheum addita sunt haec, de coniunctione *si* p. 48 quattuor exempla ex Hecyra Terentii, de coniunctione *quamquam* p. 49 unum exemplum Ciceronis ex prima oratione in Catilinam petitum, de coniunctione *ne* p. 50 item unum exemplum Sallustii ex bello Catilinario, quae exempla ab aliis grammaticis citata non inveni. praeterea de praepositione p. 42 memorabile est nomen Sacerdotis in exemplo praepositionis *ad* scriptum, *ad Sacerdotem* . denique de interiectione p. 53 pauca ex arte Donati adscripto nomine grammatici addita sunt . ex his autem quae dixi hoc apparere volo, Dositheum neque ex Charisii vel Diomedis libris neque ex Bobiensibus excerptis ea quae cum his consentiunt petivisse, sed ea omnia quae pariter apud hos grammaticos scripta sunt ex antiquiore fonte hausta esse. nam ne Bobiensia quidem excerpta, quae olim 'ex arte Charisii excerpta' inscripsi, ex his grammatici libris quos nunc habemus petita, sed ex antiquiore origine ducta sunt, quod cum olim Christius Philol. v. XVIII p. 136 sqq. accurata disputatione demonstravit, tum Dosithei libro comparato etiam certius confirmatur . habuit autem Dositheus eum librum, quem post Sacerdotem grammaticum scriptum esse ex nomine eius ter in exemplo posito cognoscitur, in hanc formam redactum, quam auctor excerptorum, quorum pars in Bobiensi codice scripta est, usurpavit . ipse praeter graecam interpretationem, qua ea quae excerpserat auxit, nihil aut pauca videtur addidisse.

Restat ut de iis dicatur, quae post grammaticam artem, quo loco et in Sangallensi et in Monacensi codice scripta sunt, edidi . ex his igitur idiomata verborum, quae grammatici dicere consueverunt, eundem consensum cum Charisio et Diomede, quem modo in ipsa arte deprehendimus, praebent . sequuntur varia exempla elocutionum, quorum maxima pars per ordinem litterarum disposita in Neapolitano codice post Charisii libros scripta est; deinde duo commentarioli de genere poematum et de distinctione cum Diomedis libro tertio p. 482 et secundo p. 437 ita consentientes, ut praeter mutatum saepius verborum ordinem nihil additum sit . postremo loco indices verborum latinorum et graecorum scripti sunt, atque ex his quoque multa simili ordine disposita in codice Charisii leguntur . quamvis autem in his omnibus partibus quas dixi nihil inveniatur, quod ei qui grammaticam artem composuit tribui nequeat, tamen, quoniam eae neque cum illo libro cohaerent neque inter se certo ordine et consilio coniunctae sunt, admodum dubium est, num eidem auctori debeantur .

nam parum probabile videtur ex uberioribus Dosithei commentariis ea omnia postea a grammaticis excerpta et in hunc ordinem redacta esse . neque tamen in editione ea omittenda putavi, propterea quod maxime in verbis hoc loco congestis quaedam memoria haud indigna inveniuntur.

Sed quo rectius, quam adhuc a plerisque factum est, de ipso Dositheo iudicetur, iam de reliquis libris qui vulgo eidem grammatico tribuuntur pauca dicam. nomen igitur Dosithei magistri in uno Sangallensi codice arti grammaticae praescriptum est . huic similis fuisse videtur codex Bobiensis, qui in indice codicum Bobiensium a Muratorio antiq. Ital. v. III p. 817 edito decimo saeculo, ut illi videbatur, scripto commemoratus est, *librum I Dosithei de grammatica* . praeterea nulla huius grammatici memoria extat . sed ex praescriptione codicis Sangallensis olim Cuiacius, qui primus eo codice usus est, illud nomen ad ea omnia quae post artem grammaticam scripta sunt transtulit . nam de Hadriani sententiis et epistulis antea ab Henrico Stephano ex alio codice editis (cf. Vulcan. thes. utriusq. ling. p. 299) disputans scribit haec observ. l. XXI c. 5 p. 1001 ed. Colon. a. 1591, 'Quae sententia cum esset in editione Stephani imperfecta et depravata, eam ita restitui ex bibliotheca S. Galli apud Helvetios, ubi in calce Grammatices Dosithei Magistri sunt eiusdem Adriani Sententiae et Epistolae, hoc est, rescripta brevia longe emendatiora longeque plura, quae omnia ad ius nostrum Civile pertinent, Graece et Latine conscripta, ἐξ ὧν, ut ipse Dositheus praefatur, *μείζων εὐχρηστία ἀκολουθεῖ ἀνθρώποις, ἀπὸ τούτου τοῦ ἄρχοντος ἐγένετο καὶ λαλιότης, διὸ ἀναγκαίως εἰσὶν ἀναγνωστέα, καὶ μνήμῃ παραδοτέα, εἰ μέντοι θέλομεν ῥωμαιστὶ λαλεῖν ἢ ἑλληνιστὶ χωρὶς αἰτίας*'. eidem auctori Cuiacius fragmentum de iure, quod Petrus Pithoeus Mos. et Rom. leg. coll. p. 122 ex codice Claudii Puteani non addito nomine ediderat a. 1574*), tribuit in editione codicis Theodosiani Parisina a. 1586 hac praeposita inscriptione, 'ex Dosithei Magistri Grammatica'. Pithoeus autem de eo fragmento in praefatione scripserat haec, 'Visum est etiam Puteano nostro hic adiicere fragmentum illud Latinum toties a me laudatum, quod Graeculus magister Omeliis suis et graecae linguae exercitationibus inter alia quaedam ex aliis auctoribus initia librorum inseruerat'. deinde Goldastus ex codice Sangallensi Hadriani sententias et epistulas edidit hoc titulo, 'Dosithei magistri liber III continens Divi Adriani Imp. sententias et epistolas' . in

*) Apographum fragmenti, quod ex Puteani codice Pithoeus ediderat, ex eodem codice, ut videtur, factum est in codice Leidensi Scaligerano 61 . ipsum Puteani librum nunc etiam in Parisina bibliotheca extare, sed magna parte in fine mutilatum, nuper indicavit A. Boucherie notices et extraits des manuscrits de la bibliothèque nationale v. XXIII 2 p. 495 et 525 . nam Parisinum codicem 6503, olim 'Iac. Puteani Cl. fil.', ita invenit cum Scaligeri apographo consentientem, ut illum hoc ipso libro tum, cum integer esset, usum esse adseveraret.

quo nomen grammatici ex verbis Cuiacii supra scriptis, quae editioni praeposuit, petivit; tertium autem librum dixit propterea, quod grammaticus duos libros antea a se scriptos in praefatione huius partis p. 2 ed. Boeck. significat, *πρὸ τούτου γὰρ δυσὶν βιβλίοις συνέγραψα πάντα τὰ ῥήματα, ἃ ἠδυνήθην τῇ ἡμετέρᾳ ἑρμηνείᾳ, ὅσα ἀναγκαῖα ὑπολαμβάνω, καὶ ὅλως ὅσα ὠφελεῖ ἀνθρώποις φιληταῖς τῆς λαλιᾶς ῥωμαικῆς οὐκ ἐδίστασα καὶ ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ προσθεῖναι, ἵνα ἔχῃς ὅπου σεαυτὸν γυμνάσῃς, ἀλλὰ καὶ εὐτυχῶς τέκνοις σοῖς καταλίπῃς μνημόσυνον καὶ ὑπόδειγμα φιλοπονιῶν σου ante hunc enim duobus libris conscripsi omnia verba quae potui nostra interpretatione, quae necessaria arbitror, et omnino quae prosunt hominibus amatoribus loquelae latinae non dubitavi et hoc libro adicere, ut habeas ubi te ipsum exerceas, sed et feliciter liberis tuis relinquas memoriam et exemplum studiorum tuorum.* haec enim ita interpretatus est, ut primum librum ad artem grammaticam, secundum ad elocutiones et glossas post artem scriptas referret, tertio autem libro a magistro ea quae ad exercendos discipulos ex variis libris petita cum graeca interpretatione scripsisset comprehensa esse existimaret.*) postea glossae, sententiae et epistulae Hadriani, fabulae Aesopiae, quae in Sangallensi codice leguntur, fragmentum de manumissionibus olim a Pithoeo editum et praeterea alia complura varii argumenti item graece et latine scripta, Hygini genealogia, narratio de bello Troiano, cotidiana conversatio, in codice Leidensi, qui est inter codices Vossianos graecos formae quadratae n. 7, inventa sunt. quem codicem Valckenarius miscell. observ. crit. v. X (a. 1739) p. 108 accuratius descripsit, postquam ante eum alii eodem codice usi sunt.**) Valckenarius autem, quamquam

*) Goldasti adnotatio ad verba grammatici supra scripta est haec, 'Nam de tota re Grammatica tres libros conscripsit admodum conquisite. Primo libro proletaria exsequitur et passiva illo de octo orationis partibus praecepta cum industria. Altero simplicium vocabulorum significantias tradit, in iis quas Nomenclaturas, et in iis quas Glossas vocamus sive Lexica. Postremus has continet D. Adriani Imperatoris Sententias et Epistolas, cum aliis aliorum dictis et scriptis, quae nescio quorum desidie an iniuria truncata peritarunt'.

**) In catalogo bibliothecae publicae Lugduno-Batavae a. 1716 p. 395 codex Vossianus indicatus est ita, 'Glossae Dosithei Graeco-Latinae, qui sub Hadriano vixit, cuius complura recenset apophthegmata, egregie scripta', nomine scriptoris cum definitione temporis propter sententias et epistulas Hadriani addito. nam in codice post Innocentianas decretales in primo folio scriptas, ut ait Boeckingius praef. p. XVI (nam ipse codicem non vidi), hoc est libri initium, *ἔτι πλέον aut amplius, καὶ μεῖζον et maius, καὶ ἐλευθεριώτερον et liberius, καὶ πληρέστερον et plenius καὶ ὑπέρμεστον et cumulatissimum, δαψιλέστερον γάρ largitius enim*. aliquot versibus post in eadem pagina sequuntur glossae verborum ordine litterarum descriptae cum brevi praefatione, *ἀποδώσω οὖν τὰ λοιπὰ κατὰ στοιχεῖον, πράσσω reddam ergo cetera per litteras, ago* etc., deinde glossae nominum capitibus triginta octo dispositae et cum glossis codicis Sangallensis consentientes cum praefatione, *ἐμῇ ἐπιμελείᾳ καὶ φιλοπονίᾳ μετέγραψα τοῦτο τὸ βιβλίον mea*

nomen auctoris in codice additum non invenit, tamen ad Dositheum omnia quae in eo scripta sunt referre non dubitavit, propterea quod ea pars, quae in Sangallensi quoque codice legitur et ex hoc a Goldasto edita erat, hoc nomine inscripta ferebatur. eandem rationem secutus est Boeckingius, cum interpretamenta quae dixit Dosithei praeter glossas omnia quae in Vossiano codice scripta sunt, adhibito praeterea Sangallensi codice et apographo Scaligerano codicis Puteani, quod supra commemoravi, ederet hoc titulo, 'Dosithei magistri interpretamentorum liber tertius graece et latine'. Goldasti autem exemplum imitatus omnia quae ex his codicibus edidit tertio libro Dosithei tribuit . iam vero in praefatione genealogiae Hygini inventa est significatio temporis, quo eum librum a se descriptum esse scriptor indicat p. 65 ed. Boeck., *Μαξίμῳ καὶ Ἄπρῳ ὑπάτοις πρὸ γ εἰδῶν Σεπτεμβρίων Ὑγίνου γενεαλογίαν πᾶσιν γνωστὴν μετέγραψα, ἐν ᾗ ἔσονται πλείονες ἱστορίαι διερμηνευμέναι ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ Maximo et Apro consulibus tertio id. Septembres Hygini genealogiam omnibus notam descripsi, in qua erunt plures historiae interpretatae in hoc libro,* qui est annus p. Chr. n. 207. itaque cum et haec et reliqua omnia quae cum Hygini excerptis coniuncta sunt Dositheo magistro tribuerentur, certo indicio definita esse videbatur aetas grammatici, quod primus, ni fallor, Valckenarius p. 111 hoc testimonio usus pronuntiavit.

Verum tamen incertam esse hanc ratiocinationem, qua vulgo omnia quae dixi Dositheo tribuuntur, animadvertit A. Boucherie, professor Montepessulanus, de codice Montepessulano 306, ex quo similia quaedam interpretamenta edidit, disputans, comptes rendus des séances de l'Academie des inscriptions et belles lettres a. 1868 p. 271 et notices et extraits des manuscrits de la bibliothèque nationale v. XXIII 2 (a. 1872) p. 280.

---

diligentia et studio transscripsi hunc librum etc. *ὑδροχόος aquarius*, *ἰχθύες pisces* (cf. Loewe prodr. corp. gloss. lat. p. 206) . post has scripta sunt ea quae supra indicavi, sicut a Boeckingio edita sunt, *θαυμαστόν ἐστιν mirandum est. — ἤδη ἐρχόμενος εἰς βαλανεῖον iam veniens ad balneum* . de aetate codicis cum olim diversa essent virorum doctorum iudicia, Boeckingius auctore Geelio saeculo undecimo non antiquiorem esse librum adseveravit . ad Isaacum Vossium 'ex Bibliotheca Christiani Rumpfii Medici', sicut in primo folio codicis scriptum est, delatus erat . a Rumpfio eundem codicem utendum acceperat Salmasius haec scribens de modo usurarum c. 19 p. 877 ed. Lugd. Bat. a. 1679, vetus auctor Graeculus in fragmento de iure, cuius usum mihi commodavit clarissimus medicinae doctor Christianus Rumpfius *πρῶτον οὖν ἴδωμεν ποταπόν ἐστιν'* sqq. (p. 46 ed. Boeck.). minus certum est, num eodem codice usus sit ipse Vossius de Dosithei glossis scribens in Catull. p. 97 'in Glossis veteribus *ἐκμαγεῖον tergorium* exponitur vel *tersorium*, utrumque enim dixere veteres. In Glossis vero Dosithei *ἐκμαγεῖον mantile*, *χειρεκμαγεῖον mappa*, et *ποδεκμαγεῖον pedale* redditur'. nam duae ex his glossis in Sangallensi codice leguntur, *ἐκμαγεῖον mantile*, *χειρεκμαγεῖον mappa;* tertia *ποδεκμαγεῖον pedale* in Sangallensi codice omissa neque in ipso Vossiano, sicut adnotavit Valckenarius l. c. p. 110, inventa est.

is enim nomen in Sangallensi codice arti grammaticae praescriptum ad hanc solam partem, quae subscripto *explicit* ab iis quae sequuntur separata esset, pertinere neque vero ad reliqua, quae casu cum illa coniuncta essent, referendum esse monuit*). nimirum ex ipsa codicum descriptione, quam hac de causa accuratiorem, quam propter solam grammaticam artem opus erat, exhibui, facile apparet haec omnia in libris manu scriptis non ita continuata esse, ut ad unum eundemque scriptorem referantur. nam primum ne de illis quidem quae ipsi grammaticae arti subiecta sunt satis constat, utrum a Dositheo collecta an postea ab aliis addita sint . deinde glossae, quas deinceps reliquae partes vulgo Dositheo tributae excipiunt, in Monacensi codice interpositis aliorum grammaticorum excerptis a superiore parte separatae fuerunt . in Sangallensi autem codice lacuna indicata est, in qua prima pars glossarum cum extrema parte verborum, quae ante illas scripta sunt, periit . in Vossiano vero codice grammatica

*) Aliena ab hac quaestione est reliqua Boucherii disputatio, qua remoto Dositheo nomine alium auctorem, cui interpretamenta codicis Montepessulani tribueret, substituit . in codice enim Parisino 3049 initio saeculi sexti decimi scripto inventum est colloquium quoddam scholasticum latinum cum interpretatione graeca hoc praescripto titulo, πολυδεύκους περὶ καθημερινῆς ὁμιλίας *Polucis de quotidiana loquutione* . quod colloquium cum paucis verbis mutatis etiam in Montepessulano codice legatur, Boucherius non solum hanc partem sed etiam reliqua omnia huius generis interpretamenta, quae in eo codice scripta sunt, hac auctoritate commotus Polluci tribuenda esse censuit eumque voluit Iulium Pollucem grammaticum esse, eum qui onomasticon scripsit. atque etiam definitione temporis, quae in Vossiano codice genealogiae Hygini addita est, eam opinionem sibi visus est comprobavisse, dum vitam grammatici ultra annum 207 illo loco indicatum productam esse disputat . quamquam enim ab ipso Polluce ea quae in Vossiano codice leguntur scripta non essent, tamen temporis definitionem ad hunc quoque quodam modo pertinere, quandoquidem propter similitudinem argumenti ad eandem fere aetatem utrumque librum revocari necesse esset et scriptor colloquii similia aequalium suorum studia vel potius hunc ipsum librum, qui in codice Vossiano et Sangallensi scriptus est, respiceret his verbis, notices et extraits l. c. p. 285 πολλοὺς γὰρ ὁρῶ ἐπικεχειρηκότας οὐ κατὰ τὴν ἀξίαν, καθὼς αὐτὸ τὸ πρᾶγμα αἰτεῖ, ἀλλὰ τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας καὶ γυμνασίας ἕνεκα *multos enim video conatos non pro dignitate, sicut ipsa res postulat, sed suae cupiditatis et exercitationis gratia* etc. sed ut alia omittam, quae vix cuiquam puto in hac disputatione probatum iri, a Pollucis onomastico plane diversam esse rationem interpretamentorum ne Boucherium quidem fugit; neque illud disputatione sua effecit, ut ea diversitas a diverso scribendi consilio videatur repeti posse. recte Hauptius de eodem codice disputans ind. lect. univers. Berol. hib. a. 1871 p. 4 (opusc. v. II p. 442) iudicaverat de Iulio Polluce nullo modo cogitari posse, sed inscriptionem ab homine non satis docto factam esse . nam cum Pollucis lexico glossae graecae et latinae per genera rerum dispositae saepius olim comparatae sunt . qua re fieri potuit ut ad eas quoque partes, quae cum illis in libris manu scriptis coniunctae essent, idem nomen transferretur. nihil autem ab hoc genere litterarum magis alienum est, quam omne hoc studium, quo latina vocabula in graecum sermonem convertebantur vel addita graeca interpretatione explicabantur, paucorum annorum spatio et tam antiqua aetate coercere.

ars omnino scripta non est . tertii autem libri significatio, quae in praefatione sententiarum et epistularum Hadriani facta est, non ad artem grammmaticam Dosithei cum glossis et cum reliquis interpretamentis, quae deinde sequuntur, coniunctam, sicut editoribus visum est, spectat, sed ipsae glossae in duos libros distributae sunt, quorum prior verba ordine litterarum disposita continet, alter nomina certis generibus distributa . quam dispositionem et Valckenarius l. c. p. 111 adhibito Vossiano codice demonstravit et post eum Boeckingius praef. p. XVII et Lachmannus in commentatione de Dositheo, kleinere Schriften z. klass. Philol. p. 198, comprobaverunt. nam de priore libro glossarum scripta sunt haec in initio, *ἀποδώσω οὖν τὰ λοιπὰ κατὰ στοιχεῖον, πράσσω reddam ergo cetera per litteras, ago,* et in fine haec, *ἐπληρώθη τὸ α τῶν ἑρμηνευμάτων* (*επληρωθητο μετατωνερμηνιων* cod.) *impletum est primum interpretamen;* de altero autem libro, qui paucis versibus vacuis relictis subiectus est, haec, *ἐμῇ ἐπιμελείᾳ καὶ φιλοπονίᾳ μετέγραψα τοῦτο τὸ βιβλίον πᾶσιν ἀξιολογώτατον . ἐν τῷ πρώτῳ γὰρ βιβλίῳ τῶν ἑρμηνευμάτων ὡς πρῶτα συννενέγκαμεν ῥήματα καὶ τούτων ἐκ μέρους ἀναγκαῖα εἰς κλίσιν* (*κλσιν* cod.) *ῥημάτων, οὕτως εὐκόλως τῆς ὁμιλίας τῶν ἀνθρώπων εὐχρηστία* (*ειχρησια* cod.) *ἔσται . νῦν οὖν ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ ἐροῦμεν ὧν καὶ θελήσει πρόνοια. ἡμεῖς γὰρ οἱ ἄνθρωποι πάντες ζῶμεν ἀπὸ θεοῦ mea diligentia et studio transscripsi hunc librum omnibus dignissimum . in primo enim libro interpretamentorum quo modo priora contulimus verba et eorum ex parte necessaria in declinatione verborum, ita* (*uti* cod.) *facilius sermoni hominum proderit . nunc ergo in secundo libro dicemus* (*dicimus* cod.) *quorum et vult providentia . nos enim homines omnes vivimus a deo**).* denique eum qui artem grammaticam scripsit aliquanto inferiorem fuisse eo anno, qui in genealogia Hygini indicatus est, edito libro iam plane apparere puto . nam etiamsi Charisium et Diomedem, quos grammaticos ipsos quoque ante

*) Non omnia quae in Vossiano codice post glossas scripta et a Boeckingio edita sunt uno tertio libro comprehensa esse ipse Boeckingius suspicatus erat p. 89 et post eum animadvertit Lachmannus l. c. nam cum per se parum probabile sit tam multas et tam diversas res in uno libro a scriptore positas esse, postquam glossas in duos libros distribuerat, tum in praefatione extremae partis, quae est de cotidiana conversatione, duodecimus liber indicatus est p. 89 ed. Boeck., *incipit hermeneumata id est libri XII* . itaque si diversae partes, quae etiam praefationibus distinctae sunt, singulis libris tribuuntur, sententiae et epistulae Hadriani, fabulae Aesopi, commentarius de manumissionibus, Hygini genealogia, narratio de bello Troiano, cotidiana conversatio cum duobus libris glossarum efficiunt numerum octo librorum . inter genealogiam autem Hygini et enarrationem belli Troiani in codice lacuna est, in qua, nisi quid praeterea a librariis omissum est, quattuor libri, qui ad summam explendam desiderantur, perire potuerunt.

annum ducentesimum septimum vixisse olim Oehlerus sibi persuaserat, auctores non adhibuit, sicut supra dixi, tamen ratio disputandi, qua in arte tractanda usus est, ab hac aetate aliena est . huc accedit nomen Sacerdotis ter in exemplo positum (is enim iis grammaticis quos modo dixi, hoc est quarto saeculo, non multo antiquior fuisse videtur, cf. gramm. lat. v. VI p. 424) et nomen Donati in extremo libro appellatum . quamquam de Donato quidem scio dubitari posse, utrum ea quae hoc nomine apposito scripta sunt ab ipso Dositheo an ab alio grammatico post eum addita sint.

Ergo ad artem grammaticam Dosithei definitio temporis, quae genealogiae Hygini addita est, nullo modo pertinet . ad interpretamentorum autem libros nomen grammatici, quod certe ei qui se anno ducentesimo septimo scripsisse fateatur tribui nequit, ita tantum referri poterit, ut is varios libros olim in graecum sermonem translatos collegisse et una cum glossis verborum et nominum, quo uberiorem exercendi materiem discipulis praeberet, grammaticae arti a semet ipso compositae adiecisse credatur . neque tamen fides manu scriptorum codicum hanc rationem commendat vel certam causam praebet, cur a Dositheo potissimum haec omnia collata et composita esse dicamus, praesertim cum multa eius generis interpretamenta non additis nominibus auctorum in codicibus scripta ferantur. annus tamen uni Hygini libro additus de reliquis quoque interpretamentorum libris valebit, si verum est hos omnes ab eodem auctore scriptos et uno opere duodecim, ut videtur, librorum comprehensos esse.

ARS GRAMMATICA
DOSITHEI MAGISTRI

p. 7 ed. Hal.

Ars grammatica est scientia emendati sermonis in loquendo et scribendo poematumque ac lectionis prudens praeceptum. grammaticus est qui unius cuiusque rei vim ac proprietatem potest explanare loquela. artis grammaticae officium constat partibus quattuor, lectione emendatione enarratione iudicio. lectio est varia cuiusque scripti pronuntiatio serviens dignitati personarum exprimensque habitum animi cuiusque. emendatio est recorrectio errorum, qui per scripturam dictionemve fiunt. enarratio est obscurorum sensuum quaestionumque narratio. iudicium est quo poemata ceteraque

Codex Sangallensis 1 INCIPIT GRAMMATICA DOSITHEI MAGISTRI 10 narratio DE IUDICIO Iudicium

3 Ars grammatica — 377,4 descendit *Diom. p. 426,12* 9 per scripturam dictionemve *Diomedes*

Τέχνη γραμματική ἐστιν γνῶσις διωρθωμένης ὁμιλίας ἐν τῷ λέγειν καὶ ἐν τῷ γράφειν ποιημάτων τε καὶ ἀναγνώσεως ἔμπειρος διδασκαλία . γραμματικός ἐστιν ὃς ἑνὸς ἑκάστου πράγματος τὴν δύναμιν καὶ τὴν κυριότητα δύναται σαφηνίσαι τῇ λαλιᾷ. τῆς τέχνης τῆς γραμματικῆς ἡ τάξις συνέστηκεν μέρεσιν τέτρασιν, ἀναγνώσει διορθώσει ἐξηγήσει κρίσει. ἀνάγνωσίς ἐστιν ποικίλη ἑκάστης γραφῆς ἐκφώνησις δουλεύουσα τῷ ἀξιώματι τῶν προσώπων καὶ ἐκτυποῦσα τὸ σχῆμα τῆς ἑκάστου ψυχῆς. διόρθωσίς ἐστιν ἐπανόρθωσις τῶν πλανῶν τῶν διὰ γραφῆς ἢ λέξεως γενομένων. ἐξήγησίς ἐστιν ἀσαφῶν διανοιῶν καὶ ζητήσεων διήγησις. κρίσις ἐστὶν ᾧ τὰ ποιήματα καὶ τὰς λοιπὰς γραφὰς διαρτῶμεν καὶ διασταθμώμεθα. τῆς τέχνης τῆς γραμματικῆς αἱ ἀρχαὶ ἀπὸ τῶν στοιχείων ἐγείρονται, τὰ στοιχεῖα

5 συνεκτηκεν ἀναγνώσει] αναρνωσει 8 των πλανων τινων δια 9 γεναμενω εξεγρησις ακαφων 10 διήγησις *om.* ἐστὶν *om.*

p. 7. 8 H.

scripta perpendimus *. artis grammaticae initia ab elementis surgunt, elementa figurantur in litteras, litterae coguntur *in syllabas*, syllabis comprehenditur dictio, dictiones coguntur in partes orationis, oratio in virtutes ac vitia descendit.

DE ACCENTIBVS

Accentus est unius cuiusque syllabae proprius sonus, quem Graeci προσῳδίαν dicunt. accentus quasi accantus. accentus in graeca lingua sunt VII, in latina V, acutus gravis circumflexus longus brevis. in omni parte orationis latinae, item ut graecae, aut acutum aut circumflexum accentum poni necesse est, nec amplius quam unum, vel hunc vel illum, nam gravis ponitur in pluribus. acutus cum apud Graecos tria loca teneat, ultimam et paenultimam et ei proximam *syllabam*, apud nos duobus tantum locis poni potest, in paenultima, ut praelegisti, aut in ea

Codex Sangallensis. 1 *post* perpendimus διαρτωμην *spatium octo fere litterarum vacuum relictum est.* 2 in syllabas *om.* 8 accutus ¯ longus μακρα ⏑ breuis 11 accutus 12 et peneultimum syllabam *om.* 13 praelegistis *sine nota accentus, et sic reliqua*

1 perpendimus et aestimamus *coniecit Hagenus coll. Diom. p. 426,30,* perpendimus et diiudicamus *ipse conieceram* 5 DE ACCENTIBVS *Victor. p. 192,15 Audax p. 329,12 Diom. p. 430,29 Don. p. 371,1 Serg. explan. in Don. p. 524, 19—525, 17.*

τυποῦνται εἰς γράμματα, τὰ γράμματα συνάγονται εἰς συλλαβάς, συλλαβαῖς περιλαμβάνεται λέξις, αἱ λέξεις συνάγονται εἰς μέρη λόγου, ὁ δὲ λόγος εἰς ἀρετὰς καὶ εἰς ψόγους κάτεισιν.

ΠΕΡΙ ΠΡΟΣΩΙΔΙΩΝ.

Προσῳδία ἐστὶν μιᾶς ἑκατέρας συλλαβῆς ἴδιος κύριος ἦχος τόνος, ὃν τῇ ἑλληνικῇ προσῳδίαν λέγουσιν καλοῦσιν. προσῳδία παρὰ τὸ προσᾴδεσθαι. προσῳδίαι ἐν τῇ ἑλληνικῇ γλώττῃ εἰσὶν ἑπτά, ἐν τῇ ῥωμαϊκῇ πέντε, ὀξεῖα βαρεῖα περισπωμένη μακρὰ βραχεῖα. ἐν παντὶ μέρει λόγου ῥωμαϊκοῦ, ὁμοίως ὥσπερ τοῦ ἑλληνικοῦ, ἢ ὀξεῖαν ἢ περισπωμένην προσῳδίαν τίθεσθαι ἀναγκαῖόν ἐστιν, οὐ πλεῖον δὲ ἢ μίαν ἢ ταύτην ἢ ἐκείνην . ἡ γὰρ βαρεῖα τίθεται ἐπὶ πλειόνων. ἡ ὀξεῖα ὁπότε παρὰ τοῖς Ἑλληνικοῖς τρεῖς τόπους ἔχει, τὴν τελευταίαν καὶ τὴν παρατέλευτον καὶ τὴν ταύτῃ ἔγγιστα συλλαβήν, παρ' ἡμῖν δύο μόνον τόποις τίθεσθαι δύναται, ἐν τῇ παρατελεύτῳ συλλαβῇ,

2 συλλαβαῖς *om.* 6 προσῳδίαν *om.* 11 μίαν] εκειαν ἐκείνην] εκειαν 12 εχει τεαειταιον καὶ τον παρατελευτο

p. 8. 9 H.

quae a fine sit tertia, ut praelégimus. circumflexus, si pars orationis trium aut amplius fuerit syllabarum, non ponitur, nisi paenultimum locum poterit invenire, ut turbâre. monosyllaba, quaecumque positione longa fuerint, acutum habebunt accentum, ut pix; quae natura longa erunt, circumflexo accentu pronuntiabuntur, ut rès. | in disyllabis, si prior natura longa erit posteriore correpta, prior circumflectetur, *ut hôra Rôma:* si posterior producta sit, prior, seu longa seu brevis fuerit, acuatur necesse *est, ut* léges sálus; et si ambae breves sint, acuetur prior, *ut* déus hómo. in trisyllabis tetrasyllabisve aut quae plures syllabas habebunt, si paenultima brevis fuerit, quae eam praecedit acuetur, *ut Túllius Hortênsius:* si paenultima positione longa fuerit, ipsa acutum habebit accentum, praecedentem autem gravem faciet, ut Catúllus: si paenultima naturaliter producta erit, ita ut ultima brevis sit, paenultimam circumflectemus, *ut* Cethêgus: si autem longa erit ultima, paenultimae acutum dabimus accentum, *ut Athénae Fidénae.*

Codex Sangallensis. 4 fuerit accutum erit 6 ut hora Roma *om.* 7 necesse leges sal'u 8 ut *ante* deus *om.* 9 peneultima 10 ut Tullius Hortensius *om.* 13 paenultimam] peneultimum ut *ante* Cethegus *om.* 14 paenultimae] peneultima *corr.* — ae 15 ut Athenae Fidenae *om.*

ὡς τὸ προανέγνως, ἢ ἐπὶ ταύτης ἥτις τρίτη ἀπὸ τέλους ἐστίν . ἡ περισπωμένη, ἐὰν τὸ μέρος τοῦ λόγου τριῶν ἢ πλειόνων ἔσται συλλαβῶν, οὐ τίθεται, εἰ μὴ τὸν παρατέλευτον τόπον δυνήσεται εὑρεῖν, ὡς τό . τὰ μονοσύλλαβα, ἅπερ ἂν θέσει μακρὰ εἴη, ὀξεῖαν ἕξουσιν προσῳδίαν . ἅτινα δὲ φύσει μακρὰ ἔσται, περισπωμένῃ προσῳδίᾳ | ἐκφωνηθήσεται . ἐπὶ τῶν δισυλλάβων, ἐὰν ἡ προτέρα φύσει μακρὰ εἴη τῆς ὑστέρας συνεσταλμένης, ἡ προτέρα περισπασθήσεται, ὡς τὸ [ὥρα Ῥωμη]. ἐὰν δὲ ἡ ὑστέρα ἐκτεταμένη εἴη, ἡ προτέρα, εἴτε μακρὰ εἴτε βραχεῖα ἔσται, ὀξυτονηθήσεται ἐξ ἀνάγκης, ὡς τό · καὶ εἰ ἀμφότεραι βραχεῖαι εἶεν, ὀξυτονηθήσεται ἡ προτέρα, ὡς τό . ἐν τοῖς τρισυλλάβοις ἢ τοῖς τετρασυλλάβοις ἢ ἅπερ ἂν πλείους συλλαβὰς ἔξει, ἐὰν ἡ παρατέλευτος συλλαβὴ βραχεῖά ἐστιν, ἡ ταύτης προάγουσα ὀξυνθήσεται, ὡς Τούλλιος Ὁρτήνσιος. ἐὰν ἡ παρατέλευτος θέσει μακρὰ εἴη, αὐτὴ τὴν ὀξεῖαν ἕξει προσῳδίαν, τὴν προάγουσαν δὲ βαρεῖαν ποιήσει . ἐὰν ἡ παρατέλευτος συλλαβὴ φυσικῶς ἐκτεταμένη ἔσται, οὕτως ὥστε τὴν τελευταίαν βραχεῖαν εἶναι, τὴν παρατέλευτον προπερισπάσομεν, ὡς τό . ἐὰν δὲ μακρὰ εἴη ἡ τελευταία, τῇ παρατελεύτῳ ὀξεῖαν δώσομεν προσῳδίαν, ὡς [Ἀθηναι Φιδηναι].

5 ἔσται] εσειται 6 προτεραν 12 συλλαβὰς *om.* 13 ταυτη

p. 9. 10 H.

Graeca nomina, si isdem litteris proferentur, graecos accentus habebunt. nam et cum dicimus *Thyias Nais*, acutum *habebit* posterior accentum, et cum *Themisto Calypso*, ultimam circumflecti videmus; quod utrumque latinus sermo non patitur, nisi admodum raro | sensus discernendi gratia, ut occurrit ergo coniunctio, in qua posterior circumflexa deprehenditur. item adverbium pone posteriore acutum recipit, ne sit verbum.

Est autem forma acuti accentus I obliqua in partem dexteram scandens, gravis accentus forma *I obliqua in partem dexteram* descendens. circumflexum designat accentum C deorsum spectans. longum accentum transversa I littera notant, brevem C sursum spectante. sed in illis sonos, in his tempora dinoscimus. aspirationem H adscripta praestabit; si adscripta non erit, siccitatem. his adiciunt hyphen, cum duo verba quasi in unum pronuntiatione colligimus, et formam eius hanc faciunt: utriusque

Codex Sangallensis. 2 Thyias Nais, *item* habebit *et* Themisto Calypso *om.* accutum 9 forma *σημιουται προς* I *πλαγιο ειστο μερος τοδεξιο* descendens descendens 10 spectans] spectantum 11 sonus 12 asscripta *utroque loco* 13 yfen

12 dinosci videmus *Diomedes p. 434,6, quod legisse videtur grammaticus, ut in graecis scribendum sit γινώσκεσθαι ὁρῶμεν*

Τὰ ἑλληνικὰ ὀνόματα, ἐὰν τοῖς αὐτοῖς γράμμασιν προφέρηται, ἑλληνικὰς προσῳδίας ἔξουσιν. καὶ γὰρ ὅταν λέγωμεν Θυιάς Ναίς, τὴν ὀξεῖαν ἕξει ἡ ὑστέρα προσῳδίαν, καὶ ὡς Θεμιστῶ Καλυψῶ, τὴν τελευταίαν περισπᾶσθαι ὁρῶμεν, ὅπερ ἑκάτερον ὁ | ῥωμαϊκὸς λόγος οὐκ ἐπιδέχεται, εἰ μὴ πάνυ ἀραιῶς χάριν τοῦ διελεῖν τὸν νοῦν, ὡς ἀπαντᾷ ὁ ergo σύνδεσμος, ἐν ᾧ ἡ τελευταία περισπωμένη καταλαμβάνεται· ὁμοίως ὡς τὸ ἐπίρρημα pone τῇ ὑστέρᾳ ὀξεῖαν ἀναδέχεται, ἵνα μὴ εἴη ῥῆμα.

Ἔστιν δὲ σημεῖον τῆς ὀξείας προσῳδίας I *πλάγιον εἰς τὸ μέρος δεξιὸν ἀναβαῖνον, τῆς βαρείας προσῳδίας σημεῖον* I *πλάγιον εἰς τὸ μέρος τὸ δεξιὸν καταβαῖνον. τὴν περισπωμένην σημειοῦται προσῳδίαν* C *κάτω βλέπον. τὴν μακρὰν προσῳδίαν πλαγίῳ τῷ* I *γράμματι σημειοῦνται, βραχεῖαν* C *ἄνω βλέποντι. ἀλλ' ἐν ἐκείνοις τοὺς τόνους, ἐν τούτοις τοὺς χρόνους γινώσκεσθαι. τὴν δασεῖαν τὸ* H *προσγεγραμμένον παρέχει· ἐὰν δὲ μὴ εἴη προσγεγραμμένον, ψιλὴν ξηράν. ταύταις προσβάλλουσιν τὴν ὑφέν, ὁπότε δύο ῥήματα ὡς εἰς ἓν τῇ*

5 *χάριν*] *καρα* 10 *σημεῖον*] *σημιουται προς ut videtur, deleta ρ littera* 15 *εἴη*] *ει*

p. 10. 11 H.

verbi proximas *syllabas* inflexa subter virgula iungunt, ut est ‘Turnus ut ante volans.’ * item apostrophon, cum vocalem ultimam subtrahimus. hanc sic notant: ad caput eius consonantis, cui vocalis subtracta est, inflexam virgulam, quae ad eam spectat, apponunt, ut ‘tanton’ me crimine dignum’.

DE DISTINCTIONE

Distinctio est silentii nota, quae in legendo dat copiam spiritus recipiendi, ne continuatione deficiat. hae tres sunt, quarum diversitas tribus punctis diverso loco positis indicatur. ubi plenus est sensus, punctum ad caput litterae ponimus, et est liberum cessare prolixius. ubi sensu nondum pleno respirari oportet, ad mediam litteram dabimus punctum. ubi sub ipsum finem implendi sensus ita suspendimus, ut statim id quod sequitur subicere debeamus, imam litteram puncto notamus.

Codex Sangallensis. 1 syllabas *om.* 2 apostrofon 4 tantonus me crimine dig. 9 iudicatur qui plenus 11 sensu] sensum

1 Turnus] *Verg. Aen. VIIII 47. lacunam, qua diastoles definitio excidit, indicavi* 4 tanton] *Verg. Aen. X 668* 6 DE DISTINCTIONE] *Diom. p. 437,9*

ἐκφωνήσει συνάγομεν, καὶ τὸ σημεῖον αὐτῆς τοῦτο ποιοῦσιν· ἑκατέρου ῥήματος τὰς ἔγγιστα συλλαβὰς ἐπικεκαμμένῃ ὑποκάτωθεν ῥάβδῳ ζευγνύουσιν, ὡς ἐστιν * ὁμοίως καὶ ἀπόστροφον, ὁπόταν φωνῆεν τελικὸν ὑφαιροῦμεν. ταύτην οὕτως σημειοῦνται· πρὸς τὸ ἄνω μέρος τοῦ συμφώνου, οὗ τὸ φωνῆεν ὑφῄρηται, ἐπικεκαμμένον ῥαβδίον εἰς αὐτὸ βλέπον τιθέασιν ὡς .

ΠΕΡΙ ΣΤΙΓΜΗΣ

Στιγμή ἐστιν σιωπῆς σημεῖον, ἥτις ἐν τῷ ἀναγινώσκειν δίδωσιν ἄδειαν τοῦ τὸ πνεῦμα ἀνακτήσασθαι, μὴ ἐν τῷ συνάπτειν ἐπιλείψῃ. αὗται τρεῖς εἰσιν, ὧν ἡ διαφορὰ τρισὶν νυγμαῖς ἐν διαφόρῳ τόπῳ τεθειμέναις δηλωθήσεται. ὅπου πλήρης ἐστὶν ἡ διάνοια, νυγμὴν παρὰ τὸ ἄνω μέρος τοῦ γράμματος τίθεμεν, καί ἐστιν ἄνεσις τοῦ σχολάσαι ἐπὶ πλεῖον. ὅπου δὲ τῆς διανοίας μηδέπω πλήρους οὔσης ἀναπνεῦσαι χρῄζουσιν, παρὰ μέσον τὸ γράμμα δώσομεν νυγμήν. ὅπου δὲ πρὸς αὐτῷ τῷ τέλει τοῦ ἀπαρτίσαι τὴν διάνοιαν οὔτω ἀπαρτῶμεν, ὥστε εὐθέως τοῦτ’ ὅπερ ἔπεται ὑποβαλεῖν ὀφείλομεν, παρὰ τὸ κάτω μέρος τοῦ γράμματος τῇ νυγμῇ σημειούμεθα.

1 αὐτῆς] αυτη 2 υποκατθεν παρδω superscripto ραβδω 3 αναστροφον corr. ανοστροφον φωννη τελικο 5 φωνεν 9 επιλιψει 13 πλήρους οὔσης] πληρης 14 χρηζουσες

p. 11. 12 H.

DE VOCE

Vox est aër ictus sensibilis auditu, quantum in ipso est. omnis vox aut articulata est aut confusa. articulata est quae litteris comprehendi potest; confusa est quae scribi non potest. |

DE LITTERA

Littera est elementum vocis articulatae. elementum est unius cuiusque rei initium, a quo sumitur incrementum et in quod resolvitur. accidunt uni cuique *litterae nomen figura* potestas. nomen est quo appellatur, figura qua notatur, potestas qua valet. litterarum sunt aliae vocales, aliae consonantes. vocales sunt quae per se proferuntur et per se *syllabam* facere possunt. sunt autem numero V, a e i o u. ex his duae, i et u, transeunt, in consonantium potestatem, cum aut ipsae inter se geminantur aut cum aliis vocalibus coniunguntur, veluti Iuno vates. consonantium species est duplex. sunt enim aliae semivocales, aliae mutae. semivocales

Codex Sangallensis. 2 quanto 8 litterae nomen figura *om.* 10 syllabam *om.* 12 cum autem ipse

1 DE VOCE *Don. p. 367,4* 5 DE LITTERA] *Diom. p. 421,15 Charis. p. 7,5 Don. p. 367,9: cf. Mar. Victor. p. 5,14 Victor. p. 195,1 Audax p. 325,14*

ΠΕΡΙ ΦΩΝΗΣ

Φωνή ἐστιν ἀὴρ πεπληγὼς αἰσθητὸς ἀκοῇ, τὸ ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ ἔστιν. πᾶσα φωνὴ ἢ ἔναρθρός ἐστιν ἢ ἄναρθρος. ἔναρθρός ἐστιν ἣ γράμμασιν καταληφθῆναι δύναται· ἄναρθρός ἐστιν ἥτις γράφεσθαι οὐ δύναται. |

ΠΕΡΙ ΓΡΑΜΜΑΤΩΝ

Γράμμα ἐστὶν στοιχεῖον φωνῆς ἐνάρθρου. στοιχεῖόν ἐστιν ἑνὸς ἑκάστου πράγματος ἀρχή, παρ' οὗ λαμβάνεται τὸ ἐπαύξημα καὶ εἰς ὃ ἀναλύεται. συμβαίνει [ἀντὶ τοῦ] ἑνὶ ἑκάστῳ γράμματι ὄνομα σχῆμα δύναμις. ὄνομά ἐστιν ᾧ προσαγορεύεται, σχῆμα ᾧ σημειοῦται, δύναμις ᾗ ἰσχύει. τῶν γραμμάτων εἰσὶν τὰ μὲν φωνήεντα, τὰ δὲ σύμφωνα . φωνήεντά ἐστιν ἃ καθ' ἑαυτὰ ἐκφωνεῖται καὶ καθ' ἑαυτὰ συλλαβὴν ποιῆσαι δύναται. ἔστιν δὲ τὸν ἀριθμὸν πέντε, α ε η ι ο ω ου. ἐκ τούτων δύο μετέρχονται εἰς τὴν τῶν συμφώνων δύναμιν, ὁπότε ἢ αὐτὰ εἰς ἄλληλα ξεύγνυται ἢ μετὰ ἄλλων φωνήεσσιν ξεύγνυται, οἷον . τῶν συμφώνων τὸ εἶδός ἐστιν διπλοῦν. ἔστιν γὰρ ἃ μὲν ἡμίφωνα, ἃ δὲ ἄφωνα. ἡμίφωνά ἐστιν ἃ καθ' ἑαυτὰ μὲν ἐκφωνεῖται,

13 *δυναται* 15 *αὐτά*] *αυτη*

p. 12. 13 H.

sunt quae per se quidem proferuntur, sed per se *syllabam* facere non possunt. sunt autem *numero* VII, f l m n r s x. ex his duplex est x: constat enim aut ex g et s, ut rex regis, aut ex c et s, *ut* pix picis, ideoque littera negatur. mutae sunt quae nec per se proferri possunt nec *syllabam* facere. sunt autem numero VIIII, b c d g h k p q t. ex his supervacuae quibusdam videntur k et q, quod c littera harum locum possit implere. | h quoque aspirationis nota, non littera existimatur. y et z propter graeca nomina admittimus.

A littera vocalis, quae quidem per se facit *syllabam* brevem et longam itemque conexa cum aliis tam praeposita quam media finiensque, ut Ahala: nota etiam praenominis, cum Aulum sola significat. e littera vocalis per se nominata itemque cum aliis iuncta et breves facit *syllabas* et longas. i littera vocalis interdum transiens in consonantium potestatem per se nec minus aliis sociata tam breves facit *syllabas* quam longas: nota numeri, cum unum significat. o littera vocalis tam corripitur quam producitur et singularis et cum aliis copulata. u littera vocalis non

Codex Sangallensis. 1 syllabam *om.* 2 numero *om.* 3 ut *ante* pix *om.* 5 syllabam *om.* 9 syllabam *om.* 10 tam] etiam 11 solum 12 breue syllabas *om.* 14 tam] etiam breuis facit quam 15 tam] etiam

---

ἀλλὰ καθ' ἑαυτὰ συλλαβὴν ποιῆσαι οὐ δύναται. ἔστιν δὲ τὸν ἀριθμὸν ἑπτά . ἐκ τούτων διπλοῦν ἐστιν τὸ x. συνέστηκεν γὰρ ἢ ἐκ τοῦ g καὶ s, ὡς τὸ rex *regis*, ἢ ἐκ τοῦ c καὶ s, ὡς τὸ pix picis. διὰ τοῦτο γράμμα ἀρνεῖται. ἄφωνά ἐστιν ἃ οὔτε καθ' ἑαυτὰ ἐκφωνεῖσθαι δύναται οὔτε συλλαβὴν ποιῆσαι, ἔστιν δὲ | τὸν ἀριθμὸν ἐννέα. ἐκ τούτων περισσά τισιν δοκιμάζεται τὸ k καὶ τὸ q, ὅτι τὸ c γράμμα τὸν τούτων τόπον δύναται ἀναπληρῶσαι. καὶ τὸ h τῆς δασείας σημεῖον, οὐχὶ γράμμα ὑπολαμβάνεται. τὸ υ δὲ καί τὸ ζ διὰ τὰ ἑλληνικὰ ὀνόματα προσβάλλομεν.

Num, si praepositum fuerit illi aliud verbum finitivum, recipit subiunctiva, ut Cicero | 'interrogavi, num dubitaret eo proficisci', ut sit species relativa . fere enim praeposito finitivo verbo parti orationis coniunctivae subiungitur species subiunctiva, velut 'nescio quare venerit', 'nescio cur dixerit' et cetera similiter [pariter vero finitiva], ut apud Ciceronem 'credo vos mirari, quid sit quod ego potissimum surrexerim': quamquam idem Cicero in eadem aliter enuntiavit, 'nequid metuas, Glaucia, non te scrutor, siquid forte ferri habuisti'. aliter vero finitiva, ut apud Terentium 'num aliud me tibi opus est?', item quare venisti? quare id fecisti? et similia, quia *non* praeponitur verbum . item quamvis subiunctiva, quamvis feceris: item dummodo venias: item licet venias . quamquam finitiva, sicut Virgilius

quamquam *animus* meminisse iubet luctuque refugit.

si vero *καίτοι γε* significat, optativa recipit, ut apud Ciceronem 'quamquam quid ego te invitem?'

Vt recipit finitiva acuto accentu elatum. effertur *autem,* quotiens

---

Codex Sangallensis. 1 dicit 6 id est *om.* 7 ad illam 8 petebas dum uenissem facere si quoque recipit subiunctatiua 13 relativa] latina praepositio finitiuo uerbo parte orationis coniuncto subiungitur speciei subiunctiuae 17 in eodem 19 aliter *corr.* alter terrentium 20 quia non] qui 22 item licet] it licet 23 animus *om.* laetuque 24 καιτουγε 26 acutoque accentu elatum effertur quotiens

---

1 senex] *Terent. Hec. I 2,1* 6 dum conderet] *Verg. Aen. I 5* 12 interrogavi] *Cic. in Catil. II 6,13* ut sit species relativa : fere enim (semper *add. Char.*) praeposito finitivo verbo parti orationis coniunctivae subiungitur species subiunctiva *Charisius et Diomedes* 15 pariter vero finitiva, *ubi* aliter *pro* pariter *legitur apud Diomedem, ex iis quae infra 19 scripta sunt,* aliter vero finitiva, *huc inlata seclusi . Ciceronis exempla,* ut apud Ciceronem — habuisti *desunt apud Charisium* 16 credo] *Cic. pro Rosc. Amer. 1,1* 17 in eadem] *34,97* 19 apud Terentium] *cf. Charis. p. 227,24* 20 quia non praeponitur *Diomedes* 23 quamquam] *Verg. Aen. II 12* 24 apud Ciceronem] *in Catil. I 9,24* 26 item ut recipit finitiva acuto accentu elatum . effertur autem, quotiens pro eo accipitur quod est quomodo, ut apud Ciceronem 'ut sustinuit, immo vero ut contempsit,' id est quomodo *Charisius et Diomedes*

p. 49. 50 H.

pro eo accipitur quod est quomodo . quotiens vero pro eo quod est apud Graecos ἵνα, recipit optativa, ut ut faciam. non numquam tamen et accentu acuto elatum recipit subiunctiva, praeposito sane finitivo verbo, more quo supra formam relativam diximus, ut apud Virgilium

infandum, regina, iubes renovare dolorem,
Troianas ut opes et lamentabile regnum
eruerint Danai.

utinam recipit optativa, ut utinam veniat . ne accentu acuto imperativa, ut ne fac; quotiens vero gravi accentu pro eo quod est apud Graecos ἵνα μή accipitur, optativa, ut apud Horatium ‘ne facias quod Vmmidius quidam’. non numquam vero, etiamsi accentu acuto efferatur, optativa quoque recipit, ut ne venias, ne scribas . sed interest *inter* hoc et illud quod dicimus ne fac, quod hoc imperamus, superius suademus . recipit quoque id ipsum | accentu acuto elatum subiunctiva, quotiens εἰρωνικῶς accipimus pro eo quod est apud Graecos πάνυ γε, scilicet quotiens rei dubiae et quasi condicionali aptatur, ut apud Ciceronem ‘ne tu, Eruci, accusator esses ridiculus, et Salustius ‘ne illi corruptis moribus victoriae temperarent’. quotiens vero rei aptatur certae, eodem accentu elatum finitiva recipit, ut apud Ciceronem ‘ne illi vehementer errant’: affirmat enim eos vehementer errare.

Postquam modo finitiva, modo subiunctiva: finitiva, quotiens iunctum accipitur, ut Virgilius

postquam res Asiae Priamique evertere gentem
inmeritam visum superis,

ut sit ‘postquam visum est’; subiunctiva vero, quotiens secernitur, ut ‘post venit quam exclamasset’, ‘post fecit quam dixisset’. antequam modo finitivis, modo subiunctivis iungitur: finitivis, ut Virgilius ‘ante, pudor, quam te violo’.

Codex Sangallensis. 1 apud grecos inaut recipitur optiua 3 accentu accuto praepositio sane 8 acuto] accentu *corr.* accuto 9 fac] facias 10 ut] ait quod ūminus quidem 12 inter *om.* 13 fac] facias superius] super 14 accentu accuto 15 ironicos 16 optatur ciceronem et ueryci 18 uictoriae (*corr.* — ia) tempore ne quotiens 19 elata 21 iunctum] accuto 25 secernitur et post uenisset quam exclamasset post fecisset quam dixisset

---

4 formari relativa diximus *Charisius et Diomedes* 5 infandum] *Verg. Aen. II 3* 10 apud Horatium] *sat. I 1,94* 16 ne tu] *Cic. pro Rosc. Amer. 18,50* 17 Sallustius] *Catil. 11,7* 19 ne illi] *Cic. in Catil. II 3,6* 23 postquam] *Verg. Aen. III 1* 26 item antequam modo finitivis, modo subiunctivis iungitur, contra ac superius : iunctum subiunctivis, velut antequam venisset (sic velut antequam venisses *Diom.*), disiunctum finitivis, ut apud Vergilium ‘ante pudor quam te violo’ *Charisius et Diomedes* 27 ante] *Verg. Aen. IIII 27*

p. 50. 51 H.

Ni et nisi subiunctiva ita, ni fecissent et nisi fecissent: quamquam apud Ciceronem non numquam finitivis iungitur, tunc maxime cum parum suspensus et dubius sit sensus, ut apud eundem 'nisi forte maius est patefacere nobis provincias, quo exire possimus, quam providere ut etiam illi qui absint habeant, quo victores revertantur'.

Et coniunctio id valet quod que; sed hoc differt, quod haec non modo subiungitur, sed etiam praeponitur, modo geminata, ut

qui foedere certo
et premere et laxas sciret dare iussus habenas;

modo simpliciter elata, sed figurata, ut

labitur uncta vadis abies, mirantur et undae,
miratur nemus insuetum; |

modo interrogativa, ut

et quae tanta fuit Romam tibi causa videndi?

modo indignativa, 'et quisquam numen adorat'; modo confirmativa,

et dubitamus adhuc virtutem extendere factis;

modo causalis,

et gens illa quidem sumptis non tarda pharetris;

modo adnutativa et compromissiva, ut

dic quibus in terris, et eris mihi magnus Apollo,
tris pateat caeli spatium non amplius ulnas;

modo auctiva pro etiam,

quorum Iphitus *aevo*
iam gravior Pelias et vulnere tardus Vlixes;

modo ordinativa, 'corpusque lavant frigentis et ungunt'; modo superlativa,

quicquid id est, timeo Danaos et dona ferentes;

modo diminutiva per gradus, ut

Codex Sangallensis. 1 ite *corr.* ita 2 finitiuus 4 nobis] nouis 5 qui absint] quo adsint 7 que sed] ipsa haec] hoc *corr.* hec 8 geminatur qui 13 nemus nemus insuetum modo rogatiua 15 quae quanta 20 adnotatiua 21 appollo 22 ulnis 23 modo actiua proelia quorum effusi iam grauior 28 id est] idem

---

3 nisi] *Cic. in Catil. IIII 10,21* 7 Et coniunctio] *Diom. p. 417,1* id valet quod que, sed hoc differt *Diomedes* 9 qui] *Verg. Aen. I 62* 12 labitur] *Verg. Aen. VIII 91* 15 et quae] *Verg. bucol. 1,27* 16 et quisquam] *Verg. Aen. I 48* 17 et dubitamus] *Verg. Aen. VI 807* 19 et gens] *Verg. georg. II 125* 20 modo adnutiva et promissiva *Diomedes* 21 dic] *Verg. bucol. 3,104* 23 modo auctiva pro etiam *Diomedes* 24 quorum] *Verg. Aen. II 435* 26 corpusque] *Verg. Aen. VI 219* 28 quicquid] *Verg. Aen. II 49*

p. 51. 52 H.

felix qui potuit rerum cognoscere causas,
fortunatus et ille deos qui novit agrestes.

Aut coniunctio dubitativam, si geminetur, habet potestatem. qui enim dicit 'aut librum volo aut pretium', utrumque se ex aequo desiderare significat, ut in illis,

aut pelago Danaum insidias suspectaque dona
praecipitare iubet subiectisque urere flammis
aut terebrare cavas uteri et temptare latebras;

aut, si semel subicitur, diminutiva est et habet gradum ad inferiora tendentem, ut

incute vim ventis submersasque obrue puppes,
aut age diversas et disice corpora ponto: |

nam furens Iuno et irata quod *gravissimum credebat optavit, deinde quod* secundum intulit. [coniunctionis tantum] modo comminativa est, '*aut* da mihi, aut rapio', ut

Nymphae, noster amor, Libethrides, aut mihi carmen
quale meo Codro concedite (proxima Phoebi
versibus ille facit), aut, si non possumus omnes,
hic arguta sacra pendebit fistula pinu;

modo hortativa, ut 'aut tu magne *pater* divum miserere' et illud,

aut tu, quod superest, infesto fulmine morti,
si mereor, dimitte;

modo coniunctiva pro et,

moliri aut moram aut veniendi poscere causas;

et pro que, ut 'liquidas presso ter gutture voces corvi aut quater ingeminant' pro quaterque; modo pro separativa,

aut onera accipiunt venientum aut agmine facto

Codex Sangallensis. 3 dubitatiuo signo tenetur habet qui enim] quia 12 aut auge dissice 13 irata quod scd' intulit 14 comminutiua est da mihi 16 nympha libetrides 19 hic] hir pina 20 magne deum miserere inferto fulmine mortis 25 presso ter] p̄tendet 26 separatiua] separ 27 accipiuntum aut agmine

---

1 felix] *Verg. georg. II 490. 493* 3 Aut coniunctio] *Diom. p. 417,30* dubitativam, si geminetur, habet potestatem: qui enim dicit *Diomedes* 6 aut pelago] *Verg. Aen. II 36* 11 incute] *Verg. Aen. I 69* 13 nam furens Iuno et irata quod gravissimum credebat optavit, deinde quod secundum intulit. huius coniunctionis qualitates sunt multae. modo comminativa est, cum dicimus 'aut da mihi aut rapio' *Diomedes* 16 Nymphae] *Verg. bucol. 7,21* 20 aut tu magne] *Verg. Aen. VIIII 495* 21 aut tu quod] *Verg. Aen. V 691* 24 moliri] *Verg. Aen. I 414* 25 liquidas] *Verg. georg. I 410* 27 aut onera] *Verg. georg. IIII 167 Aen. I 434*

p. 52. 53 H.

ignavum fucos pecus a praesepibus arcent:
aut ante ora deum pinguis spatiatur ad aras,

modo fundit, modo spatiatur:

aut raptas fugientibus ingerit hastas.

DE INTERIECTIONE

Interiectio est pars orationis significans affectum animi . vario autem affectu movemur: aut enim laetitiam significamus, ut va evax, aut dolorem, ut vae heu, aut ammirationem, | ut babae eheu . ex his colligi deinceps alii motus animorum possunt . apex Donati: aut metuentis, ut ei attat; aut optantis, ut o utinam . sed haec Graeci adverbio applicant, quod ideo Latini non faciunt, quia huiusce modi voces non statim subsequitur verbum . licet autem pro interiectione [τό autem παρενθέσεως] etiam alias partes orationis singulas pluresve subponere, ut nefas, pro nefas . accentus in interectionibus certi esse non possunt, ut fere in aliis vocibus, quas inconditas invenimus.

EXPLICIT

Venit mihi in mentem huius rei, pudet me amoris, piget me profectionis, taedet me meretricum, miseret me senis, interest mea haec res, interest mea, interest eius et refert illius, interest et refert nostra vestra illorum; egeo victus et victu, patiens sum laboris, doleo vicem tui et tuam, similis sum tui, discrucior animi et animo et animum, amans mei, pertaesum est mihi iniuriae, plenus sum bonorum et bonis, potior huius rei et hac re, veri simile, refert mea, impleor vini et vino, obliviscor tui et te.

Noceo inimico, incommodo viatori, officio insidiatori, medeor languenti (hoc verbum *perfecto caret*), blandior patri, ancillor magistro, adulor mulieri, conscius *mihi* sum facti, patrocinor patriae, convicior debitori,

---

Codex Sangallensis. 5 DE INTERIECTIONE *om.* 7 enim] cum dolorem VAEE. HEV aut ammirationem ut ua VAE. PHEV 9 ut ēi attā aut optantis 18 interest me haec res 21 discutior 22 iniuria 25 langenti 26 perfecto caret *om.* 27 conscius sum facto patricinor patriae

---

2 aut ante] *Verg. Aen. IIII 62* 4 aut raptas] *Verg. Aen. XII 329* 5 Interiectio] *Charis. p. 238,19* 9 *fortasse* apud Donatum aut metuentis — 15 invenimus *Donat. p. 391,27* 17 Venit mihi in mentem — 428,14 Aeneis Virgilii *excerpta sunt in codice Monacensi 601 (M)* Venit mihi in mentem — 226,3 potior hanc rem *Diom. p. 311,15 Charis. p. 293,8 de idiom. cas. gram. lat. vol. IV p. 566* 25 medeor aegroto, hoc autem verbum perfecto caret *Diomedes p. 313,20*

p. 53. 54 H.

vitio furi duco, inprecor hosti, ausculto suasori, supplico tibi, moderor militibus, obstrepo dicenti, palpor et palpo equo, crisso tibi, praecurro praetori, procuro pugili, geniculor parenti, genua tibi advolvor, praevaricor reo, supersideo discipulo, antecello aemulo, consilio tibi sum, studet huic rei, timeo tibi et de te; detraho tibi, alienus sum tibi, vacat mihi, tempero vino, testimonio est mihi; adversor inimico, subscribo epistolis, intentus studiis, inimicus neglegenti, dicto audiens, invidus bono, malivolus studenti, habilis virtuti, utilis seni, aptus industriae.

Incipio studium, aggredior hominem, indulgeo te, experior periculum, periclitor amicum, mereo et mereor honorem, despicio laticlavium, impedio legentem, ludificor vanilocum; | veteres et ludificavi: iuvat me, nanciscor occasionem, ludo oratorem, iubeo famulos, invado te et in te, intueor te et in te, adorior hominem, involo te et in te, redoleo unguentum, invideo divitem, commeio lectum et permeio (commixi et permixi), insimulo simulatorem, animadverto te, criminor directarium, moderor te.

Inpertio illum hac re, dignor amicum hospitio, saturo exercitum commeatu, libero te periculo, liberor molestia, dono praeceptorem auro, tempero me vino, fraudo creditorem pecuniis, abdico me praetura, cedo tibi gloria, afficio illum laetitia, desisto tua consuetudine, labor spe mea, imbuo malum malis, egredior civitate, degredior monte, contentus sum uno nummo, orbo uxorem dote, interdico ignominiosum foro, exulto victoria, soporo te vino, dignor a te honore, sustineo me hac re, conplaudo tecum, gaudeo felicitate, opus est mihi argento, alienus sum crimine, comitor amicis, vaco militia, communico tecum, postulo a te, utor careo fruorve divitiis, nitor hac re, potior munere, induo te armis, precor a diis, opto a diis, antepono te fide, interdico tibi amicitia mea.

Similis sum tui moribus et tibi facie, avello senis et seni canos, frango servi et servo caput, eruo mendacis et mendaci oculos, studio tui feci *id est dum studeo tibi, studio tuo feci* id est te studente; discrucior animi et animo, metu tui et tuo, vicinus sum illius et illi et amicus sum, fidens sum animi et animo, memini et memor sum honoris et honorem, ammoneo interfectorem caedis et caedem, obliviscor amicitiae et amicitiam,

---

Codex Sangallensis. 1 vitio] uitium moderor] medeor 2 cristo 3 procurro pugillo advolvor] adulor 6 testimonium 8 sene 9 hominem] nomen 10 laticlauum 11 iubat me 12 obintueor 15 mederor 18 tempero] teneo 20 egredior ciuitatem digredior monte 22 soporeo 23 argento] oriento 24 vaco] uoco 29 id est — tuo feci *om.* discntior animi . mi . me tu tui et tuo

---

18 tempero me vino *Diom. p. 315,24* 28 studio tui feci id est dum studeo tibi, studio tuo feci id est te studente *Beda de orthogr. p. 288,27*

p. 54. 55 H.

expers sum causae et *causa*, ignoro causam; expers sum autem *fundi et* fundo non habeo fundum significat: inpleo sacculum argenti et argento, egeo victus et victu, potior fructus et fructu, apud antiquos potior hanc rem.

Nominativus casus trahit verbum tertiae personae, ut Pompeius in litore Aegypti dicitur occidisse, nominatur inter auctores Caelius, Virgilius Aeneida fecit. vocativus secundam personam accipit, ut Virgili scribe, Cicero responde . prima persona non eget casu, sed admittit nominativum, ut servio ingenuus . nomina forma participiorum posita genitivo casui iunguntur, ut appetens pecuniae, Terentius 'fugitans litium' et Salustius 'cupientissimus | legis' . participia vero accusativo copulantur, ut appetens pecuniam, fugiens lites, cupiens legem.

Bono animo est *εὐθυμεῖ* . meliora tibi spondeo *βελτίονά σοι κατεγγυῶμαι* . imaginatur quod cupit . iudicium conflavit *δικαστήριον συνεκρότησεν* . mutua vice . pergis molestus esse *ὀχλῶν ἐμμένεις* . male praesumo de illo *κακῶς ὑπονοοῦμαι περὶ ἐκείνου* . suffragatur mihi *ψηφίζεταί μοι* . refragatur mihi *ἀντικτυπεῖ, ἀντιλογίζεταί μοι* . usu forensi abhorret *μισεῖ τὴν ἀγοραῖον* . vis te crimine peto *βίας σου κατηγορῶ* . repperit sibi dignitatem *εὕρατο αὑτῷ ἀξίωμα* . fac venias ad me *ἐλθὲ πρὸς ἐμέ* . dilatat orationem *ὑπερτίθεται ἢ πλατύνει τὸν λόγον* . mortem sibi adscivit *θάνατον αὑτῷ προσεπόρισεν* . taedet suarum rerum *ἀηδίζεται τῶν ἰδίων πραγμάτων* . solum vertit *τὸ ἔδαφος στρέφει* . copiam sui non praebet . denotabilis persona *ἐσπιλωμένον ὑβρισμένον κατεστιγμένον πρόσωπον* . detestabilis homo *καταμαρτυρηθεὶς ἄνθρωπος* . execrabilis annus *ἀπευκτέον ἔτος* . proclive tibi est *ἐπιρρεπές σοί ἐστιν* . mea sententia praefectus *προταχθεὶς γνώμῃ ἐμῇ* . cetera egregius *λοιπὰ*

Codex Sangallensis. 1 expertus sum causae et ignoro causam expertus sum autem fundo 2 sacellum 5 aegyptios dicitur occidise nominatiuus inter 7 nominatiuum et seruit ingenus 9 terrentius 14 *οχαωνενιμενεις* 15 *περὶ*] *παρ* 17 *αγοραιο* 18 *ευρατο* (*superscr. al. man.* *αυτω*) *αξωμα* 21 *ἀηδίζεται*] *τηαηδιζεται* solium *στεφει* 22 praebet] p̄cor 24 *επιρρεπε* 25 *προταχθισαγνωμημη*

---

1 expers sum causae et causa ignoro causam, expers sum fundi et fundo non habeo fundum *Charisius p. 295,32* 4 Nominativus — 8 ingenuus *Diom. p. 310,31* 7 admittit nominativum, ut servio ingenuus *Diomedes*, admittit plerumque nominatiuum ut liber seruio ingenuus milito *M* 8 nomina forma participiorum] *Diom. p. 311,26* 9 ut appetens pecuniae croesus *M* fugitans] *Ter. Phorm. IV 3,18* 12 Bono animo — 428,5 inlibatus numerus] *maxima harum elocutionum pars in codice Charisii f. 25 sub titulo de latinitate scripta est, omissa tamen graeca interpretatione: cf. gramm. lat. vol. I. praef. p. X. sed ibi et per ordinem litterarum disposita sunt ea quae hoc loco nullo certo ordine congesta exhibentur et multa addita, pauca omissa sunt. ex his pauca quae rectius in codice Charisii scripta sunt in adnotatione adscripsi* 20 taedio suarum rerum *Charisius* 22 copiam sui non praebet *Charisius* 24 profectus mea sententia *M* mea sententia perfecta est *Charisius*

p. 55. 56 H.

ἔξοχος . plausibilis petitio κροτητικὴ αἴτησις . tenerae aetatis νέας ἡλικίας . cui succurri solet τίνι βοηθεῖν εἴωθες . propter infirmitatem sexus διὰ τὴν ἀβεβαιότητα τῆς φύσεως, sexus δὲ κυρίως ἐπὶ γυναικῶν λέγεται . supplico voce ἱκετεύω τῇ φωνῇ . cultu quam venerabili ἐπιμελείᾳ πάνυ προσκυνητέᾳ . non amplius una nocte οὐ πλέον μιᾶς νυκτός, Virgilius contra 'noctem non amplius unam'. nodosa atque scrupulosa κεκονδυλωμένη καὶ ἐμμέριμνος ἢ δυσχερὴς πρᾶξις . enodare atque expedire ἀπολύειν [ποῦς] . pulsavit pudorem eius ὕβρισεν αὐτήν . favorabilis vindicatio ἐκδικία σπουδαία . explosas comoedias ἐκβεβλημένας καὶ εὐκαταφρονήτους . legis praesidium . manus auxilium τῆς χειρὸς | ἐπικουρίαν . redemit facinus suum ἠγόρασεν τὸ αὐτοῦ ἔγκλημα . inpensa pecunia ἀστάθμητος δαπάνη . titulos natales suos augere . genibus obvolutans γουνούμενος. squalorem pascens αὐχμὸν τρέφων . praedo editus φανερὸς ἀπελάτης . fidem implorat ἐπικαλεῖται τὴν πίστιν . opem expetit βοήθειαν αἰτεῖ . obstinato animo ἐπιτεταμένῃ ψυχῇ . exuberat pecunia πλημυρεῖ τοῖς χρήμασιν . redundat calculus ὑπεραίρει ἡ ψῆφος . respuit preces eius διέπτυσεν αὐτοῦ τὰς ἱκετείας . infatigabilis patientia . caelestis providentia . divino consilio θείᾳ συμβουλίᾳ . fidem excessit παρέβη τὴν πίστιν . ius amicitiae violavit τὸ τῆς φιλίας δίκαιον ἐμίανεν . huc usque temeritatis accessit . dies perennis petendus. citius tempus quam oratio deficiet . multum sibi adrogavit . salva iustitia praesidis . fartus auctoritatibus . enucleatis sensibus . coronatis verbis . ventilatam quaestionem . infuscavit pudorem eius . pro indiviso possides . testimonio suo prosecutus est me . officiis meis libertatem merui . gratiam delicti facimus . asseris me manu tua . digneris me litteris tuis . antiquae vetustatis instar. vanas querelas crepitare . fragilis memoriae . volubilis mentis . tritae frontis . candor animi tui . merus sermo, mera spes . sutilis agit . sum parato animo . argutum opus . pensilis lucerna . suspensum animum . sutilis

---

Codex Sangallensis. 1 petio κροτετικη διτεσις 2 εἴωθες] ειωβες 3 επιτυναικω 5 προσκινηταια 7 δισχερες πραχις 8 απολυσαπους *integri fere versus spatio post* πους *vacuo relicto* υβρισεναιτε 9 comeodas 11 redimit 12 titulus notales 13 δυχμον τρεφον predo editur 14 opem expetit aitei 15 επισταμενη 16 χρεμεσιν 17 infatigabilis] insatiabilis caelestia 18 συνβουλεια παρεπηβη 19 hoc usque 20 dius perennius 21 deficit praesidiis 22 uentilagam 24 gratiam] gramen 25 manu tua] numerum tuum 26 querelas credulari fragius memoriae fontis *corr.* frontis 27 candore nimio tui sum] sui

---

2 cui succurri uolet *Charisius* 4 supplici voce *Charisius* 5 Virgilius] *Aen. I 683* 12 titulos ac nitulos suos *Charisius* γουνουμενος genibus obuolutans i . geniculans *M* 16 reddunt calculos *Charisius* 17 infatigabilis patientia *Charisius* 20 dies perennis petendus est *Charisius. an* dies perendinus? 21 deficiet *Charisius* 24 gratiam delicti facias *Charisius* 26 fragilis memoria *Charisius* 27 candor animi tui *Charisius*

p. 56. 57 H.

porta . voluptuosus rebus . favore virtutis . columen curiae . specimen scholae . tumore agit . elaboratum opus . ridet abstinentiam meam . inaccessibiles litterae . inaccessus locus . inextricabilis error . inremeabilis via . sterilis amicitia . larvali habitu . imaginaria forma . finali habitu . inlibatus numerus. |

Poematos genera sunt tria . aut activum est vel imitativum, quod Graeci dramaticon vel mimeticon appellant, in quo personae loquentes introducuntur, ut se habent tragoediae et comicae fabulae et prima bucolicon: aut enarrativum, quod Graeci exegematicon vel apaggelticon appellant, in quo poeta ipse loquitur sine ullius personae interlocutione, ut se habent tres libri georgici et pars prima quarti, item Lucretii carmina: aut commune vel mixtum [appellant], quod graece *κοινόν* vel *μικτόν* dicitur, in quo poeta ipse loquitur et personae loquentes introducuntur, ut *est* scripta Ilias et Odissia Homeri et Aeneis Virgilii.

Distinctio est silentii nota cum sensu terminato . huius autem signum est punctum supra versum positum . subdistinctio est diuturnitas quaedam temporis differens orationem ad sententiae qualitatem . huius autem *signum* est punctum sub versu positum, ut est illud,

et si fata deum, si mens non laeva fuisset,
impulerat ferro Argolicas foedare latebras;
Troiaque nunc staret, Priamique arx alta maneret.

non enim similiter ut in distinctione silentium interpositum tacere permisit. media vel mora est silentium legitimae distinctionis *subdistinctionis*que medium obtinens locum, quae hoc solum servat officium, ut legentis spiritum levissima respiratione refoveat et nutriat. sic enim pronuntiando reticere quis debet, quoad spirat, *quia spiritus* ipse a defectione vin-

---

Codex Sangallensis. 1 favore] fabone curia 2 scolae ridet] rudit 4 larbali 6 vel imitativum] aut imatiuum 7 drammaticon uel micticon loquentes in introducuntur uti habent 8 fabulae uto de prima 9 aut] uel 12 *μιστον* 13 est *om.* 14 Homeri] homo 15 silentio terminata 16 impositum 17 huic autem est punctum subuersum impositum 19 fata diū si m̄ non leua 23 media autem more silentium legitime distinctionisque medium optinens 26 quoad spiratur ipse a defectione uincatur uires resumat

---

5 inlibatus numerus antique uetustatis instar *M* 6 Poematos genera] *Diom. p. 482,14* aut actiuum est quod greci pragmaticon aut imitatiuum quod micticon appellant *M* 8 comicae fabulae, quo genere scripta est prima bucolicon *Diomedes* 15 Distinctio] *Diom. p. 437,20* 19 et si] *Verg. Aen. II 54* 25 sic enim pronuntiando reticere quis debet, quia spiritus ipse quadam defectione vincatur, deinde resumatur *Diomedes*

p. 57. 58 H.

catur, *deinde* vires resumat. multae autem causae mediae huius lectionis, primum ne confundantur quae dicola vel tricola ponuntur; deinde ut actus verborum emineat et luceat, qui ex aliquo venit affectu vel indignatione seu miseratione conlata, aut certe quadam artatione sermonis quae emfaticos a poetis ∗ . siquis itaque sine media spiritus suspensione pronuntiaverit |

aut hoc inclusi in ligno occultantur Achivi
aut haec in nostros fabricata est machina muros
inspectura domos venturaque desuper urbi
aut aliquis latet error equi ne credite Teucri,

confunditur ratio compositionis generali nomine ligni machinae equi . et

lectumque iugalem,
quo perii, super imponam:

hoc enim voluit intellegi Dido, non esse lectum iugalem, quo perierit . immorandum est ergo et respirandum *post* ‘iugalem’ et sic inferendum cum *ὑποχρίσεως* affectu ‘quo perii’. distinguere autem oportet ante similitudines, quas Graeci parabolas vocant, et ante redditas *ἀνταποδόσεις*, et siquando *a persona* ad personam transitus erit factus, et ante ‘aut’ coniunctionem et ante casum vocativum et ante ‘sed’ et ante ‘quoniam’ et ante interrogativa, ut

quis deus, o Musae, qui nobis extudit artem,
unde nova *in*gressus hominum experientia cepit?

post interrogativa, ut

Musa, mihi causas memora.

Codex Sangallensis. 2 confundaturque tricola uel tricoma ut tactus 3 ex alico 4 artatione] captione quae cacenfaticos 5 suspensio 9 domus *corr.* — mos 10 ne] nec 15 post *om.* 17 *ανταποδοσις* et siquando ad personam transit erit factus 19 sed] sedet 21 o Musae] omose 22 noua gressus coepit

---

4 vel certe cum quadam artatione sermonis quae *ἐμφατικῶς* a poetis congeruntur *Diomedes* 7 aut hoc] *Verg. Aen. II 45* 12 lectumque] *Verg. Aen. IIII 496* 21 quis] *Verg. georg. IIII 315* 24 Musa] *Verg. Aen. I 8*

p. 58. 59 H.

Verba quae passive tantum efferuntur, ex quibus quaedam etiam activa sunt, quae fere sunt primae coniugationis : adulor κολακεύω, aversor ξενίζομαι, adversor ἐναντιοῦμαι ξημιῶ | ἀντιδικῶ ἀποστρέφομαι, aemulor ζηλῶ φθονῶ, aesculor χαλκολογῶ, alogior ἀλογοῦμαι, altercor διαμάχομαι, aquor ὑδρεύομαι, arbitror ὑπολαμβάνω, argumentor τεκμαίρομαι, aspernor ἀποστρέφομαι, auspicor οἰωνοσκοπῶ ὀρνεοσκοπῶ, aucupor ἴξεύω, auguror ὀρνεοσκοπῶ, apricor ἡλιάζομαι, auctionor ἀπάρτιον ποιῶ, auxilior συμμαχῶ, affor προσλαλῶ, assentior ἐργομωκοῦμαι, ancillor ἐργομωκοῦμαι, alloquor προσλαλῶ, altercor διαβάλλω ἀμφιλογῶ διαμιλλῶμαι, abominor ἀποιωνίζομαι. alloquor προσλαλῶ, alternor ἀμφιβάλλω ἀμοιβαδίζω, bacchor βακχεύω, conversor ἀναστρέφομαι, calumnior ἐπηρεάζω, cavillor εἰρωνεύομαι, causidicor δικολογῶ, causor προφασίζομαι, circulor ὀχλαγωγῶ, cauponor μεταπωλῶ, comissor ἐπικωμάζω, comitor συνοδεύω, commentor σοφίζομαι, conor ἐπιχειρῶ, coniector στοχάζομαι, contionor δημηγορῶ, contemplor κατανοῶ ἐνατενίζω, convivor συνεστιῶμαι, commurmuror ὑπογογγύζω, conflictor συναμιλλῶμαι, convitior καταβοῶ, criminor διαβάλλω αἰτιῶμαι, cunctor ἀπορῶ διστάζω, conspicor θεωρῶ, consternor κενοῦμαι πτοοῦμαι, concinnor μεταβουλεύομαι, consolor παραμυθοῦμαι, contestor διαμαρτύρομαι, [congredior συνέρχομαι,] commoror συνδιατρίβω, comitior ἀρχαιρεσιάζω, dignor καταξιῶ, dedignor ἀναξιοπαθῶ, dominor κυριεύω, deversor

Codex Sangallensis. 2 quae fere uno atque primae 4 χαλκολογῶ] κακολογω alugior 5 υδρευμαι 6 auspicior οινοκοπο 7 apricor] auprior 8 assentior εργομωκεουμαι ancillor εργομοκεομαι 10 αμφιλογωδιαμ abhominor 11 bachor 12 cauella (*corr.* cauillor) ειρωνευομαι causidicor] causidior 13 cauponor] copinor comissor επιζομαξω 15 δημεγογο 16 υπογογινζω 18 conspicior πρτοουμαι concinor μεταβολεουμαι consulor 20 σιναδιατριβω αρχιερεσιαζω

1 *Verba pussivae declinationis et verba quae praepositionibus additis aliam significationem habent et verba activae coniugationis scripta sunt in codice Charisii: cf. gramm. lat. vol. I. praef. p. XI. ex his pauca, quae olim a Georgio Thilone descripta habui, in adnotationem recepi.* Verba quae passiva voce primi ordinis efferuntur, in quibus etiam quaedam communia sunt. A adulor latus sum, aversor satus sum, aemulor latus sum, aesculor χαλκολογῶ (καλκολογω *cod.*) latus sum, alogior giatus sum, altercor catus sum, alternor natus sum, amplexor (amplector *cod.*) xatus sum, aquor ὑδρεύομαι aquatus sum, arbitror, argumentor, aspernor, argutor κωτιλεύομαι argutatus sum, auguror ratus sum, auspicor idem quod supra scriptum, admiror, abominor, aucupor aucupatus sum, apricor, auctionor auctionatus sum, auxilior συμμαχῶ, adfor προσλαλῶ, aepulor aepulatus sum, adsentior, ancillor, apinor εἰκαιολογῶ (εικεολογω *cod.*) natus sum *Charis.* 3 ἀποστρέφομαι *ad* aversor *pertinere adnotavit Hagenus* 13 cauconor μεταπωλῶ cauconatus sum *Charis.* 18 conspicior θεωρῶ catus sum, consternor natus sum, cogitor cogitatus sum, dignor, deversor κατάγομαι ἐκκλίνω, dominor δεσποτεύω natus sum, devertor ἀποστρέφομαι tatus sum, depopulor, depeculor idem quod supra scriptum, execror *Charis.* concinnor] consilior *Hagenus*

p. 59. 60 H.

ξενίζομαι, depeculor *νοσφίζομαι*, detestor *ἀπομαρτύρομαι*, deprecor *ἀποκαταρῶμαι*, donor *δωρῶ καὶ δωροῦμαι*, *εἰς δῶρον αἱρῶ καὶ εἰς δῶρον αἱροῦμαι*, dehortor *ἀποτρέπομαι*, epulor *εὐωχοῦμαι*. execror *καταρῶμαι*, effor *ἐκλαλῶ*, externor *ἀλλοτριοῦμαι*, eluctor *ἐκπαλαίω*, fabulor *μυθολογῶ*, for *λαλῶ*, fistulor *συρίζω*, frustror *ἀπατῶ*, fatuor *μωραίνω*, furor *κλέπτω*, fabricor *κατασκευάζω*, gratificor *χαρίζομαι*, gratulor *χαίρω*, grator *συνήδομαι συγχαίρω*, grassor *λωποδυτῶ*, gestor *ἐωροῦμαι*, geniculor *γονυπετῶ*, glorior *δοξάζομαι*, halucinor | *χασμῶμαι*, hortor *προτρέπομαι*, hospitor *ξενίζομαι*, hariolor *μαντεύομαι*, iaculor *ἀκοντίζω*, imitor *μιμοῦμαι*, imaginor *εἰκονίζω*, inbecillor *ἀσθενῶ*, infitior *ἀρνοῦμαι*, insidior *ἐνεδρεύω*, interpretor *ἑρμηνεύω*, iocor *εὐτραπελεύομαι*, indignor *ἀγανακτῶ*, immoror *βραδύνω ἐνδιατρίβω*, imprecor *καταρῶμαι*, initior *μυοῦμαι*, inundor *πλημυρῶ*, iurgor *ἀψιμαχῶ*, iocor *εὐτραπελίζομαι*, laetor *χαίρω*, lamentor *θρηνῶ*, latrocinor *ληστεύω*, lenocinor *πορνοβοσκῶ*, licitor *ὑπερθεματίζω ἀναβιβάζω*, luctor *παλαίω*, ludificor *ἐμπαίζω*, luxurior *ἀσωτεύομαι*, lumfor *ἐνθεάζομαι*, lucror *κερδαίνω*, laetor *ἱλαροῦμαι*, lavor *λούομαι*, manticulor *νοσφίζομαι*, machinor *μηχανῶμαι*, mercor *ἐμπορεύομαι ὠνοῦμαι*, meditor *σκέπτομαι ἀνατάσσομαι*, meridior *μεσημβριάζω*, minor *ἀπειλῶ*, miseror *συμπάσχω*, miror *θαυμάζω*, milingior *μικρολογῶ*, moderor *μετριοπαθῶ διοικῶ*, modulor *ῥυθμίζω*, moechor *μοιχεύω*, morigeror *πειθαρχῶ*, moror *παρέλκω διατρίβω*, mutuor *δανίζομαι ἐπικίχρημι*, miseror *ἐλεῶ*, metor *χωρογραφῶ καταμετρῶ*, medicor *θεραπεύω* [medeor *θεραπεύω*], negotior *πραγματεύομαι*, nugor *ἀστειεύομαι*, nepotor *ἀστειεύομαι*, nenior *εἰκαιολογῶ*, odoror *ὀσφραίνομαι*, opinor *οἴομαι*, ominor *οἰωνίζομαι*,

---

Codex Sangallensis. 2 donor *δωρουμαι δορουμαι εισδωρον αιρω και εις δωροηδιαλοιμαι* 4 *εκκαλω* 5 festulor 6 *μωρενω χαρίζομαι*] *χλιρομαι* 8 *γονιπετω* 9 *μαντεουμαι* 10 *ικονιζω* 11 *ευτραπελεουμαι* 13 iugor *αψιμιχω* 14 *ληστεύω*] *ιδηστευο* 16 ludificor *ενπεζο* luxurior *ασωτεουμαι* 17 laetor *ιδαρεουμαι* lauor *δοιομαι* 19 menditior *μεσημεριαζω επειλω σινβασχω* 21 mechor 22 mesereor *ελεω* 23 *καταμετρω μετρω* medeor] mederor 24 *πραγματευουμαι αστομεουμαι utroque loco* 25 *εικεολογω*

---

5 fistulor *πανδουρίζω Charis.* 6 gratificor *χαρίζομαι Charis.* 7 grestor *ἐωροῦμαι* (*ευροιμαι corr. εωροιμαι cod.*) grestatus sum, halucinor halucinatus sum *χασμῶμαι εἰκαιολογῶ* (*ικεολογω cod.*), hortor, hospitor, hariolor *μαντεύομαι ἀποφοιβάζομαι ματαιολογῶ* hariolatus sum *Charis.* 17 lavor *λούομαι Hagenus* 19 M. misereor *ἐλεῶ* (*ελαιω cod.*) tui atus sum, metor metatus sum, medicor, manticulor, machinor *μηχανῶμαι*, mercor, meditor, meridior diatus sum *μεσημβρίζω*, minor, miror, minitor idem quod supra scriptum, miseror te miseritus sum, milinctor tatus sum *μικρολογῶ* (*μιμσσο add. cod.*) moderor, modulor, mochlor *μοχλεύω* mochlatus sum, morigeror, moror, mutuor mutuatus sum. N. negotior, nundinor natus sum, nepotor *ἀστιεύομαι* nepotatus sum, nigror (*superscr.* dubius *cod.*) nigratus sum O. odoror *Charis.* 24 nugor *ἀσωτεύομαι Hagenus*

p. 60. 61 H.

opitulor βοηθῶ, obtestor διαμαρτύρομαι, operor ἐργάζομαι, osculor καταφιλῶ, obluctor καταπαλαίω, oscitor χασμῶμαι, palor ῥέμβομαι πασσαλοκοπῶ, palpor κροτῶ, peculor νοσφίζομαι, percontor πυνθάνομαι, peregrinor ἀποδημῶ ξενίζομαι, periclitor κινδυνεύω, piscor ἁλιεύω, praesidior βοηθῶ, populor λυμαίνομαι, praedor λεηλατῶ, procreor τίκτομαι, plostror ἁμαξηλατῶ, precor δέομαι, praestigior ψηφοπαικτῶ, praestolor παρεδρεύω, proelior πολεμῶ συμβάλλω λοχαγῶ, pubor παιδεύομαι, patrocinor προίσταμαι, praefor προλέγω, percontor ἐξετάζω, praefragor ἀποψηφοποιῶ, rotor τροχεύομαι, racemor κοκκολογῶ, | ratiocinor διαλογίζομαι, recordor ἀναπολῶ, remoror παρέλκω, regulor κανονίζω, rimor ἐρευνῶ ζητῶ, rixor μάχομαι, rusticor ἀγροικεύομαι, refragor ἀντιψηφίζομαι ἀποδοκιμάζω, scrutor ἐρευνῶ, sannor μυκτηριάζω, scortor χαμαιτυπῶ, sector ἀκολουθῶ, sermocinor ὁμιλῶ, solor παρηγορῶ, spatior διακινῶ, speculor καθοπτεύω, stomachor στομαχῶ, stabulor στατίζω, stipulor ἐπερωτῶ, subsidior βοηθῶ, suspicor ὑποπτεύω, sciscitor πυνθάνομαι, seditionor στασιάζω, subsidior ἐφεδρεύω βοηθῶ, tergiversor φυγοδικῶ, tutor ἀσφαλίζομαι, testor μαρτύρομαι, tibicinor συρίζω, tolutor παίζω, tumultuor θορυβάζω, vador ἐγγυῶμαι, vagor ῥέμβομαι, vaticinor μαντεύομαι, vanor ματαιοῦμαι ληρῶ, venor κυνηγῶ θηρολετῶ, verecundor ἐντρέπομαι, verticinor στροφοῦμαι, velificor ἁρμενοποιῶ, vociferor κραυγάζω, versor στρέφομαι, veneror προσκυνῶ, vescor τρέφομαι vescatus sum.

Coniugationis secundae: censeor ἀναγράφομαι ὑπάρχοντα census

Codex Sangallensis. 4 κυνανευω 5 predor λενδατω 6 plostror] prorstror δαιομαι ψηφωνεκτω 7 pupor (*corr.* pubor) παιδιεουμαι 9 ratiotionor 10 αναπολα 11 αγροικεουμαι refregor 14 διακονω 16 seditinor subsidior] subdor 18 συρίζω] λυριζω toluctior vador] uadior 19 ματαιοῦμαι] μαντευομαι 20 στοφουμαι 21 αρμενοροιω versor] uertor 22 uescor σθεφομαι

---

2 palor ῥέμβομαι palatus sum, peculor, percontor πυνθάνομαι, perigrinor, periclitor, piscor, populor, praedor, percunctor ἐξετάζω διαπορῶ percunctatus sum, praefor, praesidior, praestrigior, praestolor, praevaricor, praecor, proelior, puror παιδεύομαι puratus sum, patrocinor, pabulor. R. rotor *Charis.* 12 S. scrutor, sannor μωκίζω μυκτηριάζω sannatus sum, sciscor φιλοπραγμονῶ χρηστήρια scitatus sum, sequor ἀκολουθῶ secutus sum, seditionor, sermocinor ὁμιλῶ, solor consolor solatus sum consolatus sum, spatior, speculor, stomachor, stabulor, stipulor, suffragor, subsidior, sciscitor πυνθάνομαι sciscitatus sum. T. testor μαρτύρομαι, tumultor, tergiversor, tolutor (tollutor *corr.* tolutor *cod.*) παίζω ὑποσκιρτῶ tolutatus sum. V vador vadatus sum ἐγγυῶμαι, vertor versus sum στρέφομαι, veneror, vagor, vaticinor, vanor (*superscr.* hauriolor *cod.*) vanatus sum, venor, verticinor στρέφομαι σκότον, verecundor verecundatus sum, velificor ἁρμενοποιῶ velificatus sum *Char.* 19 vanor ματαιοῦμαι *Hagenus*

p. 61. 62 H.

sum, confiteor ὁμολογῶ, contueor θεωρῶ συνατενίζω, diffiteor ἀρνοῦμαι, fateor ὁμολογῶ, intueor ἐνατενίζω, infiteor ἀρνοῦμαι infitiatus sum, liceor ὑπερθεματίζω, medeor θεραπεύω medicatus sum, mereor καταξιῶ ἄξιός εἰμι, misereor κλαίω, profiteor ὁμολογῶ σοφιστεύω, polliceor ὑπισχνοῦμαι, reor νομίζω, revereor ἐντρέπομαι reveritus sum, tueor ἐνατενίζω tutus *sum*, vereor εὐλαβοῦμαι.

Coniugationis tertiae: amplector περιπλέκομαι, aggredior ἐπιλαμβάνομαι ἐπιφύομαι, assequor ἐπιτυγχάνω, abutor παραχρῶμαι, avertor ἀποστρέφομαι, angor ἄγχομαι anxius *sum*, [argutor φλυαρῶ, amictor περιβάλλομαι] adipiscor κατατυγχάνω, alloquor προσλαλῶ, | conitor συνεπερείδομαι, conloquor συλλαλῶ, consequor κατατυγχάνω, conqueror καταμέμφομαι, congredior συγκρούομαι εἰς μάχην συμβάλλω, comminiscor ἐπινοῶ commentus sum, enitor ἐπερείδομαι enisus et enixus sum, egredior ἐκβαίνω, elabor ἐξολισθαίνω, eloquor ἐκλαλῶ, expergiscor ἐξυπνίζομαι, exequor ἐκβιβάζω, fruor ἀπολαύω, fungor λειτουργῶ, gradior βαίνω, ingredior ἐπιβαίνω, inlabor ἐπολισθαίνω, insequor ἐπακολουθῶ ἐπιδιώκω, invehor ἐποχοῦμαι, irascor ὀργίζομαι, labor ὀλισθαίνω, loquor λαλῶ, liquor τήκομαι, morior ἀποθνήσκω, metuor ἐν φόβῳ ἐγώ, πρὸς φόβου σύ, nitor ἐπερείδομαι, nascor γεννῶμαι, obnitor ἀντεπερείδομαι, obliviscor ἐπιλανθάνομαι, obsequor πειθαρχῶ, paciscor συμφωνῶ pactus *sum*, proficiscor ἀποδημῶ, patior ὑπομένω, plector κολάζομαι μαστίζομαι, persequor μετέρχομαι, prosequor προπέμπω, perfruor ἀπολαύω, queror μέμφομαι, revertor ἐπανέρχομαι, ringor τρύχομαι, reminiscor ἀναπολῶ, regredior ὑποστρέφω, repetior ἀνα-δέχομαι, sequor ἀκολουθῶ, utor χρῶμαι, ulciscor ἀμύνομαι ultus *sum*, vescor τρέφομαι vestus sum.

Coniugationis quartae: assentior συγκατατίθεμαι, adorior ἐπιφύομαι, blandior κολακεύω, demolior καθαιρῶ, delargior ἀσωτεύομαι, experior ἀποπειρῶμαι, ementior καταψεύδομαι, largior δαψιλεύομαι, molior

---

Codex Sangallensis. 1 contueor θεωρω συνατενιζω connitor συνεπεριδομαι conloquor συνλαλω consequor κατατιγχανω conqueror καταμεμφομαι congredior συνκρουμεις μαχην σινβαλλω comminiscor επινοω commentus sum diffiteor αρνουμαι eniteor επεριδομαι enisus et enixus sum fateor ομολογω 3 meditus sum mereor κατεξιω 5 revereor] reueor reuertus sum tueor ενᾶ tutus uereor 8 ἐπιφύομαι] επιφιμαι ἐπιτυγχάνω] επιτυγρανω παραχρῶμαι] παραχομαι 9 sum *om.* φλοιαρω 10 adipiscor κατατυγρανω alloquor προσλαλω egredior εκβαινω. *omissa sunt hoc loco ea quae supra post* contueor *scripta erant* 15 εκβαβιζω απολαγω 16 επολισθανω 17 ολισθενω 21 sum *om.* 25 ulciscor] ulticor ultus sum] ulticus 27 επιφουμαι 28 κλακιω delurgor ασωτεουμαι 29 δαψιλεουμαι

---

18 *fortasse* metuor ἐμφοβῶ ἐγὼ πρὸς φόβον σου 24 repetior *ex* perpetior, *quod infra 434,2 post* partior *scriptum est, corruptum esse videtur*

p. 62. 63 H.

μηχανῶμαι, mentior ψεύδομαι. metior μετρῶ, operior ἀναμένω, orior ἀνατέλλω, ordior βιάζομαι, partior μερίζομαι, [patior ὑπομένω, perpetior πάσχω,] punior τιμωροῦμαι, remetior ἀναμετρῶ, sortior κληροῦμαι.

Verba quae praepositionibus appositis aliam significationem faciunt: moveo κινῶ, commoveo συγκινῶ, removeo ἀποκινῶ, admoveo προσκινῶ, circummoveo περικινῶ, transmoveo ἀποκρούομαι, demoveo καθαιρῶ. ago πράσσω, adigo ἐλαύνω, exigo δέομαι, perago τελίσκω, transigo διακόπτω . fundo χέω, perfundo διαχέω, refundo ἀναχέω, circumfundo περιχέω, defundo προχέω, perfundo, infundo, *effundo* ἐκχέω [surgo] ἀναστατῶ. scribo γράφω, ascribo προσγράφω, rescribo ἀντιγράφω, perscribo διαγράφω, circumscribo περιγράφω, transcribo συγγράφω συντελίσκω, subscribo ὑπογράφω, inscribo ἐγγράφω, praescribo προγράφω, conscribo συγγράφω . lego ἀναγινώσκω, anlego ἀξιῶ, allego δικαιολογοῦμαι, adlego ἐπιλέγομαι, translego περιέπω . solvo λύω, resolvo ἀναλύω, persolvo διαλύω ἀποδίδωμι, circumsolvo περιλύω, absolvo ἀπολύω . rapio ἁρπάζω, abripio πλανῶ, perripio διαρπάζω, | corripio συναρπάζω φθείρω, deripio ἐξαρπάζω. fero φέρω, infero ἐπιφέρω εἰσφέρω, affero προσφέρω, effero ἐκφέρω, transfero μεταφέρω, confero συμφέρω, defero ἀναφέρω, circumfero περιφέρω, profero προφέρω, subfero ὑποφέρω . cludo κλείω, recludo ἀνοίγω, includo ἐγκλείω, circumcludo περικλείω, concludo συγκλείω . munio τειχίζω, admunio προστειχίζω, circummunio περιτειχίζω, immunio ἐντειχίζω, permunio διατειχίζω, remunio ἀνατειχίζω [permunio διατειχίζω] . emo ἀγοράζω, coëmo συναγοράζω, redimo λυτροῦμαι . mitto βάλλω πέμπω, inmitto ἐμβάλλω, demitto ἀπολλύω, obmitto παραπέμπομαι, circummitto περιβάλλω, praemitto παραπέμπομαι, permitto ἐπιτρέπω, submitto ὑποπέμπω, committo ἁμαρτάνω, remitto ἀντιπέμπω, transmitto παραπέμπω . rumpo ῥήσσω, disrumpo ἀπορρήσσω, irrumpo εἰσορμῶ εἰῤῥήσσω, perrumpo διαρρήσσω, circumrumpo περιρρήσσω, prorumpo ἀπορρήσσω . *paro* ἑτοιμάζω, comparo ἀγοράζω, separo ἀποχωρίζω, disparo διαχωρίζω . fio γίνομαι, olfio ὀσφραίνομαι, calfio θερμαίνομαι, stupefio ἐκπλήσσομαι,

Codex Sangallensis. 3 πάσχω] νασχω punicor τυμωρουμαι 5 κινῶ] κεινω . *codem modo in compositis* 6 αποκροουμαι κατανρω 7 adigo ελλυνο egeo δαιομαι 9 effundo *om.* surgo *alia manu superscriptum est* 10 ascribo *corr. al. m.* asscribo 12 προγράφω] περιγραφω 13 allego] alligo 14 transligo 16 adsoluo απολιω perripio διαρναζω 17 deripio εξαρπαζω infero επιφερω εισφερω fero φερω afero προσφερω effero συνφερω transfero μεταφερω confero συνφ defero αναφ circumfero 24 coëmo] cumemo 28 απορησσω 29 διαρησσω περιρησσω απορησσω comparo 31 fio γεινομαι olficio

8 *fortasse* defundo καταχέω, profundo προχέω 19 *fortasse* defero καταφέρω, refero ἀναφέρω 22 *fortasse* permunio διατειχίζω, praemunio προτειχίζω, remunio ἀνατειχίζω 26 *fortasse* praemitto προπέμπω, praetermitto παραπέμπω

p. 63. 64 H.

madefio βρέχομαι, expergefio ἐξυπνίζομαι, obviam fio ἀπαντῶ . facio ποιῶ, calfacio θερμαίνω, olfacio ὀσφραίνω, stupefacio ἐκπλήττω, madefacio βρέχω, expergefacio ἐξυπνίζω.

Verba quae ex diversa interpretatione in eundem perfectum cadunt: acuo ὀξύνω, aceo ὀξύνω: frigo φρύγω, frigeo ψυχρός εἰμι: luceo φαίνω, lugeo πενθῶ: fulgeo ἀστράπτω, fulcio ὑπορθῶ: cerno δογματίζω, cresco αὐξάνω: paveo πτοοῦμαι, pasco νέμω: sisto ἵστημι, sto ἵσταμαι.

Item volo θέλω, volare ἵπταμαι: mandas ἐντέλλομαι, fundas θεμελιῶ: compellas προσλαλῶ, compellis ἀναγκάζω: dicas καθοσιῶ. no nas νήχομαι, navo ἀνδρίζομαι: caedo δέρω, cado πίπτω: audeo τολμῶ.

Amo φιλῶ amavi ἐφίλησα, aprico ἡλιάζω, accuso κατηγορῶ, acerbo δεινοποιῶ, adoro προσκυνῶ, acervo σωρεύω, affecto ἐπιτηδεύω, [accerso καλῶ,] aequo ἰσῶ, abrogo ἀκυρῶ, aedifico οἰκοδομῶ, agito ἡνιοχῶ, aestimo διατιμῶμαι, aggero σωρεύω ἐνὶ χώματι, aro | ἀροτριῶ, alieno ἀλλοτριῶ, adultero μοιχεύω, attamino θιγγάνω, amplio μεγαλύνω, amando ἀποσυνιστῶ, alligo δεσμῶ, angusto στενῶ, appello προσαγορεύω, armo ὁπλίζω, arto σφίγγω, albo λευκαίνω, adiuvo βοηθῶ, baiulo βαστάζω, basio καταφιλῶ, bello πολεμῶ, beo μακαρίζω, caeco τυφλῶ, canto ᾄδω κοκκύζω σαλπίζω, capto θηρῶ, caligo ἀμαυρῶ, caelo τορεύω, cribro, castigo ξυλοκοπῶ νουθετῶ, cavo κοιλαίνω, calcio ὑποδέννω, commuto ἐναλλάσσω, celebro γεραίρω ἑορτάζω, congrego συναγελάζω, celero ταχύνω, cero κηρῶ, cibo τρέφω, coepto πολλάκις ἄρχομαι, circo περινοστῶ, cito ἀναγορεύω καλῶ, cimusso σειρῶ cimussatio ἡ σειρὰ τοῦ βίρρου, clavo ἡλοκοπῶ, clamo φωνῶ κράζω, coagulo συντρέφω, coloro χρωματίζω, commodo κιχρῶ, comparo εὐτρεπίζω ὠνοῦμαι, copulo δεσμεύω, corono στέφω, corusco κραδαίνω, concilio φιλοποιῶ διαλλάσσω, calco πατῶ, conflo συγκροτῶ, conflicto καταπονῶ, conglobo συστρέφω, compilo † συνδρῶ πακίζω, corroboro στερροποιῶ, considero καταμανθάνω, consummo ἀπαρτίζω, continuo συνάπτω † οικιαν χω χωριω, contamino μιαίνω, contristo λυπῶ στυγνῶ ποινῶ,

---

Codex Sangallensis. 1 expergefio] expergiscor 2 θερμενω 3 βρέχω] βραχεω 5 aceo] acueo frigo φρύγω] friceo φριγω ψιχοσεμαι *corr.* ψιχοσειμι 6 νενθω 7 αιξανω sisto ιστημι pauo πτοουμαι pasco νεμω sto ισταμαι item uolo 8 θεμαιω *corr.* θεμαιλιω 9 ανακαζω καθοσιον nouas νηχομαι nauo αναριζομαι cedo 10 τολμῶ] τολλαω 12 acervo] acerbo επιτηλευω 14 agero 17 λευκαυνω 18 basio] basto 19 κοκκιζω αναυρω 20 cribro] κριβω νουθετῶ] νοθευω κοιλαινω Aui calcio 24 clavo] clabo 26 ὠνοῦμαι] σημαι κραδανω 27 πατῶ] παζω 28 συστρέφω] συντρεφω 29 consummo] consumo

---

4 Verba — 7 sto ἵσταμαι *Charis. p. 247,22* 8 Item — dicas καθοσιῶ *Charis. p. 256,12* 20 castigo ξυλοκοπῶ νουθετῶ *Hagenus* 28 *fortasse* compilo συλῶ μαδίζω 29 *fortasse* continuo συνάπτω, συνέχειαν ποιῶ

p. 64 H.

creo χειροτονῶ γεννῶ, cruento δειματῶ, crucio βασανίζω, crispo κραδαίνω, crepo ψοφῶ, cremo καίω, culpo ψέγω, coacervo συσωρεύω, condemno κατακρίνω, decoro καλλωπίζω, damno ζημιῶ, dealbo ἐκλευκαίνω, debilito πάρετον ποιῶ, dehonesto καταισχύνω, decortico ἀπολεπίζω, declino κλίνω, decurio δεκατῶ, decumo δεκατῶ, decorio ἀποβυρσῶ, denuntio ἀναγγέλλω, declaro δηλῶ, decollo τραχηλοκοπῶ, delibero βουλεύομαι, dispenso οἰκονομῶ, defatigo καταπονῶ, depravo στρεβλῶ, defaeco διυλίζω, devoro καταπίνω, defolio ἀποφυλλίζω, deglabro ψιλῶ, deliro παραληρῶ, deliquo διηθῶ, delecto τέρπω, denso πυκνῶ, desolo μονῶ, devirgino διαπαρθενεύω, dico καθοσιῶ, dicto ὑπαγορεύω, divito πλουτίζω, dilato πλατύνω, destillo καταστάζω, dirivo μετοχετεύω, discrimino διαιρῶ διασκορπίζω, do δίδωμι, domo δαμάζω, degenero ἀπατενίζω, dolo πελεκῶ, documento νουθετῶ, destino ἀφορίζω, duplico διπλασιάζω, dedico ἀφοσιῶ.

Codex Sangallensis. 2 καίω] κω 3 καλλωριζω τημιω 4 καταχρυνω 6 decorio] decurio 7 dispensio 8 στερεβλω defaeco] deficio 9 deglabro ψειχω delibro παρατηρω 10 πυκνῶ] πικνω 11 ὑπαγορεύω] υπαρθενω πλατινω 13 dolo] doto νουτετω destinato αφοριζω

---

14 *reliqua verba activa, quorum indices similiter per ordinem litterarum et coniugationum dispositi in codice Charisii scripti sunt, in Sangallensi codice omissa sunt dimidia fere parte paginae vacua relicta.*

ARVSIANI MESSII

EXEMPLA ELOCVTIONVM

EX VERGILIO SALLVSTIO TERENTIO CICERONE
DIGESTA PER LITTERAS.

Arusiani Messii exempla elocutionum Lindemannus in primo volumine grammaticorum latinorum ex Gudiano codice edidit a. 1830 . ante hunc Angelus Maius eundem librum Cornelii Frontonis nomine inscriptum, sed multis elocutionibus vel exemplis omissis in breviorem formam redactum ex Ambrosiano codice ediderat una cum epistulis et orationibus Frontonis tum primum editis Mediolani a. 1815, quam editionem quattuor codicibus Vaticanis adhibitis Romae a. 1823 repetivit . ego in nova editione lectionem libri ad fidem codicis Neapolitani bibliothecae regiae IV A 11 expressam exhibui . is enim ex vetere codice Bobiensi, quo solo Arusiani liber memoriae proditus erat, descriptus est . ex hoc autem reliqui libri, qui nunc extant, ducti sunt . sed quoniam depravata eius libri apographa olim a multis usurpata sunt, de his quoque dicendum est, ut demonstretur, ex quibus fontibus ea derivata sint, neque ullam auctoritatem tribuendam esse lectionibus ex iis depromptis intellegatur*).

Bobiensis igitur codex in catalogo codicum Bobiensium anno 1461 facto, quem Amedeus Peyron post Ciceronis orationum fragmenta a. 1824 edidit, descriptus est ita, p. 29 sq., *Ysidori episcopi Tractatus de astronomia . Eiusdem liber de usu litterarum . Ysidori senioris liber promiorum . Eiusdem liber de vita vel obitu sanctorum qui in domino precesserunt . Eiusdem Tractatus de interpretatione nominum hebraycorum . Tractatus velilongi de orthographia . Prisiani gramatici vel porte . Adamanti sive martirii de B muta et U vocali . De emendatione et notis veterum librorum . De distinctionibus . De positione . Augustini Tractatus ad petrum de vera fide . Ysidori episcopi liber secundus de interpretatatione nominum hebraycorum . Ciclus pascalis vid. modus adinveniendi festum pasce . Arusiani messi vc. or. comitis primi ordinis Exemplaria elocutionum ex Virgilio Salustio Terrentio Cicerone digesta per litteras alphabeti . omnia suprascripta in littera longobarda obscura . parvi vol .* ex hoc codice post annnm 1493, quo anno Bobienses codices a Georgio Merula inventos esse scimus, praeter Velii Longi et Adamantii Martyrii

*) Plurima eorum quae de libris manu scriptis Arusiani supra scripta sunt nuper in indice lectionum Halensium aestiv. a. 1879 exposui, quae hoc loco repetivi, nequid desideraretur, quod ad confirmandam rationem in nova editione institutam pertineret.

libros, de quibus supra p. 39 et p. 136 dictum est, hic Arusiani liber in codicem Neapolitanum IV A 11, qui olim Parrhasii fuit, transcriptus est . is autem post Longi et Martyrii libros et catholica Probi legitur ita,

Cornelii Frontonis
Incipit Arusiani messi $\overline{uc}$. $\overline{or}$ *comitis primi ordinis exempla elocutionū* | *Ex Vergilio Salustio Terentio Cicerone digesta per litteras* | *Abundans illius rei — aduoluebantur . idem* . extrema libri pars, in qua haud dubie de elocutionibus ab V littera incipientibus olim plura scripta erant, cum subscriptione defectu membranarum, ut videtur, codicis Bobiensis periit . inscriptio rubro colore, sed eadem manu atque ea quae deinde sequuntur scripta est . Cornelii Frontonis quoque nomen, quod nomini Arusiani superscriptum est, eandem scripturam refert. Iannellius catalog. biblioth. lat. in reg. Neap. mus. Borbon. p. 10 *A. Cornelii Frontonis* exhibuit, et videntur unius litterae vestigia ante *Cornelii* relicta esse . Gustavus Iuergensius, qui librum in meum usum cum editione Lindemanni contulit, eum a duobus hominibus scriptum esse mihi indicavit . nam post elocutionem *fine illius rei — mare* p. 231 ed. Lind. diversam a prioribus esse scribentis manum eamque diversitatem in eo quoque apparere, quod inde ab illo loco constanter *Verg.* scriberetur, cum antea *Virg.* scriptum esset . praeterea pauca p. 215 *circumventis — misitque sub amnem* alia manu atque reliqua scripta esse adnotavit . scriptura autem veteris archetypi, ex quo codex descriptus erat, ita in eo repraesentata est, ut vitiosae lectiones accurate repeterentur atque ea etiam quae tamquam corrupta tribus punctis supra positis notata erant eodem modo exhiberentur. pauca in prima scriptura correcta vel addita sunt . sed ea omnia fere ab eodem librario, qui suos errores ipse correxerat, profecta sunt; raro alterius manus in illis apparet . ceterum verba grammatici ita scripta sunt, ut ab una quaque elocutione novi versus initium fiat, eademque ipsius archetypi ratio fuit.

Huius codicis apographum est alter Parrhasii codex, qui nunc est Neapolitanus IV A 12, in quo Arusiani liber item post Longi et Martyrii libros scriptus est . nam Probi catholica in eo scripta non sunt . inscriptionem ab eo qui apographum fecerat omissam postea Parrhasius ex priore codice addidit, *Arusiani Messi* $\overline{uc}$ *. or. comitis primi ordinis exempla* | *elocutionum ex Virg. Sallust . Terent . Cicer. digesta per litteras* . idem in margine adnotavit haec, *Arusiani, a quibusdam substitutum erat Cornelii Frontonis improbe* . ex priore autem Parrhasii codice, non ex ipso archetypo hunc descriptum esse, id quod de Velio Longo supra dixi, in Arusiani quoque libro plurimis certissimisque indiciis apparere duobus codicibus inter se collatis mihi confirmavit Iuergensius . sed scriptura, quae ex altero codice accurate repetita erat, postea multis locis partim a

Parrhasio partim alia manu adscriptis coniecturis vel ipsis verbis mutatis correcta est.

Ex his duobus Parrhasii codicibus omnis Arusiani notitia ad eos qui postea vel totum librum descripserunt vel singulos locos ex eo deprompserunt propagata est . horum primus fuit Ianus Pierius Valerianus, qui in castigationibus in Virgilium Romae a. 1521 primum editis cum alios grammaticos, quos a Parrhasio acceperat, tum Arusianum saepius commemoravit . de codice autem quo usus est scribit haec in Verg. bucol. 1,80, 'Sed *hanc noctem* agnoscit Arusianus Messus in eodem Elocutionum libello, qui falso sub alterius nomine circumfertur, cuius legitimam inscriptionem inveni in Iani Parrhasii Bibliotheca' . deinde Nicolaus Heinsius a. 1647, tum cum per aliquot menses Neapoli versabatur, Parrhasii codices vidit et alterum eorum descripsit . qua de re in duabus epistulis Neapoli ad I. F. Gronovium datis scripsit haec syll. epist. ed. Burm. v. III p. 181 die 20 Mai a. 1647, 'Futurum video ut aestas proxima hic mihi transigatur. Inveni enim Grammaticorum nonnullorum hactenus ni fallor inedita, magno mihi usui futura, quae omnino velim describere. Inter quos Volusianus Messus, quem alii Cornelium Frontonem volunt. Is fragmenta Ciceronis ac Sallustii multa citat, quae in eorum operibus frustra quaerantur. In phrasibus minus usitatis annotandis potissimum occupatur, quas ex quatuor auctoribus selegit, Virgilio, Terentio, ac iis, quos iam nominavi. Ubi Macrobii Saturnalia absolvero (quorum veterrimus codex, sed non multum a vulgatis editionibus diversus), ad Volusianum describendum transibo' . ib. p. 184 mense Iunio a. 1647, 'Nunc sum in describendo Arusiani Messi de elocutionibus libello, in quo fragmenta Ciceronis et Sallustii multa' . de eodem invento Isaacus Vossius ad N. Heinsium scripsit ib. p. 569 et 579 . erant autem codices tum, cum Heinsius eos videbat, in monasterio S. Ioannis in Carbonaria, in quo libros Parrhasii ex hereditate Antonii Seripandi, cui ille eos legaverat, diu servatos esse constat, priusquam in publicam bibliothecam delati sunt .

Heinsii apographum postea a multis usurpatum vel denuo descriptum est . nam praeter ea quae ipse Heinsius in notis ad Ovidium, Vergilium, Valerium Flaccum et in adversariis ex Arusiani libro edidit, ex eius schedis petita sunt quae Ioannes Rhodius in lexico Scriboniano p. 344 de eo scripsit, '*Abstinet se illa re:* Arusianus Messus MS in Exemplis elocutionum, apud Clericos Regulares Neapoli . Cuius loco in quibusdam codicibus perperam Cornelii Frontonis nomen scriptum observavit Nicolaus Heinsius', et p. 379 'Proinde Nicolaus Heinsius vere apud Arusianum Messum legit *Erumpit se inde* . Pro quo MS liber habet *erumpit inde';* item quae de codice quodam Graevii Fabricius in indice bibliothecae latinae v. III p. 914 rettulit, 'Arusiani Messii primi ordinis V. C. CR.

Comitis elocutionis libellum ex Virgilio, Sallustio, Terentio, Cicerone per litteras digestum allegat Nic. Heinsius ad Valerium Flaccum p. 174. 282. 336. Illum e Codice B. Godfridi Graevii, Consulis Lipsiensis, Andreas Stübelius suis locis inseruit novae editioni thesauri eruditionis Scholasticae Basilii Fabri Lips. 1710. 1717 fol.' . ceterum perpauca tum in novam thesauri editionem ex Arusiani libro recepta sunt . post mortem Heinsii eius schedae ad Dorvillium pervenerunt, apud quem Petrus Burmannus Secundus eas denuo descripsit, de quo in commentario de vita N. Heinsii ante illius adversaria edito p. 9 de itinere Italico Heinsii et de invento ab eo Arusiani libro disserens scribit haec, 'Passim enim Arusiani Elocutionum libellum ad partes vocat in Commentario Virgiliano Pierius Valerianus, Carrio ad Sallustium non semel, qui et fragmenta Sallustii ex eo conlecta inlustravit, et in notis pag. 451 Ed. Grut. inscite ab aliis Cornelio Frontoni tribui hunc foetum observat; idque Heinsii nostri testimonio usus notavit Rhodius ad Scribon. Largum pag. 344. Eius autem exemplar apographum describere aliquando mihi licuit beneficio Phil. D'Orvilli, qui et hunc thesaurum inter alia literaria peregrinationis Italicae spolia, quibus onustus in patriam rediit, adservat.' nam de Heinsii exemplo, non de novo Arusiani apographo a Dorvillio facto haec narrare Burmannnum puto . in Burmanni autem apographo Ruhnkenius, qui in praefatione ad Rutilium Lupum p. XXVI et saepius in notis ad Velleium Arusiani mentionem fecit, librum legisse videtur . plura ipse Burmannus variis locis ex eo deprompsit . eodem apographo et alio quodam, quod ipsum quoque Burmannus possidebat, usus est Petrus Bondamus, qui, cum editionem Arusiani pararet, a. 1760 Burmanni exemplum cum notis quibusdam et coniecturis ab illo additis descripsit et alterius discrepantiam in margine adnotavit . haec manu Bondami scripta cum paucis chartis novae editionis typis expressae, quam ille inceperat, sed mox omiserat, nunc in Leidensi bibliotheca servantur inter codices Perizonianos 84 . inscriptioni libri ex Neapolitanis codicibus repetitae, *Arusiani Messi* sqq., addita est adnotatio Parrhasii supra relata, *Arusiani a quibusdam substitutum erat Cornelii Frontonis improbe* . ex quo apparet non priorem codicem Neapolitanum, sed illum alterum, in quo scriptura archetypi ab Italis correcta erat, ab Heinsio descriptum vel certe praeter priorem in describendo adhibitum esse . ipse Bondamus apographo suo subscripsit haec, 'Petrus Bondam ex Apographo Elegantissimo Petri Burmanni Secundi, qui illud descripserat ex codice V. Cl. J. Ph. Dorville, descripsi et absolvi Zutphaniae d. XVII Iulii MDCCLX' . deinde de utroque apographo, quo usus erat, in scheda codici praefixa monuit haec, 'Ex Apographo Burmanni ipsiusmet manu scripto descripsi haec. Idem vero Burmannus et alterum communicavit Apographum ab alio scriptum, quod

cum nostro contuli et variationes exinde excerptas et margini adscriptas notavi A2. In isto autem Apographo loca autorum, ubi inveniri possunt, eodem modo ac in Burmanniano notata erant. Ex isto autem Apographo suum non confecit Burmannus . patet id ex pag. 17. 99. 127. 169, ubi plura habet Burmannianum exemplum' . hoc Bondami codice, qui nunc est Perizonianus, Martinus des Amorie van der Houven in specimine litterario de nonnullis locis veterum scriptorum cum appendice de Arusiani Messii exemplis elocutionum Amstelodami a. 1845 usus est et non nullas codicis lectiones protulit . sed praeter Bondamum Santenius quoque a Burmanno apographum libri acceperat, quod postea cum reliquis Santenii libris in Berolinensem bibliothecam translatum est ibique nunc inter Diezianos codices habetur 97.4. in eo quoque, sicut in Perizoniano, notae Burmanni additae sunt, quibus alia manu praescripta sunt haec, 'Arusianum ex codice Philippi D'Orvillii descripserat Burmannus Secundus, qui apographo sequentia fere adnotaverat' . ex Santenii copiis olim Martyni-Laguna novam Arusiani editionem paravisse dicitur, de quo Beierus in Cic. fragm. orat. p. Scaur. p. 196 narrat haec, 'Dudum ante Maium apographum d'Orvillianum editioni paraverat adiectis Laurentii van Santen obss. Io. Aloys. Martyni-Laguna, multis exemplis (ut ipse mihi litteris significavit) locupletius. Sed post obitum viri in relictis chartis nihil inventum est; superstes tamen opus illud incendio fuerat.'

Ex eodem Heinsii apographo codex Gudianus, ex quo Lindemannus Arusiani librum edidit, videtur ductus esse . is est in bibliotheca Wolfenbuttelana inter codices Gudianos 281, ipsius Gudii manu scriptus, ut adnotatum est in codice, 'Marq. Gudius e msto cod. descripsi a. CIↃIↃCLIX'. lectiones autem a Lindemanno ex eo prolatae cum Perizoniano codice saepissime consentiunt; quaedam vero etiam, quae in hoc coniecturae loco adscriptae sunt, in Gudiano in continuitatem verborum receptae leguntur . accuratius tamen de hoc codice non quaesivi, neque multum interesse puto, ex quo fonte coniecturae, quibus in hoc, sicut in reliquis apographis, scriptura archetypi saepe mutata est, ductae sint.

Postea Neapolitano codice usus est Garatonius, qui exempla Ciceronis ex eo descripta habebat eaque in editione orationum Ciceronis saepe commemoravit . eius verba sunt haec Cic. orat. v. VII Neapoli a. 1786 praef. p. VI, 'Is denique (Franciscus Gualterius) his paucis diebus ex Neapolitano Arusiani Messi codice, quem aedes possidet Apostolorum, rogatu meo elocutionum exempla Tulliana descripsit. Quum enim grammaticos a Putschio conlectos, Quinctilianum, aliosque rhetores, Gellium, Nonium, Isidorum, Donatum, Servium, Horatii, Lucani, Statii scholiastas, et quidquid antiquorum potui, diligenter adhibuerim, ad eos locos, quos ab iis productos a me tractari oportebat, neque me, post aliorum operam in ea re, meam perdidisse

arbitrarer: moleste ferebam unum mihi Arusianum deesse, quem tamen editum in Stubeliano Fabri thesauro inaudiveram: idque incommodum Gualterius a me non levi suo incommodo depulit.' lectiones autem a Garatonio exhibitae a priore codice Neapolitano interdum paulum dissentiunt. quare is quoque altero codice, quem ad Heinsii apographum adhibitum esse dixi, videtur usus esse.

Restat ut de excerptis quae in libris manu scriptis nomine Cornelii Frontonis inscripta et ab Angelo Maio edita sunt dicatur . huius modi libros novi tres extremis quinti decimi vel primis sexti decimi saeculi annis scriptos, unum Vaticanum 3402, qui olim Fulvii Vrsini fuit, alterum item Vaticanum 5216, tertium Ambrosianum D498 inf., in quibus codicibus hic liber praescripto titulo *Cornelii Frontonis exempla elocutionum* post Velii Longi et Adamantii Martyrii libros, qui in Neapolitanis quoque codicibus ante illum scripti sunt, legitur: cf. gramm. lat. v. VI p. 247. iisdem libris et duobus praeter hos Vaticanis Maius usus est, cum haec excerpta eodem titulo, quem modo ex manu scriptis libris exhibui, praescripto ederet . de codicibus autem, quos usurpaverat, in Romana editione haec adnotavit, 'Grammaticum opusculum exempla elocutionum tribuitur Cornelio Frontoni in quinque codicibus a me observatis, in ambrosiano videlicet uno et in quatuor vaticanis, quorum tamen unus nonnisi selecta quaedam habet, quae ab exemplari Basilii Zanchii manu scripto desumpta dicuntur' . sed in iis quae Maius horum codicum scripturam secutus edidit non solum exempla scriptorum, quae grammaticus posuerat, saepe neglegenter scripta et omissis quibusdam vocabulis interdum decurtata vel plane omissa, verum etiam, in posteriore maxime libri parte, hoc est inde ab elocutionibus ab i littera incipientibus, multae elocutiones cum suis exemplis omissae sunt . quae omnia postea Lindemannus ex Gudiano codice supplevit . in priore vero libri parte quaedam, quae in exemplis scriptorum apud Arusianum corrupta erant, in his Frontonis excerptis ex ipsorum scriptorum libris correcta sunt . praeter haec autem, quae neglegentia vel consilio eius qui excerpta fecit mutata sunt, lectiones a Maio exhibitae ita cum apographis Arusiani consentiunt, ut dubitari nequeat quin hi quoque libri ad idem archetypum, ex quo illa descripta sunt, revocandi sint omnisque illa mutatio Italis potius quam veteri cuidam grammatico tribuenda sit . huc accedit quod aliorum grammaticorum libri, qui una cum Arusiani libro ex Bobiensi codice descripti in codice Parrhasii leguntur, ad illos libros, in quibus excerpta quae Frontoni tribuuntur scripta sunt, ex hoc ipso apographo, non ex Bobiensi archetypo propagati sunt . ex quo suspicari possumus haec quoque excerpta ex eodem codice, ex quo reliqui libri descripti erant, facta et ipsum Frontonis nomen, quod iis inscriptum est, ex illo petitum esse. sed quoniam codex Parrhasii,

in quo nomini Arusiani nomen Cornelii Frontonis adscriptum est, ex Bobiensi archetypo accurate expressus est, haud improbabile videbitur in hoc similiter utrumque nomen in praescriptione libri positum fuisse. et videtur sane huc pertinere titulus qui inter Bobienses codices post catholica Probi relatus est in Raphaelis Volaterrani commentariis urbanis f. 56, *Corneli Frontonis elegantiae latinae,* et in principe editione Terentiani Mauri, *Cornelii Frontonis elegantias* . nam Arusiani mentio facta non est in libris Bobii inventis . in libello autem differentiarum, quem Parrhasius nomine Frontonis inscriptum in editione Probi Vicetina a. 1509 ex alio codice item Bobiensi edidit, illud nomen omnino fidem non habet.

Iisdem excerptis quae Frontonis nomine inscripta vulgo ferebantur ii qui primi in fragmentis Sallustii et Ciceronis colligendis operam collocaverunt usi sunt et exempla in illis citata in suas fragmentorum editiones receperunt . ad hunc fontem enim revocanda est memoria Frontonis ab Aldo Manutio et Iano Dousa in notis ad Sallustium, a Carolo Sigonio et Andrea Patricio in fragmentis Ciceronis, a Fulvio Vrsino in notis ad Sallustium et Ciceronem saepe appellati . ex his Sigonius et Vrsinus eo codice qui nunc Vaticanus 3402 est usi sunt, de quo Sigonius in Cic. fragm. Venetiis 1560 f. 56, Cic. de rep. I 12,18 *nuntiatum est venire Laelium domoque iam exisse,* scribit haec, 'Hoc autem fragmentum, ut multa post alia, ex Cornelii Frontonis grammatici ueteris libro quodam, qui Elocutionum exempla inscriptus est, mutuatus sum . quem librum ex intimis Rainutii Farnesii, Cardinalis illustrissimi, thesauris, domino ipso concedente sumptum ad me Roma iuuenis ornatissimus atque doctissimus Fuluius Vrsinus, amicus meus, misit . hic autem, cum praeclara multa, eaque incognita Ciceronis ad antiqui latini sermonis formulas demonstrandas exempla contineat, adeo mihi ad haec concinnanda fragmenta fuit commodus, ut, quidquid iis ornamenti hac noua editione accesserit, id omne humanissimi principis liberalitati, et ad bonarum litterarum studia fouenda, et ueterem earum laudem renouandam nati, acceptum referendum sit': cf. Arus. p. 227 L. ipse Vrsinus autem codicis sui mentionem fecit not. in Cic. Antverp. 1581 p. 177, not. in Sallust. Antverp. 1595 p. 345 et p. 359. Manutius, qui primus ex Frontonis libro fragmenta Sallustii recepit, a Scipione Pettio eum librum se accepisse indicat in editione Sallustii Venetiis 1563, fragm. hist. I 32 ed. Dietsch *Nihil ob tantam mercedem sibi abnituros,* 'Ex Cornelii Frontonis de Exemplis elocutionum libello, nondum edito, quem legi commodatum a Scipione Pettio, uiro optimo, et singulari quadam in pervestigandis Veterum libris diligentia praedito': cf. Arus. p. 210. Patricius eundem librum commemoravit in Cic. fragm. Venetiis 1565 apud Graevium Cic. orat. v. III 2 p. 942 *quod non detrectare militiam, sed defendere provinciam iudicata est,* 'Fragmentum recens allatum a me ex

Frontonis quodam libro, qui continet exempla elocutionum. Quem quidem librum, cum Io. Zamoscius noster, adolescens litteratissimus, ex Italia in Poloniam ad me misisset, quoniam antea quoque ex eo Sigonius quadraginta fere alia fragmenta elicuerat, inque suam posteriorem editionem transtulerat; dedi et ipse operam, ut inde etiam et huic nostrae commendationi accessio nonnulla quaesita esse videretur': cf. Arus. p. 226.

Denique ex hoc genere codicum fuit is quo Ludovicus Carrio in editione Sallustii Antverpiensi a. 1579 usus est, quamquam is non Frontonem, sed Arusianum Messum, quem dicit, auctorem libri appellavit. hoc nomine enim saepius eum commemoravit eique primus ea quae antea Frontone auctore recepta erant vindicavit, in Sall. fragm. hist. I 9 p. 6 ed. Hav. *armata montem sacrum atque Aventinum insedit,* 'Arusianus Mess. libello de elocutionum exemplis, quem quidam inepte pariter et inscienter Cor. Frontoni tribuunt, haec Sallustiana citat': cf. Arus. p. 236. ipsum codicem Elnonensem fuisse dicit in fragm. hist. I 85 p. 35 ed. Hav. *maturaverunt exercitum Dyrrhachium cogere,* 'Arusianus eodem quo superiora libro: *Cogo te domum. Dyrrhachium* autem posui pro *brachium,* quod ita in libro Elnonensi esset': cf. Arus. p. 218.

Omnia autem quae ex his libris olim ab editoribus Sallustii et Ciceronis prolata sunt cum Maii codicibus plane consentiunt. ac ne Carrio quidem in Elnonensi Arusiani codice, quem dicit, plura legebat, quam quae in excerptis Frontonis, quibus reliqui usi erant, scripta sunt, sed exempla Sallustii in illis saepe decurtata eodem modo repetivit. coniectura inventam lectionem e codice suo protulit in fragm. hist. I 24 apud Arusianum p. 233, *gnarus illius, Sal. hist. I et numeri eorum Metellus per litteras gnarus,* ubi pro *et numeri,* quod in libris manu scriptis legitur, *itineris* scripsit hac addita adnotatione p. 40 ed. Hav., 'ita in meo Arusiano est, quod ab aliis legi video: *et muneris eorum*. male. Messus in locutione: *gnarus illius*'. ceterum post Carrionem non invenio a quoquam Elnonensem Arusiani codicem commemoratum esse, neque inter codices Elnonenses qui nunc supersunt eius memoria extat.

Nimis longa disputatione opus fuit ad rationes eorum codicum, qui adhuc in libro Arusiani usurpati sunt, explicandas, quamquam eorum omnium nullam utilitatem esse ex his ipsis quae dixi apparet. nam incorrupta veteris scripturae fides ex solo Parrhasii codice, quem priorem dixi, cognoscitur; reliqua apographa, ubicumque ab illo dissentiunt, aut errore scribentium depravata aut coniecturis Italorum et Batavorum, qui multum operae olim in hoc libro collocaverunt, mutata sunt. itaque ad memoriam Bobiensis codicis restituendam hunc unum ducem secutus sum. compendia etiam scripturae, quibus nomina scriptorum et librorum, e quibus exempla elocutionum petita sunt, significata erant, ex codice

repetivi, nisi quod in nomine Vergilii, in quo varium esse libri manu scripti usum supra dixi, constanter *Verg.* scripsi. in emendatione autem vitiosae scripturae modus adhibendus fuit, propterea quod in exemplis scriptorum multa haud dubie neglegentia grammatici vel vitio codicum quibus usus erat corrupta sunt, quae saepe ab erroribus librariorum certo iudicio distingui non poterant . scripturam codicis a recepta lectione discrepantem in adnotatione separatim posui . in reliqua adnotationis parte primum ex Maii et Lindemanni editionibus ea quae memorabilia esse videbantur indicavi; pauca etiam ex Perizoniano codice, quem olim cum Lindemanni editione contuleram, addidi . nam quaedam in iis recte emendata erant, alia propterea, quod in editiones scriptorum ad quos pertinent recepta et usu tradita erant, sine incommodo legentium praetermitti non poterant . ea quae ex Gudiano codice Lindemannum secutus adscripsi postea cum ipsa codicis scriptura contuli et, ubi opus erat, correxi . deinde, siquid in exemplis scriptorum in codice corruptum erat, breviter quid in codicibus eorum scriptorum qui nunc supersunt scriptum esset indicavi, quo facilius de Arusiani lectione iudicari vel unde emendatio petita esset intellegi posset . denique in paucis elocutionibus locos aliorum grammaticorum, qui eadem veterum scriptorum exempla vel ex ipso Arusiani libro vel ex communi fonte petita exhibent, adscripsi, quamquam constantem rationem in ea re servare nec potui nec volui.

Qua aetate Arusianus vixerit, testimonio constat veteris codicis Beroliuensis olim Santeniani 66 . in eo codice enim p. 218 et 219 leguntur tituli librorum non nullorum nono saeculo scripti, quos Hauptius opusc. v. III p. 425 edidit, inter quos in fine indicis Arusiani liber descriptus est ita, *incipit Messi oratoris de elocutionibus Olybrio et Probino Messius* . Olybrium autem et Probinum, ad quos librum scriptum fuisse hoc testimonio comperimus (nam in Bobiensi codice praefatio omissa erat) consules fuisse anno p. Chr. n. 395 constat . unde sequitur aut hoc ipso anno, tum cum illi collegae erant, aut circa hoc tempus ad illos a grammatico librum missum esse . nam quoniam fratres erant Olybrius et Probinus, potuerunt eorum nomina, sicut adnotavit Hauptius, etiam praeter consulatus occasionem uni libello inscribi . ad idem tempus pertinet, quod Arusianus inter exempla quattuor veterum scriptorum duo posuit Symmachi, aequalis sui, exempla p. 217 et p. 244 . neque enim dubitandum est quin haec ab ipso grammatico scripta, non postea exemplis ab illo collectis addita sint . oratoris titulum haud insuetum etiam grammaticis illius aetatis fuisse adnotavit Ruhnkenius praef. in Rutil. Lup. p. XXVI . praeterea in inscriptione libri dicitur vir clarissimus comes primi ordinis . dignitatem autem comitum primi secundi tertii ordinis, de

qua dixit Mommsenius mem. dell' Inst. v. II p. 302 et Herm. v. IV p. 127, post Constantini aetatem institutam esse scimus . ex posterioribus scriptoribus unus Cassiodorius huius libri mentionem fecit, instit. div. lect. c. 15 p. 517 ed. Gar., *regulas igitur elocutionum latinarum, id est quadrigam Messi, omnimodis non sequaris, ubi tamen priscorum codicum auctoritate convinceris.* sed exemplis ab Arusiano compositis usus est Priscianus, qui in duodevicesimo libro institutionum grammaticarum saepius elocutiones verborum et nominum iisdem exemplis, quae ille adscripserat, confirmata posuit . certissima eius re indicia inveniuntur in his, p. 216,22 *abundans,* p. 277,6 *averto,* p. 273,3 *medicor,* p. 274,9 *praestolor,* p. 333,27 *potior,* p. 292,8 *propius.* similis consensus exempla cum apud alios grammaticos tum apud Nonium inveniuntur . sed ea et numero pauciora sunt et ita comparata, ut ex communi fonte potius quam ex ipso Arusiani libro petita sint.

ARVSIANI MESSII

EXEMPLA ELOCVTIONVM

EX VERGILIO SALLVSTIO TERENTIO CICERONE DIGESTA PER LITTERAS

p. 209 ed. Lind.

Abundans illius rei, Verg. in buco. *(2,20)* 'nivei quam lactis abundans'. abundans illa re, Cicero pro Cornelio libro II 'quis tam abundans copiis . abundat illa re, Cic. pro Cluentio *(65,184)* mulier abundat audacia . abunde est huius rei, Verg. Aen. VII *(552)* terrorum et fraudis abunde est.

Ardet illa re, Verg. Aen. XI *(782)*

femineo praedae et spoliorum ardebat amore .

ardet illam rem, idem in buc. *(2,1)*

formosum pastor Corydon ardebat Alexim .

ardet in illa re, Salust. bello Catil. *(5,4)* ardens in cupiditatibus . ardet in illam rem, Verg. *Aen. VII (623)* ardet in excitam Ausoniam.

Avertit hac re, Verg. Aen. I *(38)*

nec posse Italia Teucrorum avertere regem .

avertit ab illa re, Cic. Philip. *(VII 28)* ab urbe M. Antonii impetus in Galliam avertit. aversus ab illo, Cic. in Catil. III *(9,21)* tam aversus a vero .

Accingo me huic rei, Verg. Aen. I *(210)*

illi se praedae accingunt dapibusque futuris .

Codex Parrhasii 1 Incipit Arusiani Messi uc. or. comitis primi ordinis exempla elocutionum | Ex uergilio Salustio Terentio Cicerone digesta per litteras. *Arusiani nomini eadem manu superscriptum est* Cornelii frontonis *detrita, ut videtur, ante* Cornelii *littera* a 14 Aen. VII *om.* 17 Antonium *corr.* Antonii 18 tam] Iam 21 illi se hüic praedae

---

M editiones Angeli Maii Mediolanensis a. 1815 et Romana a. 1823
G codex Wolfenbuttelanus Gudianus 281
P codex Leidensis Perizonianus 84
4 Abundans] *Prisc. l. XVIII p. 216* 15 Avertit] *Prisc. l. XVIII p. 277* 17 M. Antonii impetus nefarios ab urbe in Galliam avertit *Cicero*

p. 210 L.

accingor illam rem, | idem Aen. IIII *(493)* magicas invitam accingier artes . accingo illi illam rem, idem Aen. XI *(489)* laterique accinxerat ensem . accingor illa re, idem Aen. VII *(640)* fidoque accingitur ense .

Appulit huic rei, Verg. *Aen.* I *(377)*

forte sua Libycis tempestas appulit oris .

appulit ad hoc, Ter. in Andria *(prol. 1)*

poeta cum primum animum ad scribendum appulit.

Avidus hoc facere, Verg. Aen. XII *(290)* avidus confundere foedus . avidus illius rei, idem Aen. VIIII *(661)* ergo avidum pugnae dictis, Salustius hist. IIII avidior modo properandi factus. avidus ad hanc *rem,* Ter. Eun. *(I 2,51)* aliquantum ad rem est avidior.

Abnuo fieri hoc, Verg. Aen. X *(8)*

abnueram bello Italiam concurrere Teucris .

abnuo de illa re tibi, Salust. bello Iug. *(84,3)* neque illi senatus de ullo negotio abnueret . abnuo tibi hoc, idem hist. I nihil ob tantam mercedem sibi abnuituros .

Amicus illi, Verg. Aen. VIIII *(774)* et amicum Crethea Musis . amicus illius, Ter. Adel. *(Phorm. I 1,1)*

amicus summus mei et popularis Geta .

Adhibet illi, Verg. Aen. V *(62)* adhibete penates et patrios epulis . adhibet in illum, Cic. de domo sua *(23,60)* crudelitatem expromo, quam in me ipsum ac meos adhibuistis . adhibet in illo faciendo, Cic. Siciliensi *(in Verr. II 77,189)* adhibentur in scribendo viri primarii .

Adiuro hoc, Verg. Aen. XII *(816)*

adiuro Stygii caput implacabile fontis.

adiuro per hoc tibi, Ter. Andria *(IV 2,11)* per omnes tibi adiuro deos .

Aestimo hoc illa re, Cic. in Ver. de suppliciis *(in Verr. V 9,23)* haec vero, quae vel vita redimi recte possunt, aestimare pecunia non queo . aestimo hoc ex illa re, Sal. bel. Catil. *(10,5)* amicitias inimicitiasque non ex re, sed ex commodo aestimare.

Codex Parrhasii 5 Aen. *om.* 6 Lybicis 9 hoc] ho 12 rem *priore loco om.* 21 Aen. V] Aen. VIIII

---

12 aliquantulum *M* 16 abnueret] abnuerat *GP,* abnuere audebat *Sallustius* 19 Adel *pro* Phormione *scriptum errori grammatici videtur tribuendum esse, nisi excidit versus Adelph. IV 5,17* hic meus amicus illi genere est proximus 20 mei] meus *Terentius* 23 in ipsum me *Cicero* 24 adhibentur in exscribendo de conventu viri primarii *Cicero* primarii viri *ex G edidit Lindemannus*

. 210. 211 L.

Abutor illa re, Cic. in Catil. I *(1,1)* abutere, Catilina, patientia nostra . abutor illam rem, Sal. bel. Catil. *(13,2)* quibus mihi videntur ludibrio fuisse divitiae, quippe quas habere honeste licebat, abuti per turpitudinem properabant, Ter. Andria *(prol. 5)*

nam in prologis scribendis operam abutitur.

Abdicat se illa re, Cic. in Catil. libr. III *(6,14)* Lentulus cum se praetura abdicasset . abdicatur illa res, Sal. bello Catil. *(47,3)* senatus decernit uti abdicato magistratu Lentulus * .

Amplius illa re, Cic. frumentaria *(in Verr. III 19,49)* quid si duabus partibus doceo te amplius frumenti abstulisse quam populo Romano misisse, Sal. bello Catil. *(56,2)* amplius duobus milibus. amplius illam rem, idem in eodem *(59,6)* amplius annos triginta cum magna gloria fuerat .

Adversus illius, Sal. Iug. *(43,1)* acri viro et quamquam adverso populi * id est adversus illi nobilitatis.

Adversum te pro apud te, Ter. Andria *(I 1,15)*

et id gratum fuisse adversum te habeo gratiam.

Ad et apud confuse ponuntur, Verg. Aen. I *(24)*

prima quod ad Troiam pro caris gesserat Argis,

idem Aen. XI *(288)*

quicquid apud dirae cessatum est moenia Troiae,

Ter. Adel. *(III 5,2)* ego Micionem, si ad forum est, conveniam, idem Andria *(II 1,2)* apud forum modo e Davo audivi, Cic. pro Roscio *(p. Rosc. Amer. 15,44)* ac tantum modo aleretur ad villam, Ter. Adel. *(IV 1,1)* apud villam est, Sal. Iug. *(101,6)* ibi latine — nam ad Numantiam loqui didicerat — exclamat . ad quidam pro iuxta vel circa poni dicunt Siciliensis exemplo *(in Verr. II 6,17)*

Codex Parrhasii 7 abdicatur illa res] abdicat illa re 9 Cic. frumentariae 12 amplius ad illam rem annos] ad nos 14 et quamquam] aequum 19 primo 20 Aen. XII 21 dirae] troiae dirae, *sed* troiae *subducta lineola notatum* 22 mitionem 25 latinae

---

3 honeste habere *Sallustius* 7 abdicata illa re, '*nisi malis* abdicat illam rem' *Maius in editione Mediolanensi* senatus decernit uti abdicato magistratu Lentulus itemque ceteri in liberis custodiis habeantur *Sallustius* 12 amplius annos triginta tribunus aut praefectus aut legatus aut praetor cum magna gloria in exercitu fuerat *Sallustius* 14 acri viro et quamquam adverso populi partium, fama tamen aequabili et inviolata *Sallustius* . *apud Arusianum sequebatur elocutio* adversus illi *cum suo exemplo, quae in codice ita corrupta sunt, ut restitui nequeant . integrum versum excidisse coniecit Lindemannus addita coniectura* '*nisi forte locum sic constituendum putes*, adverso populi . idem: adversus ille nobilitatis, *ut intelligatur aliud exemplum a Salustio mutuatum*' 21 durae *codices Vergilii* 22 si apud forum est *codices Terentii* 26 apud Numantiam *codices Sallustii*

p. 211. 212 L.

statim Romae et ad urbem quaerere et agitare cum suis coepit, id est in urbe et profectus iam circa urbem . sed gravius adfertur exemplum primae actionis in Verrem *(8,22)* ex his quasi decem fiscos ad senatorem illum relictos.

Adsuesco illis rebus, Verg. Aen. VIII *(174)* sociorum adsuescite mensis . adsuesco illam rem, idem Aen. VI *(833)* ne tanta animis adsuescite bella . adsuetus illi rei, Verg. Aen. VII *(490)* mensaeque adsuetus herili . adsuetus facere, idem Aen. VIIII *(511)*

adsueti longo muros defendere bello .

Adsidet illi, Cic. Siciliensi *(in Verr. II 34,83)* Sthenius est, hic qui nobis adsidet, Thermitanus * neque adsidere Gabinium aut alloqui in curia quisquam audebat . adsidet illum in illa parte, Sal. Iug. *(11,3)* dextra Adherbalem adsedit. |

Abhorrere illum, Cic. pro Cluentio *(14,41)* nemo illum convivio dignum iudicabat, omnes aspernabantur, omnes abhorrebant, omnes ut aliquam immanem ac perniciosam bestiam pestemque fugiebant . abhorrere ab illo, Ter. Hecy. *(IV 4,92)* abhorrere animum huic video a nuptiis.

Adnare ad eam rem, Cic. de rep. II *(4,9)* ut ad eam urbem quam incolas possit aduare . adnare illi rei, Verg. Aen. I *(538)* huc pauci vestris adnavimus oris.

Adgredior illum, Verg. Aen. IIII *(92)*

talibus adgreditur Venerem Saturnia dictis .

adgredior ad illud, Cicero pro Cluentio *(3,8)* adgredior ad crimen.

Accommoda huic rei, Verg. Aen. XI *(522)* accommoda fraudi armorumque dolis . accommodatus ad hanc rem, Cic. pro Cluentio *(13,36)* arte quadam praeditus ad libidines adolescentulorum excitandas accommodata . adcommodo huic rei, Verg. Aen. II *(393)* laterique adcommodat ensem . adcommodo ad hanc rem, Cic. de rep. I *(46,70)* adcommodabo ad eam, si potero, omnem orationem.

Codex Parrhasii 1 Roma iuxta *alia, ut videtur, manu* iuxta 2 circa urbem *deleta v.* circa *et superscripta* sed grauis his adfertur exemplum e prima factionis in Verrem 10 Siciliensis taenius 13 Iug.] uirg. 15 aspernebantur 16 pestemque aspernebantur fugiebant, *sed deleta v.* aspernebantur 26 accommodatus] accommoda 28 accommodata] accommodatum 30 ad ea

---

2 gravius adfertur *Houvenus p. 37,* grave his adfertur *MP*, gravius his adfertur *ex G Lindemannus* 10 hic] is *codices Ciceronis* 11 Thermitanus . adsidere illum Cic. neque adsidere *M . alterum Ciceronis exemplum ex libro de suis consiliis depromptum esse suspicatur Beierus Cic. orat. fragm. p. 196* 24 adgrediar ad crimen *Cicero* 28 adcommodo] *Non. p. 244* 30 accommodabo ad eam, si potuero, omnem illam orationem *codex Ciceronis*

p. 212. 213 L.

Aeger illius, Sal. hist. IIII consilii aeger . aeger illo, idem bello Catil. *(59,4)* pedibus aeger . aegre mihi est, Ter. Hecy. *(II 1,30)* nequid aegre esset mihi.

Avulsum illi, Verg. Aen. II *(558)* avulsumque humeris caput . avulsum ab illo, Ter. Eun. *(III 3,14)* huc sperat se a me avellere.

Applicat huic rei, Verg. Aen. XII *(303)* terrae applicat ipsum. applicat ad hanc rem, Cic. in Siciliensi *(in Verr. II 1,2)* se ad amicitiam P. R. fidemque applicavit.

Ago illa re, Cic. pro Ligario *(4,10)* quam isto modo a te agi maluisset . ago illam rem, Sal. hist. III amittendum morem hunc quem agitis, Verg. geor. IIII *(154)* magnisque agitant sub legibus aevum.

Adit ad illum, Cic. ad Auxium lib. I ad Marcum Bibulum adierunt, Ter. Andr. *(IV 1,15)* adeamne ad eam. | adii illum, Cic. pro Scauro *(25)* adii causas oratorum . adii in illum, idem de signis *(in Verr. IV 11,26)* priusquam Romam atque in horum conventum adieritis.

Adsum illi, Cic. pro Cornelio lib. I das enim mihi facultatem eos qui tum adfuerint Cornelio nominandi . adsum ad hoc, idem pro Cornelio facite ut facitis, qui ad causam adestis .

Abduco ab illis, Cic. pro Deiotaro *(11,31)*, tu ab avo abduxisti . abduco illis, Verg. Aen. X *(79)* et gremiis abducere pactas.

Adiuto hoc illos, Cic. ad Auxium I si tu aliquid nos adiutare potes . adiuta hoc illis, Ter. Hecy. *(III 2,24)*

tu pueris curre, Parmeno, obviam atque his onera adiuta.

Admovit ad hanc *rem*, Cic. de rep. II *(3,5)* neque enim ad mare admovit, quod ei fuit facillimum . *admovit illam rem illi*, Verg. Aen. XII *(171)* admovitque pecus flagrantibus aris.

Ad illius quaero, ut subaudiatur templum sive fanum, Cic. pro Quintio *(4,17)* non satis erat * m deberetur, nisi ad Catonis

Codex Parrhasii 8 P. R.] pater 9 a te] ad te 11 agitant] astaret 13 Adit illam rem *corr.* Adit ad illum 23 Adiuto] Adiuta adiuta] Adiutat 26 rem *om.* 27 admovit illam rem illi *om.* 28 pecus] pectus 29 quaero] puer

5 hunc sperat *M G P* . credo ei placere hoc, sperat se a me avellere *Terentius* 7 se ad amicitiam fidemque populi Romani applicavit *Cicero* 9 a te agi *Cicero* 10 hist. III] *in oratione Macri § 14* omittendum *codex Vaticanus Sallustii* 11 magnisque agitant *Vergilius* 13 ad Auxium] *cf. Suet. Caes. 9* de hac significare videtur et Cicero in quadam ad Axium epistula referens 14 adeamne ad eum *Terentius* 15 adii casas aratorum *Ciceronis codex Taurinensis* 17 adiretis *Cicero* 18 da enim *M* 19 adfuerunt *M* 23 si tu nos aliquid *M* 29 ad illius quaero *G P* 30 non satis erat in tabulis inspexisse, quantum deberetur, nisi ad Castoris quaesisses, quantum solveretur *Cicero*

p. 213. 214 L.

quaesisses, quantum solveretur, idem pro Cluentio *(36,101)* sicut in statuis inauratis, quas posuit ad Iuturnae, idem Philip. I *(7,17)* pecunia utinam ad Opis maneret.

Absente me singulari numero, Cic. Philipp. I *(2,6)* et absente populo et invito . absente *nobis* plurali numero, Ter. Eun. *(IV 3,7)* nescio quid profecto absente nobis turbatum est domi.

Alienum hac re, Cic. pro Quintio *(31,98)* nihil tamen alienum vita superiore commisit . alienum ab hac re, Ter. Adel. *(V 8,21)* alienum a vita mea.

Anteeo illum hac re, Ter. Phor. *(II 1,17)* herum anteeo sapientia . anteeo illi hac re, Cic. Philip. VIIII *(1,1)* sed cum Servius Sulpicius aetate illis anteiret, sapientia omnibus.

Adfixa huic rei, Verg. Aen. VIII *(196)* foribusque adfixa superbis ora virum. adfixa in hac re, Cic. Philip. XI *(2,5)* idque adfixum gestari iussit in pilo , idem de suppliciis *(in Verr. V 53,139)* in animo sensuque meo penitus adfixa est .

Accedo illam rem, Verg. Aen. I *(200)* penitusque sonantis accestis scopulos . accedo ad illum, | Ter. Phor. *(prol. 29)*

voluntas vestra si ad poetam accesserit,

Cic. de suppliciis *(in Verr. V 3,6)* quam ad Peloridem accedere.

Auctor huius rei, Verg. Aen. XII *(159)* auctor ego audendi . auctor hanc rem, Ter. Adel. *(V 8,16)* idne estis auctores mihi?

Aequipero illum, Verg. buc. *(5,48)*

nec calamis solum aequiperas, sed voce magistrum .

aequo illum, Verg. Aen. X *(248)* et ventos aequante sagitta. aequo illa, *id* est paria facio, idem Aeneidos V *(419)* aequemus pugnas.

Adsurgo illi, Verg. buc. *(6,66)*

atque viro Phoebi chorus adsurrexerit omnis,

Sal. hist. V Syllam dictatorem uni sibi descendere equo, adsurgere sella, caput aperire solitum.

Ab integro, Verg. buc. *(4,5)* magnus ab integro saeclorum: sic

---

Codex Parrhasii 5 nobis *priore loco om.* 11 Sulpitius 18 ad illum] ad illam 20 Pelori aedem 26 id *om.* 28 adusurrexerit 31 seculorum

---

7 nihil tam alienum *M*, nihil alienum tamen *Cicero* 12 aetate illos anteiret, sapientia omnis *Ciceronis codex Vaticanus* 18 accedo ad illum *Lindemannus* 20 ad Peloridem accedere *Cicero* 25 aequo illa id est paria facio *G P* aequo id est paria facio *M* 28 atque] utque *Vergilius* 29 Sal. hist. V] *Non. p. 236* 31 magnus ab integro Cic. pro Cluentio Ecce autem de integro funus iam sepulto filio facit *M*, *'in codd. laudatur hic locus ex Terentii Adelphis' Maius : correxit Lindemannus*

p. 214. 215 L.

Ter. Adel. *(I 2,73)* ecce autem de integro, *Cic. pro Cluentio (9,28) de integro* funus iam sepulto filio facit .

Adprima vel adprime, Verg. *geor.* II *(134)* flos adprima tenax, Ter. And. *(I 1,34)* adprime *in vita esse utile, idem Hecy. (II 2,5)* meis me omnibus scio esse adprime obsequentem .

Ad pro usque, Verg. geor. IIII *(428)* ad limum radiis tepefacta coquebant, idem Aen. V *(687)* si nondum exosus ad unum.

Adfectat illam rem, Verg. geor. IIII *(562)* viamque adfectat Olympo, Ter. Heaut. *(II 3,60)* ad dominas qui adfectat viam.

Ambobus pro utrisque, *Verg.* Aen. I *(458)*

Atridas Priamumque et saevum ambobus Vlixem.

Amens animi, Verg. Aen. IIII *(203)* isque animi amens. |

Adferimur hunc locum, Verg. Aen. VII *(216)*

consilio hanc omnes animisque volentibus urbem
adferimur.

Adsimulatus illi vultu, Verg. Aen. XII *(224)* formam adsimulata Camerti .

Attonitus hac re, Verg. Aen. XII *(610)* coniugis attonitus factis.

Adnixus hac re, Verg. Aen. XII *(92)* ingenti adnixa columna.

Admonet illius rei, Sal. Catil. *(21,4)* admonebat alium egestatis, alium cupiditatis suae . admonet hoc fieri, Verg. Aen. *XI (252)*

fatalem Aeneam manifesto numine ferri
admonet ira deum.

Atrox huius rei, Sal. hist. II ipse animi atrox.

Abest tot milia, Sal. Iug. *(48,3)* a quo aberat mons ferme milia XX, Cic. pro Corn. I sed ab urbe dierum abfuerunt iter complurium, idem pro Cluentio *(9,27)* Teano, quod abest a Larino XVIII milia passuum.

Codex Parrhasii 1 Cic. pro Cluentio de integro *om.* 3 geor. *om.* 4 Ter. and. adprime meis me omnibus 10 Verg. *om.* 12 Amens animi Virg. Aen. IIII consilio hunc omnes animisque volentibus isque animi amens. Adferimur hunc locum Virg. Aen. VII urbem adferimur 21 XI *om.* 25 ferme ml. XX 26 sed ad urbem dierum fuerit trēs complurium idem pro Cluentio in eo quod est ab a (*deleto* a) larino

---

3 flos ad prima tenax . Ter. Hec. Phidippe ('*codd.* adprime *hic et postea*') meis me omnibus *Maius* 5 adprime scio esse *G* 6 radii *Vergilius* 9 adfectant viam *Terentius* 11 Vlixem] Achillem *Vergilius* 12 isque amens animi *Vergilius* 18 factis] fatis *Vergilius* 25 ferme milia passuum XX *Sallustius* 26 sed ad urbem dierum tres fuerunt complurium *M* sed ad urbem dierum fuerit iter complurium *G*, sed ab urbe dierum abfuerit iter complurium *Orellius Cic. fragm. p. 937 ed. sec.*, sed ab urbe dierum iter afuerunt complurium *Nipperdeius Philol. v. III p 147* 27 Teano (*vel.* Teani Appuli) quod abest a Larino *codices Ciceronis*

p. 215. 216 L.

Animadverti in eum, Sal. Catil. *(51,21)* ut prius verberibus in eos animadverteretur.

Artifex huius rei, Sal. Iug. *(35,5)* per homines talis negotii artifices.

Adflictus illam rem, Sal. hist. III adflicti alveos undarum *vi* mulcato corpore interibant, idem hist. II † circumventis dextera nuda ferrum erat saxa aut quid tale capit adfligebant . adflictus ea re, Cic. in Catil. II *(1,2)* quanto tandem illum maerore esse adflictum et profligatum putatis.

Altum pedes tot, Sal. hist. IIII clausi lateribus altis pedem. |

Anxius huius rei, Sal. hist. IIII anxius animi atque incertus.

Accepit in illa re, Cic. de suppliciis *(in Verr. V 1,3)* de eo vulnere multa dixit, quod ille ab hostium duce in capite acceperat . accepit illa re, Verg. georg. IIII *(362)*

accepitque sinu vasto misitque sub amnem.

Adstringo tibi hoc, Teren. Eu. *(I 2,22)* tibi meam adstringo fidem.

Adquiesco in hoc, Cic. pro Deiotaro *(2,5)* in tuo ore vultuque adquiesco.

Adiudico illud huic, Cic. pro Corn. II si vos huius fortunas paucorum odio adiudicaveritis.

Admittit in se crimen, Ter. Phor. *(II 1,40)* culpam Antipho in se admiserit.

Aversor illum, Sal. hist. V regem aversabatur.

Adludit ad hoc, Ter. Eu. *(III 1,34)* habui scortum, coepit ad id adludere .

Anteverto tibi, Ter. Eu. *(IV 5,12)* miror ubi ego huic anteverterim.

Attendo animum, Ter. Andr. *(prol. 8)* animum attendite.

Codex Parrhasii 3 tales 5 histo. III undarum malcato 8 maerore] merorr 25 cepit 27 ubi huic ego huic, *deleto priore loco* huic

---

5 hist. III] *Non. p. 406* adflicti alveis undarum vi mulcato foede corpore intereunt *Nonius* alveo *G P* 6 circumventi dextra, unde ferrum erat, saxa aut quid tale caput adfligebant *M*, circumventus dextera nuda ferramenta aut quid tale capita adfligebat *conicci ind. lect. Hal. aest. a. 1879 p. IX . alia coniecerunt Kritzius Sall. hist. fragm. p. 182 et Dietschius Sall. hist. fragm. p. 53* 7 capit] caput *codex Ambrosianus Maii*, capita *G* 12 de illo vulnere, quod ille in capite ab hostium duce acceperat, multa dixit *Cicero* 22 culpam ut Antipho in se admiserit *Terentius* 24 regem adversabatur *codices Maii* 29 animum advortite *codices Terentii:* advertite, legitur et attendite *Donatus in Ter. l. c.*, animo attendite *Nonius p. 39 . ad Phorm. prol. 24* nunc quid velim animum attendite *rettulit Lindemannus*

p. 216. 217 L.

Ausculto illi, Ter. Adel. *(V 7,8)* vis tu huic seni auscultare.

Abstinet se illa re, Ter. Hecy. *(I 2,64)*

plus potus sese illa abstinere ut potuerit.

abstinet illa re, Cic. de rep. I *(3,6)* nec vero iam meo nomine abstinet.

Adulat illum, Cic. in Pis. *(41,99)* adulantem omnes, idem Tusc. II *(10,24)* nostrum adulat sanguinem.

Affluit illa *re,* Cic. pro Cluentio *(66,188)* domumque illam scelere omni affluentem.

Aspernor illam *rem* a me, idem pro Cluentio *(68,194)* a suis aris atque templis nefarias preces aspernatos deos esse confido . aspernor illum, idem pro Cluentio *(14,41)* nemo illum aditu, nemo convivio dignum iudicabat, omnes aspernabantur.

Avocat ab illa re, Cic. de rep. I a qua isti avocabant.

Abalienas illam *rem* a te, Cic. Siciliensi *(in Verr. II 64,155)* maximum numerum abs te abalienasti.

Adrepsit *ad illam rem,* Cic. frument. *(in Verr. III 68,158)* ad istius amicitiam adrepserat. |

Administrat provinciam, Cic. de signis *(in Verr. IV 64,144)* quod vigilanter provinciam administrasset .

Adspirat illi, Verg. Aen. II *(385)* adspirat primo fortuna labori . adspirat ad illud, Cic. in divinatione contra Caecilium *(5,20)* qui ad alienam causam accedere aut adspirare audeat .

Adolet aras, Verg. Aen. VII *(71)* adolet *dum altaria taedis, idem Aen. I (704) flammis adolere* penates . adolescunt arae, idem geor. IIII *(379)* Panchaeis adolescunt ignibus arae.

Alligat ad hoc, Cic. de suppliciis *(in Verr. V 5,10)* et ad palum alligabantur.

Codex Parrhasii 1 Absculto abscultare 2 Ter Ecy plus potuisse illa 3 potuerint 4 abstinet illa re *om.* 6 Adulant illum ide 8 re *om.* 10 rem *om.* 12 aspernor illum] asperno illum aditu] adit 13 aspernebatur 15 abalienat illam a te 17 ad illam rem *om.* 22 Caecilium] Caelium 24 Adolet aras Virg. Aen. V adolet penates 26 Pancheis 27 pallum *corr.* palum

---

3 plus potus, sese illa abstinere ut potuerit *Terentius* 4 nec vero iam nomine abstinent *codex Ciceronis* 10 quin etiam nocturna sacrificia, quae putet occultiora esse, sceleratasque eius preces et nefaria vota cognovimus — cuius ego furorem atque crudelitatem deos immortales a suis aris atque templis aspernatos esse confido *Cicero* 14 avocabant] avocant *M P* 24 Adolet aras Virg. Aen. I adolet (adolere *G P*) Penates . Adolescunt arae *M G P . tria Vergilii exempla, quae restitui, et praeter haec quartum bucol. 8,65 posuit Nonius p. 58* 28 alligantur *Cicero*

p. 217. 218 L.

Avius ab illa re, Cic. pro Sylla *(30,83)* et avius a sanitate.

Ante exspectatum pro antequam expectatur, Verg. geor. III *(348)*

ante exspectatum positis stat in agmine castris .

Audet hoc, Cic. Philip. II *(7,16)* quid enim est quod tu non audeas? audet hoc facere, Verg. Aen. V *(379)*

audet adire virum manibusque inducere *caestus.*

audet in hoc, Verg. Aen. II *(347)*

quos ubi confertos audere in proelia vidi.

Acer his rebus, Verg. geor. III *(7)* humeroque Pelops insignis eburno, acer equis .

Arrisit illi, Symmachus ad Theodosium imperatorem beatum iam parvulum meum cui pium .

Bibit illud, Verg. Aen. I *(749)*

infelix Dido longumque bibebat amorem .

bibit illo poculo, idem geor. II *(506)* gemma bibat . bibere dat, Cic. Tusculanarum *(I 26,65)* ut Iovi bibere ministraret.

Bellum cum illo gerit, Cic. in Hortensio qui cum hodie bellum cum mortuo gerunt, Verg. Aen. XI *(305)*

bellum importunum, cives, cum gente deorum
invictisque viris gerimus .

bellum contra illum gerit, Cic. Philip. III *(1,1)* cum bellum nefarium contra vitam fortunasque nostras *non* cogitari, sed geri iam viderem . bello bonus, Verg. Aen. VIII *(480)* gens bello praeclara . belli pro 'in bello', Ter. Heaut. *(I 1,60)* rem et gloriam armis belli repperi, Sal. Iug. *(41,7)* paucorum arbitrio belli domique agitabantur. |

Benivolus illi, Cic. pro Flacco quam benevolum hunc populo Romano, quam fidelem putatis.

Codex Parrhasii 1 pro Syllae et auia sanitate 2 expectatur] expectatus III] IIII 6 caestus *om.* 8 proelia] prelia 11 Symmachi 13 Aen. IIII infoelix 15 bibat bibere dat *non indicato novae elocutionis initio* 18 cum mortuo cives cum gente Deorum gerunt, *sed deletis verbis* cives cum gente Deorum 22 non *om.*

---

1 adeone vobis alienus a sanitate, adeo oblitus constantiae meae, adeo immemor rerum a me gestarum esse videor *Ciceronis codices* . alienus et avius *legisse videtur Arusianus* . *exempla elocutionum* alienum hac re *et* alienum ab hac re *posita sunt supra p. 454,7* 2 ante expectatum : dicto citius, antequam eius expectetur adventus *Servius in Verg. l. c.* 4 quid autem est *Ciceronis codices* 11 Symmachus *G P* . *Symmachi exemplum interpolatori tribuit Houvenus p. 37* 17 quicum mortuo hodie bellum gerunt *G* . *fortasse* qui hodie bellum cum mortuo gerunt 18 gerant *M* 21 cum bellum nefarium contra aras et focos, contra vitam fortunasque nostras ab homine profligato ac perdito non comparari, sed geri iam viderem *Cicero* 22 non cogitari *P M* non cogitavi *G* 25 agitabatur *Sallustius* 26 quam benivolum *G P M* . *in ea parte orationis quae superest verba non leguntur*

p. 218. 219 L.

Certo contra te, Sal. Catil. *(59,5)* contra latrones inermes pro patria certare . certo tibi, Verg. buc. *(5,8)* solus tibi certet Amyntas . certo cum his, Sal. Iug. *(6,1)* cursu cum aequalibus certare . certamus inter nos, idem Iug. *(52,1)* inter se duo imperatores, summi viri, certabant.

Contendo tecum, Sal. Catil. *(53,3)* cum magnis legionibus hostium contendisse . contendo tibi, Verg. geor. II *(96)* nec cellis adeo contende Falernis.

Certamen illi cum illo est, Cic. pro Cor. I quid enim? mihi certamen est cum accusatore aut contentio ? certamen est ille cum illo, Verg. buc. *(7,16)*

et certamen erat Corydon cum Thyrside magnum .

Cogo domum te, Sal. hist. I maturaverunt exercitum Dyrrachium cogere . cogo te domi, Verg. buc. *(6,85)*

cogere donec oves stabulis numerumque referre
iussit.

Concurrunt inter se, Verg. Aen. X *(436)*

ipsos concurrere passus
haut tamen inter se summi regnator Olympi.

concurrit ille illi, Verg. Aen. VIII *(692)* aut montes concurrere montibus altos, idem Aen. I *(493)* audetque viris concurrere virgo.

Coruscus hac re, Verg. Aen. II *(470)* et luce coruscus aëna . coruscat hac re, idem geor. IIII *(98)* elucent aliae et fulgore coruscant . coruscat hanc rem, idem Aen. X *(652)* strictumque coruscat mucronem.

Consulo illam rem, Verg. Aen. XI *(343)*

rem nulli obscuram nostrae nec vocis egentem
consulis, o bone rex, |

et Sal. Catil. *(51,4)* quae reges atque populi male consuluerint .

Codex Parrhasii 3 cursu] curru 4 idem in Iug. 9 Cartamen illi cum illa est 10 ille] illi 13 Dyrrachium] brachium 19 haut] aut Olimpi 20 ille] illo 22 Concursus *primo loco corr.* coruscus *alia manu, ut videtur* 23 IIII] III

2 certet] certat *G* 3 cursu *Sallustius* 7 adeo] ideo *Vergilius* 9 quod enim mihi certamen *Patricius in Cic. fragm. orat. p. 976 ed. Graev.* 10 certamen est ille cum illo *Burmannus apud Houvenum p. 38 coll. Serv. in Verg. l. c.*, figurate locutus est magnum certamen ille cum illo erat 13 Durachium brachium *P* Durachium *G*. 'Dyrrhachium *autem posui pro* brachium, *quod ita in libro Elnonensi esset' Carrio in Sall. hist. fragm. p. 35 ed Hav.* 19 haut tamen inter se magni regnator *Vergilius* 22 telis et luce coruscus *Vergilius, idque Arusianum posuisse puto* 23 et lucent *PG* 29 qui reges atque populi ira aut misericordia impulsi male consuluerint *Sallustius, ubi* quae *pro* qui *a correctoribus codicum scriptum est* consuluerunt *GM, codex Vaticanus Sallustii*

p. 219 L.

consulo illi rei, Cic. in Pis. *(10,23)* reip. consulendo, Sal. Catil. *(6,6)* reip. consultabant . consulit de hac re, Sal. Catil. *(51,1)* qui de rebus dubiis consulant . consulit in illum, Ter. Heaut. *(III 1,28)*

quia pessime istac in te atque illum consulis.

Circumdat hoc illi rei, Verg. Aen. XII *(88)* circumdat loricam humeris . circumdata haec res illam rem, Sal. hist. I occupatusque collis editissimus et eum multa opera circumdata . circumdatur haec res illa re, Verg. Aen. I *(593)*

argentum Pariusve lapis circumdatur auro .

Corruptus ab illa re, Sal. Iug. *(31,2)* ab ignavia atque socordia corruptus . corrumpens illo pretio, Cic. pro Cluentio *(25,68)* sescentis milibus nummum se iudicium corrupturum esse dixerat.

Celat illum quem occultat, Verg. Aen. X *(417)* silvis genitor celarat Alesum . celatus qui fallitur et ignorat, Ter. Hecy. *(IV 4,23)* nosne hoc celatos tam diu . celat te de hoc, Cic. de signis *(in Verr. IV 12,29)* dixit cupisse *te* celare de faleris.

Consuevit illa muliere, Ter. Adelf. *(IV 5,32)* qui illa consuevit prior. *consuevit cum* illa muliere, *idem Hecy. (IV 1,40)* quicum tot consuevisset annos . consuetam habeo illam rem, Sal. Iug. *(85,7)* et pericula consueta haberem . consuevit *cum illa muliere* in illa *re*, Ter. Phor. *(V 6,33)* cum eius consuevit olim [cum] matre in Lemno.

Cernere erat hoc, id est hoc videbatur, Verg. Aen. VIII *(675)* Actia

---

Codex Parrhasii 1 consulor illi rei 5 XII] II 6 haec res] hac re 7 circumdatur haec res illa re] circumdat haec res illam rem 10 ignaviat *corr.* ignavia soccordia 11 precio 13 X] XII genito 15 de signis dixit . cupis se celare de falernis . Consuevit illa re Ter. adelf. quïlla consuevit prior illa muliere qui cum cum qui cum tot consuevisset annos Consuetum ab eo illam rem 20 consuevit in illa Ter.

---

2 de rebus dubiis consultant *Sallustius* 4 istuc *codices Terentii* 6 Circumdat hac re illam rem Sal. hist. I occupatusque collis editissimus eum multa opera circumdat *ex Gudiano codice edidit Lindemannus*, Circumdat hac re — editissimus cum (*superscr.* vel eum) multa opera circumdata (*superscr.* vel circumdat) *P* . *Sallustii exemplum Priscianus l. XV p. 66,19 posuit*, Sallustius in I historiarum — 'repulsus a Lete oppido' et 'apud Ilerdam eum multa opera circumdata' . *inde Dietschius Sall. hist. fragm. p. 24* occupatusque collis editissumus apud Ilerdam; eum multo opere circumdat *scripsit* . *emendatis grammatici verbis in elocutione praescripta apud Sallustium* eum multa opera circumdata *defendi ind. lat. Hal. aest. a. 1879 p. IX* 7 et cum multa opera circundata *M* 16 dixit Phylarchus pro testimonio se, quod nosset tuum istum morbum, ut amici tui appellant, cupisse te celare de phaleris *Cicero* 17 qui illa consuevit prior illa muliere idem Hecyr. qui cum tot consuevisset annos *P* 19 consuetam habeo illam rem *M* uti omnes labores et pericula consueta habeam *Sallustius*

p. 219. 220 L.

bella cernere erat . cernitur nulli pro a nullo, idem Aen. I *(440)* neque cernitur ulli.

Condono tibi hoc, Sal. Iug. *(27,2)* ut Iugurthae scelus condonaretur . condonatur illam rem, Ter. Eun. *(prol. 17)*

habeo alia multa, quae nunc condonabitur,

idem Phor. *(V 8,54)* argentum quod habes condonamus te. |

Conscius huius rei, Verg. Aen. XI *(812)* conscius audacis facti . conscius huic rei, Cic. de signis *(in Verr. IV 56,124)* temeritati meae et mendacio meo conscius.

Cultorem sui, Sal. hist. IIII collegam minorem et sui cultorem exspectans. cultor horum, Verg. geor. I *(14)* et cultor nemorum . colens huius rei, Cic. pro Plancio *(33,80)* qui religionum colentes.

Congero ad illum, Cic. pro Deiotaro *(4,12)* ad quem cum dii atque homines omnia ornamenta congessissent . congero in illum, Cic. Philipp. V *(4,12)* pecunia congesta in illam domum . congestum illuc, Verg. buc. *(3,69)*

notavi

ipse locum, aëriae quo congessere palumbes.

Custos illarum rerum, Verg. geor. I *(17)* Pan ovium custos . custos illis rebus, Cic. *in* Catil. II *(12,27)* nullus est portis custos.

Criminor te illi, Ter. Eun. *(V 2,16)* metui ne me criminaretur tibi .

Compos animi, Ter. Adelf. *(III 2,12)* vix sum compos animi .

Commeritus erga me, Ter. Hecy. *(III 5,36)* nunquam quicquam erga me commeritast, pater.

Compertos scelere, Cic. Philip. XII *(7,15)* hos nunc omni scelere compertos tolerabiles censes civitati fore?

Credulus illis, Verg. buc. *(9,34)* sed non ego credulus illis .

Considere in illam rem, Verg. Aen. VIIII *(144)*

et non viderunt moenia Troiae

Neptuni fabricata manu considere in ignes .

considere his, idem Aen. I *(572)*

vultis et his mecum pariter considere regnis.

Codex Parrhasii 6 condonamur te 10 collega 19 geor. I] georg. 20 Cic. Catil. V nullus 21 criminaretur uxor tibi, *sed deleta v.* uxor 25 commeritust 26 hos] his 31 *post* ignes *praecedens elocutio cum exemplo,* credulus illis — illis, *repetita est* 32 idem virg. I

---

6 condonamus te *Terentius* 8 ut tot viros primarios velim — esse temeritati et mendacio meo conscios, *omissa v.* meae *codices Ciceronis* 10 collegam *MPG* 24 quae numquam quidquam erga me commeritast, pater *Terentius* 26 hos nunc omni scelere coopertos *Cicero,* ubi copertos *codex Vaticanus* 30 at non *G Vergilius,* et non *superscr.* at *P*

p. 220. 221 L.

Concedo gratiae, Cic. pro Corn. cur nunc redeant, si tunc gratiae concesserint . concedo in gratiam, Sal. hist. I quorum in gratiam plerique concesserant .

Coniurati hoc facere, Verg. Aen. VI *(georg. I 280)*

et coniuratos caelum rescindere fratres .

Commoritur illis, Sal. hist. I obviam ire et commori hostibus.

Contiguus huic rei , Verg. Aen. X *(457)*

hunc ubi contiguum missae *fore* credidit hastae.

Confert hoc cum illo, Cic. in Pis. *(16,37)* confer, si audes, absentiam tuam cum mea . confert hoc illi, Verg. *Aen.* XII *(678)* stat conferre manum Aeneae .

Conlusit cum illo, Cic. Siciliens. *(in Verr. II 24,58)* tecum tum conlusisset .

Commune est hoc inter illos, Cic. Sicilien. *(in Verr. II 36,39)* ut diceres *inter* eos omnia esse communia . commune est illis hoc, idem pro Ros. *(p. Rosc. Am. 26,72)* quid est enim tam commune, quam spiritus vivis, terra mortuis?

Coniunctus cum illo, Cic. Siciliens. *(in Verr. II 68,163)* cum P. R. coniuncta est . coniunctus illi, Verg. *Aen.* VIII *(130)*

quodque ab stirpe foret geminis coniunctus Atridis.

Conversus ad te pro convertendus, Cic. pro Plancio *(20,50)* non dubito quin omnes conũ. ũ. f̄. m̄.

Conlocat in illo, Cic. pro Ros. *(p. Rosc. Am. 35,98)* in curru collocat Automedontem . conlocat illi, idem in Pis. homini levi et subito filiam conlocavit.

Codex Parrhasii 2 quorum in gratia 8 missae fore] misseae 9 confer] confert 10 Aen. *om.* 12 Conclusit tecum tuum conclusisset 15 inter *posteriore loco om.* communia terra mortuis Commune est 17 vivis] vr̄is terra mortuis *hoc loco om.* 18 cum P. R.] cum rep. *corr.* cum P. R. *alia manu, ut videtur* 19 Aen. *om.* 20 quodque] quoque 21 Planco 24 Automedonte 25 filium

2 in gratia *utroque loco M* quorum in gratiam *PG et August. de civ. dei III 17,* quorum in gratia *olim Sallustii editores defenderunt : cf. Kritz Sall. hist. fragm. p. 13* 8 missae fore credidit hastae *Vergilius* 9 confer si audes *MG* confer nunc, confer si audes *P :* confer nunc, Epicure noster, ex hara producte, non ex schola, confer, si audes, absentiam tuam cum mea *Cicero* 12 tecum tum collusisset *apud Ciceronem ex editis ante Aldum exemplaribus recepit Zumptius,* tecum collusisset *vulgo legebatur* 14 ut diceres omnia inter eos esse communia *Cicero* 16 etenim quid est tam commune, quam spiritus vivis, terra mortuis *Cicero* 20 quodque a stirpe foret *Vergilius* 21 Conversurus ad te *et in exemplo Ciceronis* quin omnis ad te conversura fuerit multitudo *legendum esse vidit Garatonius Cic. orat. v. VII praef. p. IX, apud Orellium in Cic. p. Planc. p. 119* 24 Automedontem *PG Cicero,* Autumedontem *M* idem in Pis.] *cf. Ascon. in Cic. or. in Pis. p. 4 ed. Kiessl.* quis fuerit socer Pisonis patris, ipse supra dixit his verbis, 'Insuber quidam fuit — filiam collocavit' . *inde* filiam *restituendum esse vidit Maius*

p. 221. 222 L.

Convenit in illum, Cic. pro Deiotaro *(10,28)* tamen id maledictum minime in illam aetatem conveniret.

Congruunt illi inter se, Ter. Heaut. *(III 1,102)*

ne nos inter nos congruere sentiant.

Citius sive celerius hac re, Verg. *Aen.* I *(142)* et dicto citius tumida aequora placat, Sal. hist. illi tertio mense pervenere in Pontum multo celerius spe Mithridatis .

Despectus mihi est, Verg. buc. *(2,19)* despectus tibi sum, nec qui sim *quaeris* . despectus est a me, Cic. in Pis. *(41,99)* despecto a ceteris, a se ipso desperato. |

Dives illius rei, Verg. buc. *(2,20)* quam dives pecoris . dives illa re, Verg. Aen. IIII *(37)* quos Africa terra triumphis diveś alit.

Donata mihi sunt *haec*, Verg. buc. *(3,13)* quae tu puero donata dolebas . donatus his sum, Verg. Aen. V *(268)* donati omnes opibusque superbi . donat hoc illi, Verg. Aen. V *(262)* donat habere viro decus . donat illum hac re, Verg. buc. *(5,85)*

hac te nos fragili donabimus ante *cicuta*,

Cic. in Pis. *(11,25)* me inaurata statua donarunt .

Decus tuis, Verg. buc. *(5,34)* tu decus omne tuis . decus tuorum, idem Aen. VIIII *(405)* astrorum decus et nemorum .

Dignus hac re, Verg. buc. *(3,109)* et vitula tu dignus et hic . dignus qui hoc faceret, Cic. in rheto. *(I 3,4)* dignus qui rem publicam gereret . dignus fieri, Verg. buc. *(5,54)* et puer ipse fuit cantari dignus et alibi *(buc. 5,89)* et erat tum dignus amari . dignor me illa re, Verg. Aen. I *(335)* haud equidem tali me dignor honore . dignatus illa re, id est dignus habitus, idem Aen. III *(475)*

coniugio, Anchise, Veneris dignate superbo .

Desine hoc facere, Verg. Aen. IIII *(360)*

desine meque tuis incendere teque querellis .

desine illam rem, Verg. buc. *(8,61)*

Codex Parrhasii 2 illam] illum 4 inter nos] in nos 5 Aen. *om.* 6 illi] illo 7 mitridatis 8 nec] ne 9 quaeris *om.* 13 haec *om.* 17 donavimus cicuta *om.* 22 rem publicam gereret] rem pergereret cantare 26 III] IIII

---

1 tamen hoc maledictum minime in illam aetatem conveniret *codices Ciceronis* 2 conveniet *M* 4 ne nos inter nos *MPG Terentius* 6 illi *P et editores Sallustii, qui in tertio historiarum libro (fr. 9 Kritz, fr. 12 Dietsch) verba collocaverunt* . Sallust hist. tertio, illo mense *coniecit Houvenus p. 44* 8 nec qui sim quaeris, Alexi *Vergilius* 9 despectum a ceteris, a te ipso desperatum *Cicero* 17 donabimus ante cicuta *Vergilius* 22 dignus qui rem publicam gereret *Cicero* 23 cantari *Vergilius*

p. 222. 223 H.

desine Maenalios, iam desine tibia versus,

Ter. Heaut. *(II 3,64)* mulier telam desinit [et deserit].

Dormit hac re, Verg. geor. II *(506)* et Serano dormiat ostro . dormit in illam sui corporis partem, Ter. Heaut. *(II 3,101)*

in utramvis aurem otiose ut dormias.

Dolet illa re, Verg. Aen. I *(669)* et nostro doluisti saepe dolore . dolet illam rem, Sal. Catil. *(40,2)* et quasi dolens eius casum . doleo vicem tuam, id est per te doleo, † de domo et rep. vitam lugeo . dolet illa pars mihi, Ter. *Phor. (V 9,64)* tuo viro oculi doleant.

Deiectus illa re, Verg. Aen. III *(317)*

heu quis te casus deiectam coniuge tanto.

deiectus ab illa re, | idem Aen. V *(542)*

quamvis solus avem caelo deiecit ab alto .

deiectus de illa re, Cic. pro Murena *(37,79)* deici de urbis praesidio et deturbari de custodia civitatis volunt .

Doctus illius rei, Verg. Aen. X *(225)*

quarum quae fandi doctissima Cymodocea .

doctus illa re, Sal. Catil. *(25,2)* litteris graecis et latinis docta . doctus illam rem, Sal. Catil. *(45,1)* per legatos cuncta edoctus et hist. I doctus militiam . doctus ad illam rem, Ter. Hecy. *(II 1,6)* 213

in eodemque omnes mihi videntur ludo doctae ad militiam.

Desiluit hoc, Verg. Aen. X *(453)* desiluit Turnus biiugis . desiluit ab hoc, idem XI *(499)* portisque ab equo regina sub altis desiluit .

Digredior illi loco, Sal. Iug. *(50,1)* Numidas quietos neque colli digredi animadvertit . digredior illum locum, Sal. hist. IIII exercitum dimisit, ut primum Alpes digressus est .

Codex Parrhasii 1 menalios tibia] tibi 2 telam] te iam 4 dormit in illam] dormiet in illam 5 in *ante* utramvis *postea a correctore, ut videtur, additum est* aurem rem otiose, *sed deleta v.* rem 9 Phor. *om.*

---

2 te iam desinit i. e. deserit *G*, telam desinit *Terentii codices optimi*, telam deserit *alii* 5 in aurem utramvis *Terentius* 7 Doleo vicem meam vel tuam id est per te doleo Cic. de domo et reipublicae vicem lugeo *P*, Doleo vicem tuam, id est propter te doleo Cic. de domo et rep. vitam lugeo *edidit Maius, addita in editione Romana coniectura Oriolii* Cic. de domo 'et reip. vicem lugeo' *vel* 'doleo' . *in oratione de domo nihil quod huc pertineat legitur* . vitam lugeo *in fragmentis librorum de republica olim posuerat Orellius p. 493* 14 deici de urbis praesidio et de custodia civitatis vestris sententiis deturbari volunt *Cicero* 21 ad militiam *codex Victorianus Terentii*, ad malitiam *reliqui* 23 sub altis] sub ipsis *Vergilius Aen. XI 499 : cf. ib. 485* portisque effunde sub altis 25 *rectius erat* degredior illo loco *et deinde* colle degredi, degredior illum locum, Alpes degressus est neque colle degredi *Sallustius*, neque colle digredi *ex G edidit Lindemannus*

p. 223. 224 L.

Decet te, Cic. Philip. II *(8,20)* quam id te, dii boni, non decebat . decet tibi, Sal. hist. I locum editiorem quam victoribus decebat capit, Ter. Adelf. *(V 8,5)* ita nobis decet.

Dimidio pluris, id est duplo, Cic. frument. *(in Verr. III 32,75 sqq.)* de decumis Herbitensium per triennium, cum primo anno venditas dicat tritici modiis XVIII milibus, secundo tritici modiis XXV milibus DCCC, anno tertio supraiaciente Aeschrione venditas dicit medimnis VIII milibus centum, id est modiis XLVIII milibus DC, dupla summa anni proximi, addicitur medimnis VIII milibus C dimidio fere pluris quam superiore anno : idem pro Flacco *(20,47)* habebat enim rhetor iste discipulos, quos dimidio redderet stultiores, quam acceperat; neminem tamen adeo infatuare potuit, ut ei nummum concrederet .

Dedo illi rei, Cic. pro Caelio *(19,47)* hic si se isti vitae dedisset, Verg. georg. IIII *(90)* dede neci . dedo in illam rem, Ter. Andria *(I 2,28)* caesum te in pristinum, Dave, dedam [per vitium] . dedo ad hoc, | Cic. pro Cor. II ad miserrimum crudelissimumque dominatum

Codex Parrhasii 4 frument.] Comment. 6 XVIII milibus] XLIIII $\overline{\infty}$ 7 supra iacente eschrione venditas dicunt medimnis IIII mib' centum i. modiis XLVII milibus dctis: dupla 9 anni] cum 10 dimidi fere 12 nenimem 14 isti vitae] istius viae 16 pistrinū *corr.* pristinū *eadem manu, ut videtur*

1 Decet] *Serv. in Verg. Aen. VIII 127* 4 Cic. in Frumentaria *Maius in editione Mediolanensi . 'tres. codd.* comment. *pro* frumentaria' *adnotavit idem in editione Romana . 'Cornelius Fronto Grammaticus in exemplis elocutionum, adducit in voce* Dimidio, *Ciceronis verba, ex libro, quem Tiro in lucem edidit, ut scribit Quinctilianus lib. X inscriptum* Commentaria causarum; *ex quibus totus hic de Herbitensium decumis locus corrigi potest. sunt autem haec :* De decumis Herbitensium per triennium cum primo anno venditas dicat tritici modium XLIIII. Secundo tritici modium XXV. milibus DCCC. anno tertio supraiaciente Aeschrione venditas dicunt medimnum VIII. mill. centum, id est modium XLVIII. millib. DC. dupla summa anni proximi. addicitur medimnum VIII. millibus C. dimidio fere pluris quam superiore anno' *F. Vrsinus in Cic. in Verr. l. c., not. in Ciceron. ed. Antverp. a. 1581 p. 177* 6 tritici modium XVIII *primo loco apud Ciceronem restituit Zumptius* 7 supra adiiciente *coll. Cic. l. c. 32,77* supra adiecit Aeschrio *coniecit Lindemannus*, adiiciente *vel* licente *Baiterus apud Orellium excurs. in Cic. in Verr. III 30 p. 320 ed. sec.* dicit *Lindemannus* 10 habebat enim rhetor iste adulescentes quosdam locupletes, quos dimidio redderet stultiores *Cicero, ubi* habebat enim discipulos adolescentes quosdam locupletes *coniecit Rauius var. lect. ad Cic. orat. v. II p. 145* 13 nummum concederet *M*, nummum ullum crederet *Cicero* 14 pro Caelio] pro Cotho *Maius in utraque editione . 'ita tres codd. Edit.* L. Othone, *quae videtur vera lectio . Codex unus* Coelio' *adnotavit idem in editione Romana .* hic si se (*vel* sese) isti vitae dedisset *codices Ciceronis* . dedidisset *legisse videtur Arusianus* . hic si se istius viae dedisset *pro fragmento orationis pro L. Othone ex Frontone posuerat Sigonius* 16 verberibus caesum te in pistrinum, Dave, dedam usque ad necem *Terentius*

p. 224 L.

dedi patiamini, idem pro Cluentio *(64,181)* sed plane ad supplicium dedidit .

Dat illi, Verg. Aen. VIIII *(83)* da nate petenti . dat in illud, idem Aen. VIIII *(815)* saltu sese omnibus armis in fluvium dedit . dat ad illum, Ter. Phor. *(IV 3,48)*

in servitutem pauperem ad ditem dari .

Deposuit his, Verg. geor. II *(24)* deposuit sulcis . deposuit in his, Cic. Philip. XIII *(11,24)* cum in gremiis mimarum *mentum* mentemque deponeret .

Detraho tibi, Cic. pro Corn. I nihil senatui detraxisse Cornelium . detraho de te, Cic. pro Scauro *(36)* nihil Sardos Appio gratius esse facturos, quam si de Scauri fama detraxerint . volunt quidam distantiam esse, ut 'lacerare famam' de illo detrahere sit, sed falso . nam Cic. de suppl. *(in Verr. V 22,58)* quae tu de rep. nostra detraxeris, id est imminueris et abstuleris, idem in Catil. II *(8,18)* et dubitas de possessione detrahere .

Deficit illam rem, Verg. georg. I *(290)* noctes lentus non deficit humor . deficit ab illa re, Cic. de praetura urbana *(in Verr. act. sec. I 31,79)* Lampsacena civitas deficere ab imperio ac nomine non valebat . deficit ad illum, Sal. Iug. *(61,1)* in his urbibus quae ad se defecerant . deficit simpliciter pro deest, Verg. Aen. VI *(143)* primo avulso non deficit alter.

Decedo *huic* de hac re, Cic. de rep. *I (43,67)* ut his de via decedendum sit . decedo huic simpliciter, Verg. buc. *(8,88)* nec serae meminit decedere nocti .

Delectat me haec res, Cic. de rep. I *(13,19)* ipsa cognitio nos

---

Codex Parrhasii 3 VIIII] IIII *priore loco* 7 II] III 8 mimärum mentemque 10 detrhaxisse, *sed deleta* h *littera* nihil ardos Appios 14 de rep. nos traxeris 18 amor *corr.* humor 20 ad se defecerunt Aen. VI] VI Aen. 23 huic *priore loco om.* I *om.*

---

2 dedidit] dedit *codices Ciceronis* 8 cum in gremiis mimarum mentum mentemque deponeret *M*, cum in gremiis mimarum mentem mentumque deponeres *codices Ciceronis, ubi* mentum mentemque *ex suis libris edidit Ferrarius* 11 nihil Sardos Appio gratius *M*, persuasum est Sardis se nihil Appio gratius *Cicero* 14 quae tu de re publica nostra detraxeris *codices Ciceronis deteriores*; *in melioribus libris omissum est* de 15 et dubites *Cicero, ubi* et dubitas *in non nullis codicibus est* 19 bellumne populo Romano Lampsacena civitas facere conabatur? deficere ab imperio ac nomine nostro volebat? *Cicero* 20 ad se defecerant *Sallustius et Arusianus p. 485,23* 23 decedo huic de hac re *Houvenus p. 44* his] hic *G*, is *codex Ciceronis* 26 ac me quidem, ut hercule etiam te ipsum, Laeli, omnisque avidos sapientiae cognitio ipsa rerum consideratioque delectat *Cicero*

p. 224. 225 L.

delectaverit . delector illa re, idem Horten. hic primum Catulus delectatus ipso loco .

Desisto hac re, Sal. hist. II ut actione desisteret, Ter. Phor. *(IV 3,29)* ut erus his desistat litibus . desiste hoc facere, Verg. Aen. XII *(60)* desiste manum committere Teucris. |

Devertit domum, Cic. pro Deiot. *(6,17)* et domum regis, hospitis tui, devertisses . devertit in domum, idem pro Milone *(20,54)* devertit in villam Pompei .

Defigit in illa re, Cic. in Cat. I *(6,16)* quod eam necesse putas esse in consulis corpore defigere . defigit illa re, Verg. Aen. XII *(130)* defigunt tellure hastas.

Disco ex illo, Verg. Aen. XII *(435)*

disce, puer, virtutem ex me verumque laborem .

disco de illo, Ter. Eun. *(II 2,31)* ut sibi liceret discere id de me .

Deflexit de proposito, Cic. Philip. XVI † latere sis ne vestigium quidem deflexit .

Disceptata lis est, Cic. Philipp. XVII non est illa dissensio disceptata bello.

Deportavit domum, Cic. de rep. I *(14,21)* cum aliud nihil domum suam deportavisset . deportavit in illud, idem de praetura urbana *(in Verr. act. sec. I 20,54)* haec non domum suam neque in suburbana amicorum, sed Romam in publicum deportavit .

Discedit Roma, Cic. in Verrem actione prima *(18,54)* cum haec frequentia Roma discesserit .

Defungitur his, Cic. frument. *(in Verr. III 16,42)* cum tribus decumis pro una defungeretur, Verg. Aen. VI *(83)*

o tandem magnis pelagi defuncte periclis .

Desperat hanc rem, Cic. de suppliciis *(in Verr. V 6,12)* desperatis iam omnibus rebus.

Dilectus huic, Verg. geor. *I (399)* dilectae Thetidi alcyones .

Dego illam rem, Verg. Aen. IIII *(550)* sine crimine vitam degere,

---

Codex Parrhasii 3 Desiste hac re 4 ut erus] uterius 5 XII] XI 7 devertisset *corr.* — es pro Milo 10 defigere] defige XII] XI 12 XII] XI 18 bella *corr.* bello 19 I] II 20 deportavit] portavit *secundo loco* 25 Cic. frumentum tribus 30 I *om.* alciones 31 degere] degerit *priore loco*

---

2 delectatus] delectatur *olim in fragmentis Hortensii ex Frontone editum est* 3 desisto hac re *Lindemannus* 7 devertisset *ex G edidit Lindemannus*, divertisset *et* divertit *M* 15 *Ciceronis verba ex Philippicis orationibus citata unde petita sint, non constat* Laterensis *MPG* 21 haec non in tuam domum neque in suburbana amicorum, sed Romam in publicum deportasses *Cicero*

p. 225. 226 L.

Cic. pro Roscio *(p. Rosc. Am. 52,150)* inter feras satius est aetatem degere .

Desuetus his, Verg. Aen. VI *(815)* et iam desueta triumphis agmina .

Diffidit illi, Verg. Aen. III *(51)* cum iam diffideret armis, Cicero pro Cluentio * diffidentem rebus suis , Sal. Catil. *(31,3)* sibi patriaeque diffidere .

Defende illam rem pro ab illa re, Verg. Aen. X *(905)* hunc, oro, defende furorem . defendo ab illa re, *idem* buc. *(7,6)* dum teneras defendo a frigore myrtos .

Discrucior huius *rei,* Ter. Adel. *(IV 4,1)* discrucior animi.

Dubius huius *rei,* Salust. hist. III dubius consilii. |

Decidi de illa re, Ter. Heau. *(II 3,9)* quanta de spe decidi.

Deperit amicam, Ter. Heau. *(III 2,14)* Clinia hanc si deperit.

De subito cum praepositione, Ter. Heau. *(IV 2,6)* bolum mihi tantum ereptum tam de subito ex faucibus .

De repente, Ter. Hecy. *(IV 1,3)* corripuit de repente tacitus sese ad filiam .

Duxit se, Ter. Hecy. *(IV 1,7)*

uxor ubi me ad filiam ire sensit, se duxit foras .

Diligens huius rei, Cic. pro Cornelio II quam diligentes libertatis vos oporteat esse .

Duntaxat, id est tantum modo vel hoc solo, Cic. pro Corn. II qui commodis P. R. lingua dumtaxat ac voluntate consuluit.

Demo de hoc, Cic. pro Cor. I demi medius fidius de his ornamentis aliquantum malim .

Das hoc facere, Verg. Aen. I *(79)* tu das epulis accumbere divum et V *(689)* da flammam evadere classi et XII *(97)* da sternere corpus semiviri Phrygis .

De die sicut ex tempore, Ter. Adel. *(V 9,8)* apparare de die convivium, Cic. Philip. II *(34,87)* non solum de die sed etiam ad diem vivere .

Codex Parrhasii 6 Catil] Cati. 7 diffideret 9 defendo ab illa re] defende ab illa re idem *om.* 11 rei *om.* 12 rei *om.* 13 Heau] heu *item 14 et 15* 17 corripuit] peripuit 19 Duxisse Ter. 28 XII] XI 29 corpus sternere *corr.* sternere corpus

---

6 *lacunam, qua exemplum orationis pro Cluentio 23,63* qui sibi alia ratione diffideret *excidit, indicavi. sequitur exemplum orationis de imperio Pompei 9,23* diffidentemque rebus suis 15 bolum mihi tantum ereptum *apud Terentium ex duobus codicibus edidit Bentleius*, bolum tantum mihi ereptum *reliqui codices Terentii* 17 proripuit *M G* ita corripuit *Terentius* 24 P. R.] patriae *G* 25 de his tormentis *M* 31 ad diem] in diem *Cicero*

p. 226. 227 L.

Detrecto hanc rem, Cic. cum quaestor Lilybaeo dec. quod non detrectare militiam, sed defendere provinciam indicata est .

Damnatus de caede et caedis, utrumque Cic. Philipp. I *(9,23)* quae iubent ei qui de vi itemque ei qui maiestatis damnatus sit .

Experiar hoc facere, Verg. buc. *(8,66)* magicis sanos avertere sacris experiar sensus . experior cum his, Cic. pro Cor. I quid quod ne cum his quidem expertus es, quos duces operarum fuisse dixisti . experior illam rem, Verg. geor. IIII *(156)* aestate laborem experiantur . experior hanc rem et hac re, Ter. Eun. *(IV 7,19)*

omnia prius experiri quam armis sapientem decet .

expertus illum, Verg. Aen. XI *(396)* |

haud ita me experti Bitias et Pandarus ingens .

expertus illius, idem Aen. X *(173)* expertos belli iuvenes.

Eget illius rei, Verg. geor. II *(28)* nil radicis egent aliae . eget illa re, idem Aen. II *(521)*

non tali auxilio nec defensoribus istis
tempus eget .

egens illius *rei*, idem Aen. VIII *(299)* non te rationis egentem . egenus illius *rei*, idem Aen. I *(599)*

omnibus exhaustos iam casibus, omnium egenos .

Evado his, Verg. Aen. VIIII *(99)* quaecumque evaserit undis . evado hos, idem *in eodem (386)* iamque imprudens evaserat hostes.

Exulat illis locis, Verg. geor. III *(225)* ignotis exulat oris . exulat usque ad illa loca, Verg. Aen. XI *(262)*

Atrides Protei Menelaus ad usque columnas
exulat .

Egredior illo loco, Verg. Aen. II *(713)* est urbe egressis tumulus, Cic. pro Ligario *(2,4)* domo est egressus . egressus illam rem, Sal. hist. I gens raro egressa fines suos, idem hist. III postquam egressus angustias .

Exit illa re, Cic. de rep. I *(12,18)* nuntiatum est venire Laelium

---

Codex Parrhasii 1 questor Lilibeo dec. 4 de vi itemque] devitentque 18 rei *ante* idem *om. utroque loco* 21 VIIII] VIII 22 in eodem *om.* 25 Prothei

---

2 iudicata est *in utraque editione Maius, 'ita ed. et cod. unus . Reliqui codd.* indicata est' *adnotavit idem in editione Romana .* iudicata est *ex Frontone in fragmentis Ciceronis ediderat Patricius,* iudicata sit *G* 3 Cic. Philipp. I] *cf. p. 481,1* 9 experiuntur *Vergilius* 31 puer nuntiavit venire ad eum Laelium domoque eius iam exisse *Cicero*

p. 227. 228 L.

domoque iam exisse . exit e loco, Cic. de suppliciis * ut exeunt e Sicilia praedones . exit illam rem, Verg. Aen. V *(438)*

corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit,

idem *Aen. XI (750)* et vim viribus exit .

Emit de me, Cic. pro Rosc. *(p. Rosc. Am. 2,6)* quae de viro clarissimo et fortissimo sese dicit emisse L. Cornelius Chrysogonus . emit a me, idem de suppliciis *(in Verr. V 22,56)* quod a malo auctore emit .

Expellit hoc loco, Cic. pro Cor. I satius hominem miserum atque innocentem eripi P. R., expelli patria, divelli a suis . expellit ex hoc loco, idem pro Sestio *(13,30)* expellit ex patria . expellit a loco, Cic. pro Cor. II expelleret a dispensantibus .

Expers illius rei, Cic. de rep. *(I 2,3)* negotii publici expers . expers illa re, Sal. bello Cat. *(33,1)* fama atque fortunis expertes sumus .

Egregius illa re, Verg. Aen. VI *(862)*

egregium forma iuvenem et fulgentibus armis.

egregius illius rei, Verg. Aen. XI *(417)* egregiusque animi, Sal. hist. I egregius militiae. | egregius haec, Sal. Iug. * imperii prolatandi percupidus habebatur, cetera egregius .

Exterritus animo, Verg. Aen. VIII *(370)*

at Venus haud animo nequiquam exterrita mater .

exterritus illius rei, Sal. hist. IIII tetrarchas regesque territos animi firmavit .

Evenit in illo, Sal. hist. V nam si in Pompeio quid humani evenisset . evenit illi, Cic. in Pis. *(14,33)* an quod tibi proficiscenti

---

Codex Parrhasii 4 Aen. XI *om.* 11 expellit a loco] expelli a loco 13 Exper illius 16 Egregius illa re Virg. Aen. II egregiumque forma . Egregius illius rei Virg. Aen. XI egregiusque animi Sal. hist. I egregius militiae iuvenem et fulgentibus armis . Egregius haec 21 VIII] VIIII 25 Pompeo

---

1 ut exeunt e Sicilia praedones *non inveniuntur in oratione de suppliciis, ex qua pro exemplo adscribi poterant haec 38,100,* posteaquam e portu piratae non metu aliquo affecti, sed satietate exierunt . *itaque lacunam indicavi* 7 quod a malo auctore emissent *Cicero* 10 eripi rei publicae *coniecit Halmius Sitzungsber. d. bair. Akad. 1862 v. II p. 22* 11 expellet ex patria *Cicero p. Sest. l. c.* 13 qui omnis negotii publici expertes sint *codices Ciceronis* 19 imperii — egregius, *quae in libro de bello Iugurthino non leguntur, ab editoribus Sallustii in fragmentis historiarum posita sunt, IV 8 Kritz, V 6 Dietsch . ex Iugurth. 63,7 exemplum elocutionis* egregius illa re *poni potuit,* nemo tam clarus neque tam egregius factis erat 23 exterritos animi *Dietschius Sall. hist. fragm. p. 108* 25 nam si Pompeio *olim in Sallustii fragmentis editum erat, quod correxit Carrio*

p. 228. 229 L.

evenit . evenit his mihi incommode, Ter. Hecy. *(V 3,40)* incommode mihi nuptiis evenit .

Expedio me hac re, Cic. pro Corn. I eius modi mihi duos laqueos in causa esse propositos, ut, si me altero expedissem, tenerer altero . expedio me ex hac re, Ter. Adel. *(IV 4,6)* quo modo me expediam ex hac turba?

Excessit hoc loco, Verg. Aen. II *(351)*

excessere omnes adytis arisque relictis
dii .

excessit ex hoc *loco,* Ter. Hecy. *(III 2,12)* et cura ex corde excessit .

Excruciat me illa re, Cic. de praetura *(in Verr. act. sec. I 17,45)* socium P. R. atque amicum fumo excruciatum [unde] reliquit semivivum .

Elicit hoc vel huic, Verg. geor. I *(108)*

ecce supercilio clivosi tramitis undam
elicit .

elicit ab hoc, Cic. pro Deiotaro *(1,3)* in qua quaestione dolor elicere veram vocem possit etiam ab invito .

Exercet illam rem, Verg. Aen. III *(281)*

exercent patrias oleo labente palaestras .

exercetur illa re, Cic. de signis *(in Verr. IV 25,56)* dum armis exercetur .

Enixa filium, Verg. Aen. VII *(320)* ignes enixa iugales.

Exsors huius *rei,* Verg. Aen. VI *(428)* quos dulcis vitae exsortes.

Excudit huic *rei,* Verg. Aen. I *(174)* silici scintillam excudit Achates . excussos hac re, Verg. Aen. VII *(299)* quin etiam patria excussos. |

Effeta huius rei, Verg. Aen. VII *(440)* verique effeta senectus .

Est cernere, Verg. Aen. VI *(595)* terrae omnipotentis alumnum cernere erat, sic geor. IIII *(447)* neque est te fallere quicquam, buc. *(10,46)* nec sit mihi credere tantum .

Codex Parrhasii 1 evenit his — nuptiis evenit *post scripta, sed adpositis signis in suum locum revocata sunt* 4 tenerer altero 10 loco *om.* excruciatum unde reliquit semï 19 Exercet] Exerce 24 rei *om.* 25 rei *om.* 31 sit] sic

---

4 praepositos *M* 5 quo modo hac me expediam turba *codices Terentii* 11 Excruciare illa re *M . fortasse* excruciatus illa re 12 ibi hominem ingenuum, domi nobilem, populi Romani socium atque amicum, fumo excruciatum semivivum reliquit *Cicero* 23 *fortasse* Enixa fetum, Verg. Aen. III 391 triginta capitum fetus enixa, idem Aen. VII 320 ignes *sqq. priore exemplo usus est Nonius p. 296* 25 *fortasse* Excudit huic rei illam rem 31 ne sit *G*

p. 229 L.

Excipio illi rei, Verg. Aen. VIIII *(271)*

excipiam sorti iam nunc tua praemia, Nise .

Exuit hac re illam rem, Cic. pro Deiotaro *(p. Lig. 5,14)* nonne omnem humanitatem exuisses?

Exosus illud, Verg. Aen. XII *(517)* exosum bella Menoetem .

Extorris his, Verg. Aen. IIII *(616)* finibus extorris, Sal. hist. II orbe terrarum extorres .

Edormit hoc, Ter. Adel. *(V 2,11)* edormiscam hoc vini, Cic. Philip. II *(12,30)* edormi crapulam et exhala .

Ex commodo, Sal. Iug. *(82,1)* melius esse ratus ex commodo pugnam facere .

Escendo equum, Sal. Iug. *(97,5)* pars equos escendere, obviam ire hostibus.

Erumpit *se* inde, Verg. geor. IIII *(368)* unde altus primum se erumpit Enipeus .

Emergit se, Sal. hist. IIII ubi se laniata navigia fundo emergunt, Ter. And. *(III 3,30)* ex illis se emersurum malis .

Exorsus orationem, Sal. hist. IIII magnam exorsus orationem .

Expostulo cum eo, Teren. And. *(IV 1,15)* et cum eo iniuriam hanc expostulem .

Evolve te hoc, Ter. Eunu. *(IV 4,55)* hac re te omni turba evolves.

Elapsus hac muliere, Ter. Hecy. *(I 2,94)*

paulatim elapsus est Bacchide atque hunc transtulit amorem .

elapsus de hac *re, Verg. Aen. II (526)*

ecce autem elapsus Pyrrhi de caede Polites .

Emungo hac re illum, Ter. Phor. *(IV 4,1)* emunxi argento senem .

Codex Parrhasii 5 Menetem 6 IIII] III 14 se *om.* 19 et cum] eccum 23 Ter. Hercy 26 de hac ecce autem, *superscr. alia manu* Virg.

---

3 *ante Ciceronis exemplum excidisse videtur exemplum verbi cum duobus casibus coniuncti, ut est Sall. Iug. 88,3* ipsumque regem haud procul ab oppido Cirta armis exuerat . *nam in oratione pro Deiotaro* exuere *non invenitur* 7 urbe patriaque extorres *editores Sallustii ex codice Frontonis, non editiones Arusiani, ut ait Kritzius Sall. hist. fragm. p. 191* 12 ascendere *codices Sallustii* 14 Erumpit se inde *Heinsius apud Rhodium lex. Scribon. v.* erumpit *p. 379, ex G edidit Lindemannus* inde altus primum erumpit Enipeus *M* 16 Sal. hist. IIII] *Isid. orig. XIII 18,5* navigia] vestigia *Maius in editione Mediolanensi* fundo] profundo *Isidorus* 17 ex illis sese emersurum malis *Terentius* . se se emersurum *legisse videtur Arusianus* 21 hac re et te omni turba evolves et illi gratum feceris *Terentius* 24 hunc] huc *codex Bembinus Terentii*, huic *reliqui codices* 28 senes *Terentius*, senem *Nonius p. 36*

p. 229. 230 L.

Exsequias vadit, Ter. Phor. *(V 9,37)* exsequias Chremeti quibus est commodum ire, em tempus est.

Exporge illud, Ter. Adel. *(V 3,53)* exporge frontem.

Exarat ex agro, Cicero frumentaria *(in Verr. III 47,113)* ut plus quam decem medimna ex iugero exararent.

Evocat e loco, Cic. pro Deiotaro *(11,30)* e tenebris in lucem evocavit.

Excidit hac re, Verg. Aen. II *(658)* tantumque nefas patrio excidit ore, Teren. Andria *(II 5,12)* erus, quantum audio, uxore excidit.

Emissus ex hoc loco, Cic. in Catil. I *(11,27)* ut abs te non emissus ex urbe. emissus hoc loco, Verg. geor. IIII *(58)*

emissum caveis ad sidera caeli
nare per aestatem liquidam suspexeris agmen.

Felix illa re, Verg. Aen. VI *(785)* felix prole virum. felix illius rei, idem geor. I *(276)*

ipsa dies † saltus alio dedit ordine luna
felices operum.

Ferax illo, Verg. *geor.* II *(222)* illa ferax oleo: sic Sal. Iug. *(17,5)* arbore infecundus.

Fertilis huius *rei*, *Sal. Iug. (17,5)* ager frugum fertilis.

Fidens fugae, Verg. *Aen.* XI *(351)* fugae fidens et caelum territat armis. fidens fuga, Verg. georg. III *(31)* fidentemque fuga Parthum. fidus illius, Verg. Aen. XII *(659)* regina tui fidissima. fido huic rei, idem Aen. VII *(290)* iam fidere terrae.

Fessus illius rei, Verg. Aen. I *(178)* fessi rerum. fessus illa re, idem Aen. II *(109)* et longo fessi discedere bello.

Fortunatus illius rei, Verg. Aen. XI *(416)* fortunatusque laborum. fortunatus illa re, Sal. *Catil. (25,2)* viro liberis satis fortunata fuit.

Furens illius, Verg. Aen. V *(202)* furens animi dum proram ad saxa suburguet. furens hoc, idem Aen. VIII *(228)* ecce furens animis aderat Tirynthius.

Codex Parrhasii 1 vadit *bis scriptum est* 2 em tempus est] emptus est 4 frumentaria] frumentum 6 E loco evocat 9 erus] Eras 18 geor. *om.* oleo Sal. sic iug. Arbore infecundus. Fertilis huius. Ager frugum fertilis 21 Aen. *om.* 23 fidus] fidens XII] X 25 fessus rerum *corr.* fessi rerum 28 Catil. *om.* 29 prora 30 VIII] VII

---

16 saltus] alios *Vergilius* 19 ager frugum fertilis, bonus pecori, arbori infecundus *Sallustius* 23 fidus illius *Maius in editione Mediolanensi* 29 proram *Vergilius*

p. 230. 231 L.

Fruor illa re, Ter. Adel. *(V 8,27)* huic demus qui fruatur pro 'quo fruatur' . fruor illam rem, idem Phor. *(I 3,13)* ut mihi liceat quod amo tam diu frui . fructui mihi est illud, | Cic. de imperio Pompei *(6,16)* putatisne vos his rebus frui posse, nisi eos qui vobis fructui sunt conservaveritis?

Functus illa re, Ter. Adel. *(IV 3,12)* et tuo officio fueris functus. functus illam rem, idem eadem *(III 4,18)*

neque liberalis functus est officium viri .

Frater illius, Verg. Aen. V *(495)* tuus o clarissime frater Pandare . frater illi, Sal. hist. V qui uxori eius frater erat .

Fluit illa res, Verg. Aen. VIII *(445)* fluit aes rivis aurique metallum . fluit illa re, idem geor. II *(166)* atque auro plurima fluxit .

Flet illud tempus, Verg. geor. IIII *(514)* at illa flet noctem . volunt aliqui 'flet noctem' quasi 'usque ad noctem' intelligi, cum videatur melius quod noctem quoque totam flendo consumat, ut idem in eodem *(507)*

septem illum totos perhibent ex ordine menses
rupe sub aeria deserti ad Strymonis undam
flevisse.

Furorem furit, Verg. Aen. XII *(680)* hunc, oro, sine me furere ante furorem .

Futurum illi exitium est, Verg. Aen. II *(190)*

tum magnum exitium, quod di prius omen in ipsum
convertant, Priami imperio Phrygibusque futurum .

futurus exitio ille illi, idem Aen. VIIII *(315)* multis tamen ante futuri exitio: similiter Cic. pro Ligario *(5,16)* saluti civi calamitoso esse vellemus.

Fretus hac re, Verg. Aen. VIIII *(676)* freti armis, Sal. Iug. *(20,5)* et amicitia P. R. magis quam Numidis fretus .

[Filius familiae vel mater familiae.]

Festino illud, Verg. Aen. IIII *(575)* festinare fugam, Sal. hist. I profectionem festinantes.

Codex Parrhasii 4 frui possessiones: si eas qui vobis 9 Virg. Aen. vos o clarissime 16 in eodem V, *sed deleto* V 17 illam 31 IIII] III

---

2 ut mihi liceat tam diu quod amo frui *Terentius* 4 putatisne vos illis rebus frui posse, nisi eos qui vobis fructui sunt conservaritis *Cicero* qui fructui vobis sunt *M* 10 Sallust. hist. IV quod uxori *G* . et uxori *ex codice Frontonis olim in Sallustii fragmentis editum est* 17 septem illum — flesse *Vergilius* 26 Cic. pro Ligario] *cf. p. 493,21*

p. 231. 232 L.

Filii familiarum et * Cic. de praetura urbana *(in Verr. act. sec. I 24,62)* quam multis istum matribus familiarum *vim* attulisse existimatis? mater familias, Cic. pro Caelio *(13,32)* si matrem familias, secus quam matronarum sanctitas postulat, nominamus .

Fine illius rei, Salust. hist. III fine inguinum ingrediuntur mare.

Fugitans illius rei, Ter. Phor. *(IV 3,18)*

erus liberalis est et fugitans litium .

Fugitivus ab illa re, Cic. de signis *(in Verr. IV 50,112)* neque tam fugitivi illi ab dominis, quam tu ab iure et a legibus .

Firmatus illius rei, Salust. hist. III ad Cyzicum perrexit firmatus animi .

Fartus hac re, Cic. de suppliciis *(in Verr. V 11,27)* pulvinus erat perlucidus Melitensi rosa fartus .

Falsus illius rei, Terentius *Eun. (II 2,43)* ut falsus animi est .

Fundit humi, Verg. Aen. V *(77)* mero libans carchesia Baccho fudit humi .

Gaudet illa re, Verg. buc. *(6,29)* Phoebo gaudet Parnasia rupes . gaudet illam rem, Ter. And. *(V 5,8)*

hunc scio mea solum solide gavisurum gaudia,

idem Phor. *(V 9,65)*

vin primum hodie facere quod ego gaudeam, Nausistrata?

Gerens negotium, Cic. Philip. II *(25,63)* magister equitum negotium publicum gerens . gerentes negotii, Cic. pro Sestio *(45,97)* negotii gerentes . gesto in hac re, Ter. Adel. *(IV 2,24)*

Codex Parrhasii 1 Filius *corr.* Filii 2 vim *om.* 3 *post* mater familias *spatium quinque fere litterarum in codice vacuum relictum est* 5 mare Fatigatus illius rei. T. forma eras liberalis é et fugitans litiú 10 firmatum animi 14 Eun. *om.* 17 Phaebo 19 meas *corr.* mea 21 vin] vim nausistracta

---

1 *lacuna quam indicavi additis iis quae p. 474,30 scripta sunt ita suppleri poterit*, Filius familiae vel mater familiae, filii familiarum et matres familiarum, Sall. Catil. 43,2 sed filii familiarum, quorum ex nobilitate maxima pars erat, parentes interficerent, idem Catil. 51,9 matres familiarum pati quae victoribus collibuisset. *duo Sallustii exempla in Perizoniano codice adscripta sunt,* Filii familiarum (vel matres familiarum) Sallust. Bell. Cat. filia familiarum etc. *et in margine ex altero apographo* matres familiarum pati . *praeterea post* mater familias *aliud exemplum scriptum fuisse indicare videtur lacuna in codice relicta* 2 quam multis istum ingenuis, quam multis matribus familias in illa taetra atque impura legatione vim attulisse existimatis *Cicero* 5 Salust. hist. III] *Philarg. in Verg. georg. III 53* 6 Fugitans] *Prisc. l. XVIII p. 217. 293* 10 firmatus animi *M et editores Sallustii* 13 Melitensis *codices Ciceronis* 15 Bacchi *M* 16 fundit *Vergilius* 19 solum solide] non solum *M,* solide solum *Terentius* 22 negotium publicum gerens magister equitum *Cicero*

p. 232. 233 L.

quem ego tantillum puerum in manibus gestavi meis.

gero hac re, Verg. Aen. XII *(944)* atque humeris inimicum insigne gerebat .

Gratum tibi est, Cic. Hortensio Luculloque noster adventus et gratus et iucundus fuisset . gratum adversum te pro tibi, Ter. And. *(I 1,15)* id gratum fuisse adversum te .

Genitus illi rei faciendae, Sal. hist. III perdendae pecuniae genitus . genitus illo loco, Verg. Aen. XII *(708)* genitos diversis partibus orbis . genitus illo parente, idem Aen. VI *(131)* diis geniti potuere .

Gratiam illi criminis facio, Salust. histor. III post reditum eorum quibus senatus belli Lepidiani gratiam fecerat .

Gratificor illam rem tibi, Cic. de rep. I *(44,68)* populo gratificans et aliena et sua, Sal. Iug. *(3,3)* nisi forte quem inhonesta libido tenet, potentiae paucorum decus atque libertatem suam gratificari . |

Gratiae facio crimen meum, Sal. Iug. *(104,5)* Bocchum quoniam poenitet, delicta gratiae facit .

Gnarus illius, Sal. hist. I et numeri eorum Metellus per litteras gnarus .

Gemit extrema, Verg. Aen. XI *(865)* atque extrema gementem.

Gravis illo, id est ex illo gravida, Verg. Aen. I *(273)* regina sacerdos Marte gravis . gravis hac re, Verg. Aen. VIIII *(246)*

hic annis gravis atque animi maturus Aletes .

Genus Italus pro genere, Verg. Aen. V *(285)* Cressa genus, idem Aen. VIII *(114)* qui genus ?

Codex Parrhasii 1 tantillum] tam illum 2 insigne ba gerebat, *sed deleto priore loco* ba 4 Lucullo quem noster 5 fuisset] fuisse 13 inhonesto libido 16 Bacchum optimum poenitet 18 Mettellus *corr.* Metellus 22 VIIII] VIII 24 Cresa

---

1 quem ego modo puerum tantillum in manibus gestavi meis *Terentius* 4 Lucullo quidem noster *M* . Luculloque nostro *scripsi ind. schol. Halens. aest. a. 1879 p. XI, ut verba coniungerentur cum fragmento ex eodem libro a scholiasta Gronoviano in Cic. in Verr. act. sec. I 20,54 p. 404 ed. Or. citato, quod Madvigius disp. de Ascon. append. p. 30 emendavit,* cum in villam Luculli ventum esset omni apparatu venustatis ornatam, Luculloque noster adventus et gratus et iucundus fuisset : *cf. Cic. de rep. I 12,18* 5 iucundus fuisset *ex uno codice Vaticano Maius in editione Romana* 7 Sal. hist. III] *schol. in Cic. in Verr. act. sec. I 23,60 p. 176 ed. Or.* 13 inhonesta et perniciosa libido *Sallustius* 16 *fortasse* gratiae facit crimen meum, Sal. Iug. Bocchi, quoniam poenitet, delicta gratiae facit ceterum Boccho, quoniam paenitet, delicti gratiam facit *codices Sallustii* 18 et numeri] itineris *Carrio addita adnotatione p. 40 ed. Haverc., 'ita in meo Arusiano est, quod ab aliis legi video* et muneris eorum, *male . Messus in elocutione* gnarus illius'

p. 233. 234 L.

Geminum illis rebus pro simillimum, Cic. in Pisonem *(7,16)* illud vero geminum consiliis Catilinae et Lentuli, quod me domo mea expulistis .

Habito illam rem, Verg. buc. *(2,29)* atque humiles habitare casas . habito illa re, idem Aen. III *(110)* habitabant vallibus imis . habito ibi, idem Aen. VII *(151)* hic fortes habitare Latinos . habitantur illis illa loca, idem Aen. III *(398)* cuncta malis habitantur moenia Graiis . habitant in illo loco, Ter. And. *(IV 5,1)*

in *hac* habitasse platea dictum est Chrysidem .

habitat ad haec loca, Verg. Aen. III *(643)* curva haec habitant ad litora vulgo infandi Cyclopes.

Halat illa re, Verg. georgicorum IIII *(109)* halantes floribus horti . halat illam *rem*, Cic. Philip. II *(12,30)* edormi crapulam et exhala, Verg. Aen. VII *(84)* seramque exhalat opaca mephitim.

Hostis illius, Verg. Aen. VII (723)

hinc Agamemnonius Troiani nominis hostis .

hostis illis, Cic. de signis *(in Verr. IV 50,112)* neque tam illi hostes hominibus quam tu diis immortalibus .

Haesit his, Verg. Aen. VIIII *(537)* et postibus haesit adesis . haesit in his, Verg. Aene. V *(204)*

infelix saxis in procurrentibus haesit,

Cicero pro Milone *(21,56)* haesit in poenis .

Habet a me, Cic. in Pisonem *(11,25)* a me habere vitam fortunas liberos arbitrabantur . habet de me, Ter. Phor. *(II 3,17)* agrum de nostro patre colendum habebat . habere donat, | Verg. Aen. V *(260)* loricam donat habere viro . habendo aptat, Verg. Aen. XII *(88)* simul aptat habendo ensem clypeumque .

Hortor illos facere, Verg. Aen. II *(74)* hortamur fari quo sanguine cretus . hortor illos factum, hoc est factum ire, Sal. hist. III neque vos ultum iniurias hortor.

Humi nascuntur, *Verg.* buc. *(3,92)* et humi nascentia fragra, Sal. Catil. *(55,3)* humi depressus, idem Iug. *(48,3)* humi arido atque harenoso nascuntur .

Codex Parrhasii 4 atque] at 9 inhabitasse (*om.* hac) 10 curva] Quorum 13 rem *om.* edormis *corr.* edormi 15 Hostis illius Verg. Aen. VII *om.* 19 adesis] adhaesis 20 in his] in hisdem 23 in Pisone 26 XII] XI 29 factum ire] factuire 31 Verg. *om.*

---

4 atque humiles *Vergilius* 9 in hac habitasse *Terentius* 10 curva haec habitant *Vergilius* 14 saevamque *Vergilius* 23 a me se habere *Cicero* 27 ensemque clipeumque *Vergilius* 29 Sal. hist. III] *in oratione Macri § 17* neque ego vos *codex Vaticanus Sallustii* 33 nascuntur] gignuntur *Sallustius et Priscianus l. XVIII p. 377,6*

p. 334. 235 L.

Huc include, *Verg.* geor. II *(76)* huc alienum ex arbore germen includunt . huc asparge, *idem* geor. IIII *(62)* huc tu iussos asparge sapores. huc calca, *idem* geor. II *(243)*

huc ager ille malus dulcesque a fontibus undae
ad plenum calcentur .

Inhians illi rei, *Verg.* Aen. IIII *(63)*

pecudumque reclusis
pectoribus inhians [et] spirantia consulit exta,

Cic. in Catil. III *(8,19)* quem inauratum in Capitolio parvum atque lactantem uberibus lupinis inhiantem fuisse meministis . inhio illam rem, Verg. georg. II *(463)*

nec varios inhiant varia testudine postes .

Indulget illa re, *Verg.* georg. IIII *(198)* nec concubitu indulgent, Ter. Adel. *(I 1,38)* vestitu nimio indulges . indulget illi rei, *Verg.* Aen. II *(776)*

quid iuvat insano tantum indulgere labori .

Implet illa re, Verg. Aen. III *(434)* animam si veris implet Apollo . implentur illius rei, *Verg.* Aen. I *(215)*

implentur veteris Bacchi pinguisque ferinae . |

Innare illum locum, Verg. Aen. VI *(134)* bis Stygios innare lacus, idem georg. II *(451)* torrentem undam levis innatat alnus . innare illo loco, *Verg.* Aen. VIII *(691)* pelago credas innare revulsas Cycladas .

Incumbo illi rei, *Verg.* buc. *(8,16)*

incumbens tereti Damon sic coepit olivae .

incumbo illam rem, Sal. hist. III ut sustinere corpora plerique nequeuntes arma sua quisque instans incumberet . incumbo ad

---

Codex Parrhasii 1 Verg. *om.* 2 idem *om. utroque loco* 3 II] I 6 Inhiant Verg. *om.* 10 inhiantem] inhiantes, *sed deleto* s 12 ni varios 13 Verg. *om.* ne concubitu 14 vestitutu nimio Verg. *om.* 18 Verg. *om.* 21 torrent undam leves 22 Verg. *om.* pellago 24 Verg. *om.*

---

1 aliena *Vergilius* 7 pecorumque *G* 10 lactentem *G* 12 nec varios inhiant pulchra testudine postes *Vergilius* 26 ut sustinere corpora plerique nequeuntes fessi arma sua quisque stantes incumberent *Carrio Sall. hist. fragm. p. 79 ed. Hav. coll. Serv. in Verg. Aen. IX 229* ostendit ergo iam eos diuturna statione fatigatos . quod autem stant, et Romani moris est et bellicae necessitatis . hunc autem standi habitum et Sallustius lib. III hist. commemorat, ut fessi arma sua quisque stantes incumbere . *apud Arusianum corruptam codicis scripturam reliqui, quamquam* stans incumberet *grammaticum scripsisse apparet, quod defendit Kritzius Sall. hist. fragm. p. 295 . Sallustii autem verba in hunc potius modum videntur restituenda esse,* fessi et sustinere corpora plerique nequeuntes arma sua quisque stantes incumbere 27 quisquis instans *M*

p. 235 L.

illam rem, Cic. de imperio Pompei *(7,19)* incumbite ad id bellum, Quirites, idem pro Murena *(26,53)* praesertim cum incubuit ad virum bonum . incumbo in illam rem, Cicero pro Plancio *(7,17)* equidem qui in me ipsum incumbat, item Philip. IIII *(5,12)* incumbite in causam, Quirites .

Inducite animum, Ter. Heau. *(prol. 41)* causam hanc iustam esse animum inducite . inducere in animum, Cic. pro Cluentio *(15,45)* [quenquam] quicquam eius modi matri poterat in animum inducere .

Indutus illis rebus, *Verg.* Aen. XI *(83)*

indutosque iubet truncos hostilibus armis,

idem Aen. XII (947) tunc etiam spoliis indute meorum . indutus illas res, idem Aen. II *(275)* qui redit exuvias indutus Achillis . induitur illi rei, *Verg.* Aen. VII *(668)*

indutus capiti, sic regia tecta subibat .

induit se in illam rem, *Verg.* georg. I *(187)* cum se nux plurima silvis induit in florem . induitur illam rem corpore, *Verg.* Aen. VII *(640)* induitur loricam humeris . inducitur illa re corpus, *Verg.* Aen. VIII *(457)* tunicaque inducitur artus .

3 Potitur] *Prisc. l. XVIII p. 333 Non. p. 481 Serv. in Verg. Aen. III 278* 4 ut, priusquam legatos conveniret, Adherbalis potiretur *codices Sallustii, Priscianus et Servius* 5 cuncta potiendi, *quae in bello Iugurthino non leguntur, ab editoribus Sallustii in fragmentis historiarum posita sunt . ex bello Iugurthino exemplum adscribi poterat 37,4* cupidine caecus ob thesauros oppidi potiendi 8 neque de libertate *Dietschius Sall. hist. fragm. p. 7*, neque libertate *P* 13 militiae peritus *M* 17 proxima Carthaginem *P*, proxime Carthaginem *codices Sallustii* 18 proximi Hispanias *vel* proxime Hispaniam *codices Sallustii* 19 qui proximi loca hostium erant *ex G edidit Lindemannus* 22 Anxyrus *Vergilius* 30 homini homo quid praestat *codices Terentii*

. 252. 253 L.

Praefectus illius, Sal. hist. I de praefecto urbis quasi possessione reip. magna utrinque vi contendebatur. praefectus illi, idem Iug. *(52,5)* quem elephantis et parti copiarum pedestrium praefectum supra diximus. praefectus in illo, Cic. pro Sextio *(18,41)* inque eo exercitu inimici mei fratrem praefecerat .

Praefinitur tibi illa res, Cic. Philip. I *(8,20)* census praefiniebatur, inquit, non centurioni quidem solum, sed equiti etiam Romano.

Pluris quam hoc, Sal. bello Catil. *(52,5)* pluris quam remp. fecere . pluris hoc, Cic. pro Sextio *(68,142)* quis Carthaginiensium pluris fuit Hannibale? |

Praeter illos, Cic. in Pisonem praeter unum praetorem, a quo non fuit postulandum, praeterque duos de lapide emptos tribunos . praeter illis, Sal. Catil. *(36,2)* ceterae multitudini diem statuit praeter rerum capitalium condemnatis .

Praestolor illi, Cic. in Catil. *I (9,24)* qui tibi ad forum Aurelium praestolarentur armati . praestolor illum, Ter. Eun. *(V 5,5)*

quem praestolare, Parmeno, hic ante ostium?

Praesto est, Cic. de praetura urbana Verris *(in Verr. act. sec. I 1,2)* praesto est, respondet, defenditur . praesto adest, Ter. Eun. *(V 8,20)* sed ubi est frater ? praesto adest, Cic. pro Murena *(12,26)* praesto aderat sapiens ille, qui inire viam doceret .

Parte prior, Verg. Aen. V *(187)*

parte prior partem rostro premit a. p.

partem demissus, Sal. hist. IIII demissis partem quasi tertiam antemnis.

Plus hoc tempore, Cic. Philip. *I (3,7)* plus una nocte cupiens me retinere non potuit . plus hoc tempus, Verg. *geor. IIII (207)* neque enim plus septima ducitur aestas . plus satis *pro* 'plus quam satis est', Ter. Eun. *(I 2,5)*

accede ad ignem hunc, iam calesces plus *satis.*

Codex Parrhasii 1 illius] illis possessione] possessio 6 I] II 7 non centurioni] nocentur Iöni 8 remp. fecere] re prefecere 13 illis] illi diem] idem 15 I *om.* 17 ostium] ortum 23 premit t. v. p. 24 demissus] dimissus 25 I *om.* 26 geor. *om.* 27 pro *om.* 29 calescis plus Par (*om.* satis)

---

1 possessione *Bondamus et Dietschius Sall. hist. fragm. p. 10,* possessore *coniecit Lindemannus* 3 praefectum ab Iugurtha supra diximus *Sallustius* 4 inque eo exercitu ipsius tribuni pl. inimici mei *Cicero* 8 pluris quam rem publicam fecistis *Sallustius* 9 pluris Annibale *M* 12 postulandum, fratrem inimici mei, praeterque *Cicero* praeterquam duos *Lindemannus* 13 tribunos plebis *P* praeter illis] *cf. Prisc. l. XVIII p. 343. 354* 15 Praestolor] *Prisc. l. VIII p. 378 XVIII p. 274* 18 Verres *coniecit Lindemannus: cf. p. 501,4* 20 frater] pater *ex G edidit Lindemannus* 23 rostro premit aemula pristis *Vergilius* 25 plus una me nocte cupiens retinere non potuit *codices Ciceronis* 29 calesces plus satis *Terentius*

p. 253. 254 L.

Par his, Cic. pro Cluentio *(38,107)* ingenio et virtute par his quos ante memoravi . par hac re, Sal. hist. IIII scalas pares moenium altitudine . par cum his, Sal. Iug. *(14,9)* parem cum liberis tuis regnique participem fecisti . par hoc facere, Verg. buc. *(7,5)* et cantare pares .

Pudet illius *rei*, Cic. in Verrem actione prima *(12,35)* quos libidinis infamiaeque suae neque pudeat neque taedeat . pudet illud, Ter. Adel. *(IV 7,36)* non te haec pudent?

Pertaesum est huius *rei*, Verg. Aen. IIII *(18)*

si non paertaesum thalami taedaeque fuisset,

Verg. Aen. V *(713)*

et quos
pertaesum magni incepti rerumque tuarum est,

Sal. hist. III quam vos iniuriae pertaesum est .

Patet tot pedes, Verg. buc. *(3,105)*

tris pateat caeli spatium non amplius ulnas .

patet tot pedibus, | Sal. hist. IIII ad Siciliam vergens faucibus ipsis non amplius patet milibus V et XXX.

Pendet illa re, Verg. Aen. VIII *(668)* et te, Catilina, minaci pendentem scopulo . pendet de illa re, idem buc. *(1,77)*

dumosa pendere procul de rupe videbo .

pendet ab illa re, idem Aene. IIII *(79)* pendetque iterum narrantis ab ore . pendet illius rei, Ter. Heau. *(IV 4,5)* pendebat animi .

Proiectus in hac re, Verg. buc. *(1,76)* viridi proiectus in antro. proiectus hac re, idem Aen. XI *(87)* et toto proiectus corpore Turnus.

Propinquant illi loco, Verg. Aen. V *(159)* iamque propinquabant scopulo . propinquant illum locum, Sal. hist. IIII tum † utro Bithynii propinquantes iam amnem Tartanium. propinquum illa re, Sal. hist. [G] G. Verris litora Italia propinqua firmavit .

Codex Parrhasii 6 rei *om.* 9 pertesum *constanter* rei *om.* 10 talami tedaeque fuissent 13 tuarum et Sal. 19 VIII] VI 20 scopulo] populo

---

1 ingenio et diligentia et religione par iis quos antea commemoravi *Cicero* 13 tuarum est Sal. hist. *P* 14 Sal. hist. III] *in oratione Macri § 8* 17 ipsis *om. M* 20 pendentem scopulo *Vergilius* 23 cum in spe pendebit animi *Terentius* 25 sternitur et toto proiectus corpore terrae *Vergilius Aen. XI 87 . Turni nomen errori grammatici tribuendum est* proiectus tempore Turnus *GP: cf. Verg. Aen. XI 459* immo, ait, o cives, arrepto tempore Turnus 27 tum vero Bithyni *M*: tum vero Atropateni propinquantes iam amnem Arsaniam *coniecit Dietschius Sall. hist. fragm. p. 115 coll. Plut. Lucull. c. 31* 28 Sal. hist. IIII G. Verres *Kritzius Sall. hist. fragm. p. 333 et Dietschius p. 96.* Sal. hist. VI G. Verres *coniecerat Lindemannus* 29 Italiae *scripsisse Sallustium, Arusianum autem falsa scriptura deceptum esse coniecit Dietschius*

p. 254. 255 L.

Piget illius *rei*, Verg. Aen. V *(678)* piget incepti lucisque . piget illud, Ter. Phor. *(III 3,21)* quod nos post pigeat, Geta .

Patior hoc facere, Verg. Aen. VIII *(577)* patior quemvis durare laborem . patior hoc futurum esse, Cic. de praetura urbana Verris *(in Verr. act. sec. I 1,2)* patior, non moleste fero iud. me laboris mei, vos virtutis vestrae fructum esse laturos. patiens huius *rei*, Verg. geor. II *(223)* et patientem vomeris unci.

Praegnans hac re, Verg. Aen. VII *(319) nec face tantum Cisseis praegnans, idem Aen. X (704)* et face praegnans Cisseis regina.

Propius illas res, Sal. Catil. *(11,1)* quod tamen vitium propius virtutem erat, idem Iug. *(18,9)* propius mare Africum agitabant. propius his rebus, Vergilius georg. I *(355)* propius stabulis armenta tenerent, idem georg. IIII *(47)* ne propius tectis taxum sine . propior illi illam rem, Verg. geor. III *(58)* et faciem tauro propior .

Pepercit huic rei, Verg. Aen. II *(534)*

non tamen abstinuit nec voci iraeque pepercit .

parce hoc facere, Verg. Aen. III *(42)* parce pias scelerare manus .

Poenitet me facti, Verg. buc. *(10,16)* | nostri nec poenitet illas. poenitet me hoc fecisse, idem ibidem *(2,34)*

nec te poeniteat calamo trivisse labellum .

Potest ab hac re, Ter. Heau. *(prol. 13)*

sed hic actor tantum poterit a facundia .

potest hac re, Cic. rhetoricorum I *(2,3)* cum viribus plurimum posset.

Potis est pro potest, Verg. Aen. VIIII *(796)* potis est per tela, per ignes, Ter. Adel. *(III 2,46)* peiore res loco non potis est esse .

Pro hac *re*, id est ante hanc rem, Verg. Aen. VIII *(653)* stabat pro templo, Cic. in Pisonem *(5,11)* pro Aurelio tribunali dilectus servorum habebatur .

Perosus illam rem, Verg. Aen. VI *(435)* lucemque perosi, idem VIIII *(141)* non genus omne perosos femineum .

Poenas illius, quas ille intulit, Verg. Aen. VI *(565)* ipsa deum

---

Codex Parrhasii 1 rei *om.* 6 rei *om.* 7 II] III 8 Verg. Aen. IIII et face pregnans Cisseis regina 11 agitabunt 13 IIII] III 15 II] III 24 pro potest] pro prodest 27 re *om.* 28 in Pisone

---

5 patior, iudices, et non moleste fero *codices Ciceronis* 10 Propius] *Prisc. l. XVIII p. 292* 11 agitabant *Vergilius et Priscianus* 13 neu propius *Vergilius et Priscianus*, ne propius *codex Vossianus Prisciani* 24 potis est per tela virosque *Vergilius Aen. IX 796 : cf. Aen. II 664* per tela, per ignes cripis 32 Poenae illius *Houvenus p. 46*

p. 255. 256 L.

poenas docuit, Cic. in Pisonem *(21,50)* et gravissimae legum poenae vetarent : sic Salustius hist. *I* nam iniuriae validiorum .

Propter te, id est tui causa, Verg. Aen. IIII *(320)*

te propter Libyae gentes Nomadumque tyranni
odere .

propter te, iuxta te, Cic. in Pisonem *(3,6)* mihi hic vir clarissimus, qui propter te sedet, Lucius Gellius, Verg. geor. III *(13)*

et viridi in campo templum de marmore ponam
propter aquam .

Properat illam rem, Verg. Aen. VIIII *(401)* et pulchram properet per vulnera mortem, Sal. Iug. *(37,4)* aliaque properare.

Praesagus illius rei, Verg. Aen. X *(843)* praesaga mali mens.

Primus regno, Verg. Aen. XI *(238)*

et primus sceptris haud laeta fronte Latinus.

Praesens illius *rei, Verg.* Aen. XI *(483)* armipotens praesens *belli* .

Post habeo meam rem tua re, Verg. buc. *(7,17)*

post habui tamen illorum mea seria ludo :

sic et post duco, Sal. Iug. *(73,6)* et sua necessaria post illius negotium ducere . post habeo illam rem prae illa re, Ter. Adel. *(II 3,9)*

qui † in omnia sibi post putarit esse prae meo commodo.

Pergo iter, Ter. Hecy. *(I 2,119)* pergam quo occepi hoc iter.

Progredior illo loco, Verg. Aen. III *(300)* progredimur portu . progredior intra illud, Verg. Aen. XI *(608)*

iamque intra iactum teli progressus uterque .

Per mutua pro invicem, Verg. Aen. VII *(66)* et pedibus per mutua nexis.

Codex Parrhasii 1 in Pisone 2 I *om.* 3 IIII] VII 6 in Pisone mihi 7 III] IIII 10 Properat] Propter properet per] propter 11 properare] prop 12 Presagus presaga 13 XI] VIII 15 Presens illius Aen. XI armipotens presens Post habeo 18 ludos 24 inter illud

---

2 Salustius hist. I] *August. de civ. dei II 18* idem (Sallustius) tamen in primo historiae suae libro atque ipso eius exordio fatetur — nam iniuriae, inquit, validiorum et ob eas discessio plebis a patribus *etc. Serv. in Verg. georg. IV 238* item Sallustius 'iniuria validiorum', scilicet quam inferebant validiores 3 Propter] *Non. p. 367* 4 Libycae gentes *Vergilius* 10 Propero illam rem *et deinde* properet per *Lindemannus* 11 aliaque quae incepto usui forent properare *Sallustius* 15 armipotens, praeses belli, Tritonia virgo *Vergilius, ubi* praesens *legitur in codicibus et apud Servium* 19 et sua necessaria post illius honorem ducerent *Sallustius* 21 quin omnia sibi post putarit *P,* qui omnia sibi postputavit *Lindemannus* . quin omnia, *sicut in non nullis Terentii codicibus et apud Donatum legitur, Arusianus legisse videtur,* qui omnia *plurimi codices Terentii,* qui ignominia *codex Bembinus* 22 quo coepi *codices Terentii et Nonii p. 318* 23 progredior portu *Vergilius*

p. 256 L.

Pugno in illum, Sal. Catil. *(52,30)* contra imperium in hostem pugnaverat .

Pollens illa re, Sal. Iug. *(6,1)* pollens viribus .

Privus illius *rei,* Sal. hist. I numeroque praestans privus ipse militiae .

Pavesco illa re, Sal. Iug. *(72,2)* omni strepitu pavescere.

Prudens illarum rerum, Sal. hist. I prudens omnium quae senatus censuerat .

Praeminet illa re illam rem, Sal. hist. II omnes qui circum sunt praeminet altitudine milium passuum duorum .

Pertinens in illam rem, Sal. hist. III unde pons in oppidum pertinens explicatur.

Promptus illius rei, Sal. hist. II neque virgines nuptum a parentibus mittebantur, sed ipsae belli promptissimos deligebant.

Praeluceo mihi lumine, Sal. hist. IIII quae praedatores facibus sibi praelucentes ambustis tectis sine cura reliquerant .

Per geminata praepositio, Cic. pro Scauro hoc nomine audito, quod per omnes gentes pervagatum est .

Profiteor in his, Ter. Eun. *(prol. 3)*

in his poeta hic nomen profitetur suum .

Prae ut ille quae facit, Ter. Eun. *(II 3,9)* [prae ut ille quae facit te]

ludum iocumque fuisse dicet illum alterum,
prae ut huius rabies quae dabit.

Postilla *pro* postea, Ter. Phor. *(V 9,29)*

eam compressit, unde haec nata est, neque postilla unquam attigit.

Proruit se pro immisit, Ter. Eun. *(III 5,51)* foras simul omnes proruunt *se.*

Codex Parrhasii 3 Polles illa re 4 rei *om.* 6 Sal. Iug.] Sal. hist. I 10 preminent *posteriore loco* multitudine *corr.* altitudine 14 sed ipse 15 qui pretores facibus sibi prelucentes ambustas in tectis 21 Prae utile quae facit Ter. Eun. praeutile quae facit te ludum locumque 22 alterum. Pre ut huius scabies 24 pro *om.* 28 se *om.*

---

10 praeminet altitudine *Lipsius apud Dousam in Sall. hist. fragm. p. 52 ed. Hav.*, praeminent altitudinem *M* 14 promittebantur *vel* tradebantur *coniecit Vrsinus in Sall. hist. fragm. p. 50 ed. Hav.* diligebant *M et Lindemannus,* delegebant *editores Sallustii ex codice Frontonis* 15 quia praetores *P,* quum praetores *coniecit Lindemannus* quae praedatores facibus sibi praelucentes ambustis tectis sine cura reliquerant *scripsi ind. lect. Hal. aest. a. 1879 p. X,* quia praedatores facibus sibi praelucentes ambustas in tectis sine cura reliquerant *coniecerat Linkerus emend. Sallust. p. 33 (Sitzungsberichte d. Wien. Akad. B. 13. 1854) coll. Plutarch. Lucull. c. 19, item Wagnerus Zeitschr. f. Gymnasialw. Berol. a. 1855 p. 198* 22 dicet fuisse *codex Bembinus Terentii,* dices fuisse *reliqui codices et Priscianus l. XV p. 50* 27 pro emisit *coniecit Lindemannus . an* pro immittit se?

p. 256. 257 L.

Postremum vides, id est novissime vides, Ter. Andria *(II 1,22)* si . id facis, hodie postremum me vides .

Per tempus, id est opportune, Ter. And. *(IV 4,44)* o Chremes, per tempus advenis . |

Praeeo tibi, Cic. de domo sua *(52,133)* aut mihi praeeatis postem teneatis .

Pluit illa re, Verg. georg. IIII *(80)*

non densior aëre grando
nec de concussa tantum pluit ilice glandis .

Queror illam rem, Verg. Aen. I *(385)* nec plura querentem passa Venus, Sal. hist. I nam Syllae dominationem queri non audebat . queror de illa re, Cic. pro Cluentio *(5,13)* sed nefarium matris pellicatum ferre non posset, de quo ne queri quidem se sine scelere arbitraretur . queror tecum pro apud te, Cic. pro Oppio questusque mecum est . querella est facti tui, Cic. in Pisonem *(1,1)* iam vides, bellua, iamne sentis, quae sit hominum querella frontis tuae?

Quae, malum, ista ratio est * igitur ista ratio, cum statueras eripere, ad iniuriam eripiendi fraudem sceleris adiungere, Ter. Heaut. *(II 3,77)* quas malum ambages mihi narrare incipit, idem Eun. *(IV 7,10)* qui malum alii .

Quietus ab illis rebus, Sal. hist. I quietam a bellis civitatem . quies illarum rerum, Verg. geor. IIII *(184)* omnibus una quies operum.

Quicum pro cum quo, Cic. pro Quintio *(6,25)* quicum tibi societas adfinitas erat . quicum pro cum qua, Verg. Aen. XI *(820)*

Accam ex aequalibus unam,
quicum partiri curas atque ita fatur .

Codex Parrhasii 1 Andria] adel. andria, *sed deleto* adel. 5 Praeeo] Preo preeatis 10 Quero *primo loco* 13 non posset scel de quo, *sed deleto* scel 15 in Pisone iam videns bellua iam nec sentis 17 malum] malim, *item postea 19 et 20* 25 Accam] Ac cum

---

5 ut mihi praeeatis postemque teneatis *Cicero, quod ipse Arusianus legit*, aut mihi praeeatis aut postem teneatis *ex G edidit Lindemannus* praeeatis] pareatis *codices Ciceronis* 11 Sal. hist. I] *Don. in Ter. Phorm. II 3,24* et Sallustius 'nam Syllae dominationem queri non audebat', et interpositis quibusdam sequitur 'qua offensus', hoc est dominatione Syllae . *nam ita fere haec emendanda sunt . apud Arusianum Sallustii exemplum non indicato libro ex G ediderat Lindemannus* 13 se sine scelere posse arbitraretur *vel* sine scelere se posse arbitraretur *codices Ciceronis* 15 iam inde, bellua, iam ne sentis *ex G edidit Lindemannus*, iamne (*vel* iam) vides belua iamne sentis *codices Ciceronis* 17 Quae malum] *Cic. Philipp. X 9,18* quae, malum, est ista ratio, semper optimis causis veteranorum nomen opponere? *reliqua unde petita sint, non constat* 19 incipit] occipit *Terentius* 23 iussit bona proscribi eius, quicum familiaritas fuerat, societas erat, adfinitas liberis istius vivis divelli nullo modo poterat *Cicero* 25 Accam ex aequalibus unam Adloquitur, fida ante alias quae sola Camillae, Quicum partiri curas, atque haec ita fatur *Vergilius*

p. 257. 258 L.

Quoad pro donec, Verg. Aen. XII *(147)* quoad visa est fortuna pati, Sal. Iug. *(41,10)* quoad semet ipsa praecipitavit .

Quid hominis est pro qualis homo est, Ter. Hecy. *(IV 4,21)* quid mulieris uxorem habes?

Quadrat in illum, Cic. pro Caelio *(29,69)* nisi omnia quae cum turpitudine aliqua dicerentur in istam quadrare apte viderentur.

Quisque *suos patiamur pro* nostros patiamur, Verg. Aen. VI *(743)* quisque suos patiamur amores. |

Relegatus in illum locum, Sal. hist. I relegati in paludes.

Recordor de illo, Cic. pro Scauro *(49)* de te recordor . recordor illum, Verg. Aen. VIII *(156)*

et vocem Anchisae magni vultumque recordor .

Resonat carmen locus, Verg. buc. *(1,5)*

formosam resonare doces Amaryllida silvas .

resonat carmine locus, idem Aen. IIII *(668)* resonat plangoribus aether . resonat ille carmine illum locum, idem Aen. VII *(11)* inaccessos ubi Solis filia lucos assiduo resonat cantu .

Refugit ab illa re, Verg. Aen. III *(536)* refugitque ab littore templum . refugit illam rem, idem Aen. VII *(618)* aversusque refugit foeda ministeria . refugit illa sui parte, idem geor. I *(442)* medioque refugerit orbe .

Recens ab illa re, Verg. Aen. VI *(450)* recens a vulnere Dido . recens illo loco, Cic. Philip. I *(3,8)* ex his quidam Roma recentes .

Requiesco illud tempus, Verg. buc. *(1,80)*

hic tamen hanc mecum poteris requiescere noctem :

Codex Parrhasii 5 Quadrate in illam *corr.* Quadrat in illum 6 quadrare relegat apud te videretur 7 Quisque nostros patiamur . verg. aen. V 9 | Relegat in illum locum . sal. hist. I. Relegat in paludes | *in primo versu novae paginae solum* relegat *scriptum, reliqua pars versus vacua relicta est* 14 formosum 16 ille] illo VII] VIII inacessos 20 I] II 22 VI] VII

---

1 qua visa est *codices Vergilii*, et quidam putant Vergilium 'quoad visa est fortuna' reliquisse, ut sit 'quoad visa est' usque eo *Servius* 6 quadrare apte viderentur *Cicero* 7 Quisque nostrum patimur Virg. Aen. VI quisque suos patimur mores *ex G edidit Lindemannus* 8 quisque suos patimur manes *Vergilius* 9 Relegat in illum locum Sal. hist. I Relegat in paludes *M* Relegat illi loco Virg. Aen. VII Et Nymphae Egeriae nemorique (memorique *edidit Lindemannus*) relegat Relegat in illum locum Sall. Histor. I Relegat in paludes *G . eadem leguntur in codice Perizoniano . lacunam, quae in Neapolitano codice videbatur indicata esse, addito exemplo Vergilii (Aen. VII 775) suppleverunt Itali* Sal. hist. I] *in oratione Lepidi § 23* relegati in paludes et silvas 15 resonat magnis plangoribus aether *Vergilius* clangoribus *G* 16 resonat ille carmine illum locum *Houvenus p. 42* 25 poteras *codices Vergilii*

p. 258. 259 L.

sic Cic. pro Cluentio *(13,38)* qui cum unum iam et alterum diem desideraretur . requiesco cursum meum, Verg. buc. *(8,4)*

et mutata suos requierunt flumina cursus.

Recipit se ab illis locis, Verg. geor. IIII *(403)* quo fessus ab undis se recipit . recipit ex illo illum, idem Aen. VI *(110)*

illum ego per flammas et mille sequentia tela
eripui his humeris medioque ex hoste recepi .

Residunt in illam partem, Verg. Aen. VIIII *(539)* dum se glomerant retroque residunt in partem quae peste caret . residit illa re, idem Aen. I *(506)* solioque alte subnixa residit . resedit in illa re, idem Aen. V *(180)* siccaque in rupe resedit .

Reminiscor illam rem, Verg. Aen. X *(782)* et dulces morieus reminiscitur Argos. |

Ritu illius rei, Verg. Aen. XI *(611)* crebra nivis ritu .

Refert illum facie, Verg. Aen. IIII *(329)* qui te tamen ore referret, idem Aen. XII *(348)*

nomine avum referens, animo manibusque parentem .

Regnata illi loca, in quibus ille regnavit, Verg. Aen. VI *(794)* regnata per arva Saturno quondam, idem Aen. III *(13)*

terra procul vastis colitur Mavortia campis,
Thraces arant, acri quondam regnata Lycurgo .

Reapse pro ipsa re, Cic. de rep. *(I 2,2)* reapse non ratione praeceptio .

Recursat animo, *Verg. Aen. IIII (3)*

multa viri virtus animo multusque recursat
gentis honos .

Reponis in illam rem, Verg. Aen. I *(253)* sic nos in sceptra reponis . repositum in illa re, Cic. de signis *(in Ver. IV 3,5)* sacra quaedam more Atheniensium reposita in capitibus virginum . repone illi rei, Verg. Aen. VII *(134)* et vina reponite mensis .

Repetitum praedae pro ad praedam, Sal. hist. I quo patefactum est remp. praedae, non libertati repetitam .

Codex Parrhasii 1 unam *corr.* unum 3 mutata] mota 7 ex *ante* hoste *postea additum esse videtur* 13 Argos] agros 16 XII] X 18 loca] locum 22 Reapse] repsa *corr.* repse *priore loco* 23 preceptio 24 Verg. Aen. IIII multa viri virtus animo *om.* 25 multasque *corr.* multusque 30 VII] VIII 32 repetitum

---

1 unum iam et alterum] una re et alteram *ex G edidit Lindemannus*
3 et mutata suos *Vergilius* 22 reapse non oratione perfectio *codex Ciceronis*, reapse, non oratione praeceptio *defendi ind. lect. Hal. aest. a. 1879 p. XI*
29 more Atheniensium virginum reposita in capitibus sustinebant *codices Ciceronis*
32 libertati repetitam *ex G edidit Lindemannus*

p. 259. 260 L.

Restitui illum in locum, Ter. Hecy. *(prol. 21)* ita poetam restitui in locum.

Similis illius rei, Verg. Aen. V *(594)* delphinum similes . similis illi, idem Aen. VIII *(649)*

illum indignanti *similem* similemque minanti,

Sal. Catil. *(14,4)* similisque ceteris efficiebatur. similis illi faciem, Verg. georg. II *(131)* faciemque simillima lauro.

Subeo illam rem, Verg. Aen. IIII *(599)* quem subiisse humeris confectum aetate, idem Aen. VIII *(362)* haec limina victor Alcides subiit . subeo illi rei, Verg. Aen. VII *(161)* muroque subibant : sic Aen. VI *(813)* cui deinde † subit otio qui rumpere patria, Cic. in divinatione *(in Caec. 14,46)* poteris † eis oratione subire. |

Successit illi rei, Verg. Aen. I *(627)* o iuvenes tectis succedite nostris, idem Aen. VII *(501)* successitque gemens stabulis . successit illam rem, Sal. hist. I cum murum hostium successisset, idem hist. III muros successerant, idem hist. II turmam equitum castra regis succedere et prope rationem explorare iubet .

Servatus periculis, Verg. Aen. VIII *(188)* saevis, hospes Troiane, periclis servati facimus . servatus ex periculis, idem Aen. XII *(768)*

servati ex undis ubi figere dona solebat .

servatus a periculis, idem Aen. V *(699)* servatae a peste carinae .

Servans huius rei, idem Aen. II *(427)*

qui fuit in Teucris et servantissimus aequi .

Suadet illi, Sal. Iug. *(61,5)* facile Numidae persuadet . suadet illum facere, Verg. Aen. XII *(813)*

Codex Parrhasii 1 poeta 5 indignantis *corr.* — ti similem *om.* 7 II] I 17 properationem 18 VIII] VIIII Troianae 19 servatus ex periculis] servatos (*corr.* — tus) ex periclis 22 II] VII 24 Suadet illum facere Verg. aen. XII Iuturnam misero fateor succurrere fratri Suadet illi Sal. Iug. facile Numidae persuadet Suadet illum facere Verg. aen. XII Iuturnam misero fateor succurrere fratri Studeo, *locutione* suadet illum — fratri *bis scripta*

---

11 cui deinde subibit otia qui rumpet patriae *Vergilius* 12 poterisne eius orationis subire invidiam *codices Ciceronis*, poterisne eius orationi subire *scholia in Cic. l. c. et Nonius p. 404, et sic scripserat Arusianus* subire . Virg. Ae. IIII nostris successit sedibus hospes . Successit illam Sal. hist. III muros successerant *M . Vergilii exemplum Aen. IV 10 post* successit illi rei *posuit Lindemannus* 13 Successit] *Serv. in Verg. buc. 5,5* o tectis iuvenes *codices Vergilii, sed* o iuvenes tectis *prima manu codex Romanus* 16 successerant] successerunt *ex G edidit Lindemannus* 17 propere stationem *vel* prope stationem *coniecit Bondamus*, proeli rationem *Dietschius Sall. hist. fragm. p. 50.* prope munitionem *scripsi ind. lect. Hal. aest. a. 1879 p. X, quamquam* rationem *ita defendi poterat, ut scriberetur* prope rationem explorare iubet locorum 20 solebant *Vergilius* 24 *fortasse* suadet illi, Sal. Iug. (26,1) Adherbali suadent : sic Sal. Iug. facile Numidae persuadet

p. 260. 261 L.

Iuturnam misero, fateor, succurrere fratri
suasi .

Studeo illi [rei], Cic. pro Caelio *(5,11)* studuit Catilinae iterum petenti . studeo me praestare illis, Sal. Catil. *(1,1)* qui sese student praestare ceteris animalibus . studeo illam rem, Cic. pro Scauro retineret, id quod praecipue semper studuit, generis familiae nominis dignitatem, Ter. Heauton. *(II 4,2)*

id cum studuisti, isti formae ut mores consimiles forent, idem Hecy. *(II 1,2)*

ut omnes mulieres eadem aeque studeant nolintque omnia, idem eadem *(II 2,20)* studeo haec, priusquam ille redeat .

Super hac re pro plus hac re, Verg. Aen. VIIII *(61)* nocte super media, id est plus media. super hac re pro de hac re, Verg. Aen. I *(750)* multa super Priamo rogitans, idem geor. IIII *(559)*

haec super arvorum cultu pecorumque canebam
et super arboribus .

super hac re pro pro hac re, idem Aen. IIII *(233)*

nec super ipse sua molitur laude laborem.

super illa re pro in illa re, idem buc. *(1,81)* fronde super viridi, idem | Aen. I *(700)* stratoque super discumbitur ostro, idem Aen. VI *(203)* gemina super arbore sidunt . super illam rem, idem Aen. I *(295)* saeva sedens super arma.

Subter illam rem, Verg. Aen. III *(694)* Alpheum fama est huc Elidis amnem occultas egisse vias subter mare . subter illa re, idem Aen. VIIII *(514)*

ferre iuvat subter densa testudine casus.

Sub hac re pro in hac re, Verg. Aen. VII *(179)* curvam servans sub imagine falcem Saturnusque senex . sub hanc rem pro ad hanc rem, Verg. Aen. V *(853)* oculosque sub astra tenebat, idem Aen. II *(442)* postesque sub ipsos nituntur gradibus, idem Aen. IIII *(494)*

Codex Parrhasii 3 Catilina 8 isti] is 10 eademque studeant nolimque omnia 12 Verg. aen. IIII in noctes super media 17 pro pro hac re] pro de hac re 18 sua] suum 19 super illa re pro in illa re] Super illam rem idem aen. I pro in illam *corr.* Super illa pro in illam 30 postesque sub] sub postesque

---

11 priusquam ille huc (*vel* ut) redeat *codices Terentii*, priusquam ille redeat *superscripto* ut *codex Bembinus* 17 super hac re pro pro hac re *restitui ex Diomede p. 413,18 et Dositheo p. 416,7* 18 sua molitur *codices Vergilii Diomedis Dosithei* 19 super illa re pro in illa re] *cf. Prisc. l. XIV p. 55* id est in gemina arbore sidunt super 23 huc] hac *edidit Lindemannus*, huc *G*

p. 261. 262 L.

tu secreta pyram tecto interiore sub auras
erige .

sub hanc rem pro per hanc rem, Verg. Aen. I *(662)* et sub noctem cura recursat, Cic. de domo *(5,11)* frumentum provinciae, quod gratius esset cum ipsa fame subvenisse, custodiis suis clausum continebant, ut sub novum mitterent . sub hac re *pro* prope hanc rem, Verg. geor. IIII *(490)* Eurydicenque suam iam luce sub ipsa respexit . sub illam rem coegit, Verg. Aen. VII *(43)* totamque sub arma coactam Hesperiam . sub illam rem removit, Sal. hist. I et stationes sub vineas removebat . sub hac re *se* subicit pro sub hac re crescit, Verg. geor. II *(18)*

laurus
parva sub ingenti matris se subicit umbra.

sub illam rem locatum, nove Sal. hist. IIII dolia cum sub trabes locata vitibus aut tergis vinciebant.

Subpeditat hac re, Cic. Siciliensi *(in Verr. II 2,5)* coriis, tunicis frumentoque subpeditat. subpeditare illi sumtibus volo, Ter. Heau. *(V 1,57)*

nam si illi pergo suppeditare [illis] sumptibus .

subpeditor hac re, Cic. in Catil. *II (11,25)* sed si omissis his rebus, quibus nos subpeditamur, eget ille .

Satur illius *rei,* Ter. Adel. *(V 1,3)* postquam intus sum omnium rerum satur . saturatus illam rem, Verg. Aen. V *(608)* necdum antiquum saturata dolorem . saturatus illa re, idem Aen. VII *(298)* odiis aut exsaturata quievi . |

Sciens huius rei, Sal. sciens horum, idem hist. II belli sane sciens. scit illas res, Verg.[1] Aen. XII *(396)*

Codex Parrhasii 1 interiorem *corr.* — re auras] atras 3 pro per] prope 6 pro *om.* 7 Euridicenque 10 se subicit] subiecit 15 tergis] tirgis 19 II *om.* 20 subpeditamus *corr.* — mur 21 rei *om.* 22 VII] IIII 24 exsaturata] exaturata *corr.* exsaturata 25 belli sane sciens] bellica nesciens

---

3 sub hanc rem pro per hanc rem] *cf. Prisc. l. XIV p. 54* pro per noctem, *Serv. in Verg. l. c.* quia vehementiores curae vel circa noctem vel per noctem sunt 4 frumentum provinciae frumentariae partim non habebant, partim in alias terras, credo propter varietatem venditorum, miserant, partim, quo gratius esset tum, cum in ipsa fame subvenissent, custodiis suis clausum continebant, ut subito novum mitterent *Cicero* 14 dolia sub trabes locata vitibus aut tergis vinciebant *P, quod defendit Houvenus p. 47 coll. Serv. in Verg. Aen. IX 412* tergum pro tergus dixit: Sallustius tergis vinciebant pro tergoribus 15 aut virgis *ex G* dolia quae *coniecit Lindemannus . an* dolia quoque ? 17 frumentoque suppeditato *Cicero*, frumentoque suppeditabat *G P* 25 sciens horum] sciens locorum *Ruhnkenius in Vell. II 88 p.365 coll. Sall. Iug. 85,45* exercitus ibi est locorum sciens, *97,3* locorum scientes erant. *nam* sciens horum *apud Sallustium non legitur* belli sane sciens *coll. comm. Cruq. in Hor. epist. I 15,5* sane valde, ut Sallust. belli sane sciens *restituit Lindemannus,* bellicae rei sciens *Ruhnkenius l. c. ex coniectura Burmanni: cf. Houven. p. 47*

p. 262 L.

scire potestates herbarum usumque medendi
maluit .

scit his rebus, Ter. Eun. *(I 2,52)* videt honestam virginem et fidibus scire . scientem te faciam, Ter. Heau. *(IV 8,32)*

nam te scientem faciam, quicquid egero .

Subgredior illum locum, Sal. hist. IIII stolide castra subgressus.

Suetus his rebus, Sal. hist. II genus militum suetum a pueritia latrociniis, idem ibidem genus hominum vagum et rapinis suetum magis quam agrorum cultibus .

Sapor illius rei, Verg. geor. IIII *(267)*

proderit et tunsum gallae admiscere saporem .

sapor iuxta illam rem, Sal. hist. IIII sapor iuxta fontes dulcissimos.

Satagit illarum rerum, Ter. Eun. *(Heaut. II 1,13)* etsi is quoque suarum rerum satagit .

Sponsa mihi est, Ter. Eun. * sponsa mihi est.

Stat in illo habitu, Verg. Aen. VIIII *(581)*

stabat *in* egregiis Arcentis filius armis .

stat hac, id est favet nostrae parti, idem Aen. XII *(565)*

nequa meis esto dictis mora, Iuppiter hac stat .

Siste huc, Verg. Aen. IIII *(634)*

Annam, cara mihi nutrix, huc siste sororem .

siste hic, idem Aen. XI *(852)*

hic dea se primum rapido pulcherrima nisu
sistit .

Supervenio illis, Verg. buc. *(6,20)* timidisque supervenit Aegle.

Sublego tibi, Verg. buc. *(9,21)*

vel quae sublegi tacitus tibi carmina nuper.

Subligo illi parti, Verg. Aen. VIII *(459)*

tum lateri atque humeris Tegeum subligat ensem .

Subnecto illi parti, Verg. geor. III *(167)* cervici subnectite.

Secundat illam rem, id est secundam et prosperam facit, Verg. Aen. III *(36)* rite secundarent visus.

Codex Parrhasii 8 ibidem] ibi vagum] vagi 16 VIIII] VIII 17 stabat egregiis 18 stat adest favet 19 hac stat] adstat 25 Egle

---

3 hanc forma videt honesta virginem et fidibus scire *Terentius, ubi* honestam *est in codice Victoriano* 8 vagum *ex G edidit Lindemannus*, vagi *corr.* vagum *P* 12 dulcissimus *haud dubie scripserat Sallustius . ad descriptionem lacus Lucaniae apud Plutarchum Crass. c. 11 verba rettulit Kritzius Sall. hist. fragm. p. 339* 15 Ter. Eun.] *duo exempla Terentii Arusianus adscripserat, Eun. V 8,6* scis sponsam mihi *et Phorm. IV 3,52* quae sponsa est mihi 18 stat hac id est favet *Lindemannus* 19 Iuppiter hac stat *Vergilius* 30 cervici subnecte *Vergilius* 32 visum *ex G edidit Lindemannus*

p. 263 L.

Salio per illam rem, Verg. geor. II *(384)* unctos saliere per utres. | Securus huius *rei*, Verg. Aen. VII *(304)* securi pelagi atque mei. Siccus hac re, Verg. Aen. VIII *(261)* et siccum sanguine guttur. Sacer deo illi, Verg. Aen. XII *(766)*

forte sacer Fauno foliis oleaster amaris.

Sparge illud, Verg. buc. *(8,30)* sparge, marite, nuces . sparge illi illud, Cic. pro Cluentio *(26,71)* guttam aspargit huic bulbo.

Sentio de te bona, Cic. in Catil. III *(2,5)* qui omnia de rep. praeclara atque egregia sentirent.

Sancio peccatum supplicio, Cic. pro Sylla *(p. Planc. 19,47)* noli observantiam sancire poena . sanxi crimen exilio, Cic. pro Sylla *(p. Planc. 34,83)* addidit me idcirco mea lege exilio ambitum sanxisse .

Statuo illum capite in terram, Ter. Adel. *(III 2,18)* sublimem medium abriperem et capite primum in terram statuerem.

Spectatur ab aetate, Verg. Aen. VIIII *(235)* neve haec nostris spectentur ab annis.

Sitiens illius rei, Cic. pro Sylla *(p. Planc. 5,13)* sitientem me virtutis tuae.

Sub praepositio geminata, Cic. de imperio Pompei *(in Verr. act. sec. I 21,55)* sub imperium P. R. dicionemque subiunxit.

Subsedit illam rem, Verg. Aen. XI *(268)* devictam Asiam subsedit adulter . subsedit hac re, idem Aen. V *(498)* galeaque ima subsedit Acestes . subsedit in illo loco, Cic. pro Milone *(19,49)* subsidendum aliquo in loco Miloni .

Codex Parrhasii 2 rei *om.* mei] mihï 3 VIII] I 6 sparge illi] sparge illo 10 Sancio — 11 poena *hoc loco omissa post 17* ab annis *scripta sunt* 11 sanxi] sensi exilio] ex illo *priore loco* 13 sanxisse] sensisse 16 Spectatus *priore loco* 17 spectantur *posteriore loco* 23 re] res *corr.* re galeamque

---

6 sparge illi illud *Bondamus apud Houvenum p. 42* 10 Sancio — poena, *quae in codice infra 11 post elocutionem* spectatur — ab annis *scripta sunt, huc revocavi . similis error fuit supra 479,3* incumbo in illam rem 12 hic etiam addidisti me idcirco mea lege exilio ambitum sanxisse *Cicero. apud Arusianum* sanxi crimen exilio *et* sanxisse *scribendum esse adnotavit Garatonius Cic. orat. v. VII praef. p. X* 15 sublimen *Maius in editione Mediolanensi ex codice Ambrosiano* arriperem *codices Terentii* 20 Cic. de imperio Pompei] idem de praetura urbana *M . in oratione de imperio Cn. Pompei* sub praepositio geminata *non legitur . sed exemplo quod Arusianus ex oratione in Verrem adscripsit similis est locus de imp. Cn. Pomp. 12,35* totam ad imperium populi Romani Ciliciam adiunxit 24 subsedendum *ex G edidit Lindemannus* . sic Miloni, cum insidiator esset, si illum ad urbem nocte accessurum sciebat, subsidendum atque expectandum fuit *codices Ciceronis*

p. 263. 264 L.

Tenus hac re, Verg. Aen. II *(553)* capulo tenus, idem Aen. III *(427)* pube tenus, Cic. pro Deiotaro *(13,36)* Tauro tenus regnare iussus . tenus huius rei, Verg. georg. III *(53)*

et crurum tenus a mento palearia pendent, |

idem Aen. X *(210)*

cui laterum tenus hispida nanti
spumea caeruleo sub pectore m. u.

tenus hac, id est huc usque, Verg. Aen. V *(603)*

hac celebrata tenus sancto certamina patri,

idem georg. II *(1)*

hactenus arvorum cultus et sidera caeli,
nunc te, Bacche, canam.

Temperans huius rei, Ter. Phor. *(II 1,41)* rei foret aut infamiae temperans . temperat ab hac re, Verg. Aen. II *(8)* temperat a lacrimis . temperat sibi a periculo, idem georg. I *(360)*

iam sibi tum a curvis male temperat unda carinis .

temperat huic, Cicero de M. Marcello *(3,8)* animum vincere et iracundiam cohibere, victis temperare.

Triumphat de illo, Cicero de imperio Pompei *(3,8)* triumphavit L. Murena de Mithridate . triumphat illud, Ter. Eun. *(III 1,3)* id vero serio triumphat . triumphatus, *id est* de quo triumphatum est, Verg. Aen. VI *(837)*

ille triumphata Capitolia ad alta Corintho
victor aget currum .

Trepidus hac re, Verg. Aen. VI *(290)*

corripit hic subita trepidus formidine ferrum
Aeneas .

trepidus huius rei, idem Aen. XII *(589)* illae intus trepidae rerum.

Tolero illam rem, Verg. Aen. VIII *(409)*

cui tolerare colo vitam tenuique Minerva
impositum,

Codex Parrhasii 7 ceruleos 9 huc celebrata 13 Temperans] Temperare *priore loco* 14 lachrymis 18 victis] victu 21 vero] verio. id est *om.* 29 Tollero *corr.* Tolero 30 colo *postea additum est*

---

1 Tenus] *Non. p. 377* 6 cui laterum tenus hispida nanti Frons hominem praefert, in pristim desinit alvus, Spumea semifero sub pectore murmurat unda *Vergilius* 13 aut famae temperans *Terentius* 14 temperet a lacrimis *Vergilius* 17 animum vincere iracundiam cohibere victum (*vel* victoriam) temperare *codices Ciceronis* 18 victui temperare *ex G edidit Lindemannus*, victoriae temperare *coniecit idem, quod si voluisset Arusianus, in elocutione anteposita scribere debebat* temperat huic rei

p. 264. 265 L.

Sal. Catil. *(24,3)* quae primum ingentes sumptus stupro corporis toleraverat.

Trado te in illam rem, Ter. Phor. (*prol. 2)* tradere hominem in otium, Cic. Philip. II *(2,3)* at tu te *in* disciplinam meam tradideras, domum meam ventitaras . trado te illi, Verg. Aen. XI *(710)* tradit ecum comiti.

Tremit illam partem, Verg. geor. III *(84)* micat auribus et tremit artus . tremit illud pro timet, idem Aen. III *(648)* sonitumque pedum vocemque tremisco . tremit illa *re,* idem Aen. VII *(514)*

Tartaream intendit vocem, qua protinus omne
intremuit nemus.

Tenax huius rei, Verg. Aen. IIII *(188)* tam ficti pravique tenax.

Transcribo *illam rem* illi, Verg. Aen. V *(750)* transcribunt urbi matres, idem Aen. VII *(422)*

et tua *Dardaniis transcribi* sceptra colonis.

Tibi factum pro a te, Verg. Aen. VI *(509)* nihil o tibi amice relictum.

Transformat in faciem, Verg. Aen. VII *(416)* in cultus sese transformat aniles.

Taedet harum rerum, Ter. Eun. *(II 3,6)* taedet cotidianarum harum formarum, Sal. Iug. *(4,9)* dum me civitatis morum piget taedetque.

Transductus illam rem, Sal. hist. II † parco legio flumen transducta castra dilatavit.

Traducor ad hoc faciendum, Cic. in divinatione *(in Caec. 2,4)* qui me ad defendendos homines *ab ineunte* adolescentia dedissem, tempore atque officio coactus ad accusandum traducerer.

Transmitto *illum* illa re, Sal. hist. II suos equites hortatus vado transmisit.

Truncus huius rei, Verg. geor. IIII *(309)* et visenda modis animalia miris, trunca pedum primo.

Vtor illo, Verg. Aen. XII *(932)* utere sorte tua . utor illud, Ter. Adel. *(V 3,29)*

Codex Parrhasii 1 ingente sumptum *corr.* sumptu corpore 4 at tute disciplinam med tradideras domum meam venit iturus 6 ecum] te cum 8 III] IIII 9 re *om.* 13 illam rem *om.* 15 et tua scribis sceptra colonis 22 parcō legio 24 Traduco 25 ab ineunte *om. lacuna sex fere litterarum relicta* 27 illum *om.*

---

1 quae primo ingentes sumptus stupro corporis toleraverant *Sallustius* ingentem sumptum *ex G edidit Lindemannus* 4 at enim te in disciplinam meam tradideras : nam ita dixisti : domum meam ventitaras *codices Ciceronis* 11 contremuit *codices Vergilii* 15 et tua Dardaniis transcribi *Vergilius* 18 cultus] vultus *codices Vergilii* 22 parva legio *Kritzius Sall. hist. fragm. p. 181 . fortasse* parte legionis 24 Traducor *Lindemannus edidit* 25 ab ineunte adulescentia *Cicero* 28 transmisit] transmittit *codex Vaticanus apud Maium et editores Sallustii ex codice Frontonis*

p. 265. 266 L.

mea, quae praeter spem evenere, utantur sine,
idem And. *(prol. 13)*
quae convenire in Andriam † receperunt
fatetur transtulisse se [utar] usum pro suis,
idem Heaut. *(I 1,81)*
quod illis aetas mira ad haec utenda idonea est,
Cic. Siciliensi *(in Verr. II 18,46)* quae bona is qui testamentum fecerat, aliquanto antequam est mortuus, huic Heracleo omnia utenda ac possidenda tradiderat.

Vacuus hac re, Sal. hist. I vacuum istum † urbibus militari aetate, Cic. Philip. I *(10,25)* vacui metu esse debemus . vacuus ab hac re, idem * *Sal. Catil. (51,1)* ab odio amicitia ira misericordia vacuum esse decet . vacuus illius rei, Sal. Iug. *(90,1)* ager frugum vacuus . vacat hac re, Verg. Aen. III *(123)* hoste vacare. |

Vsque sub illam rem, duae praepositiones, Verg. geor. I *(211)*
usque sub extremum brumae intrectabilis imbrem.

Victus illa re, Verg. Aen. XII *(29)*
victus amore *tui*, cognati sanguine victus.

Vrbs et nomen plurale subiunctum, Verg. Aen. X *(168)* quique urbem liquere Cosas, Cic. de signis *(in Verr. IV 52,117)* urbem Syracusas maximam esse Graecarum.

Volutans suis genibus, Verg. Aen. X *(III 607)* genua amplectens genibusque volutans haerebat . * genua advolvebantur, idem *

Codex Parrhasii 1 utentur 4 fatetur *om. lacuna sex fere litterarum relicta* 9 ac] ad 10 vacuā istam 12 idem | . . . . . ab odio *lacuna decem fere litterarum in initio versus relicta* 13 ager] uter 14 vacuus] vacuos *corr.* vacuus 18 amor . . . . cognati *lacuna quattuor fere litterarum relicta* 19 quique] quibus 20 Cosäs

---

1 utantur *Terentius* 3 quae convenere in Andriam ex Perinthia Fatetur transtulisse atque usum pro suis *Terentius, ubi* transtulisse se usum pro suis *habet codex Victorianus* 6 quod illa aetas magis ad haec utenda idonea est *Terentius :* mire ad haec *legisse Arusianum coniecit Lindemannus* 7 quae bona is qui testamentum fecerat huic Heraclio ante aliquanto, quam est mortuus, omnia utenda ac possidenda tradiderat *Cicero* 10 vacuam istam urbem hominibus militari aetate *coniecit Lindemannus*, vacuam istam urbem viris militari aetate *Houvenus p. 47* . vacuum istum laboribus militaris aetatis *conieci ind. lect. Hal. aest. a. 1879 p. XI* 12 ab odio amicitia ira atque misericordia vacuos esse decet *Sallustius Catil. 51,1 . ante Sallustii verba autem exemplum Ciceronis excidisse videtur* 13 ager autem aridus et frugum vacuus *Sallustius Iug. 90,1 et Nonius p. 498* 18 victus amore tui, cognato sanguine victus *Vergilius* 22 Verg. Aen. X] *duos Vergilii versus confudit Arusianus, Aen. X 523* et genua amplectens effatur talia supplex *et Aen. III 607* dixerat et genua amplexus genibusque volutans haerebat . *deinde duo Sallustii exempla posuerat: cf. Serv. in Verg. Aen. I 307* quas vento accesserit oras: sine praepositione, Sallustius 'genua patrum advolvuntur'.

CORNELII FRONTONIS

QVI DICITVR

DE DIFFERENTIIS LIBER

FRAGMENTVM PARISINVM DE NOTIS

FRAGMENTA BOBIENSIA

De differentiis vocabulorum multa a grammaticis scripta sunt, ex quibus ea quae Putschius p. 2191 sqq. edidit recepi, nequid quod ab illo editum esset in nova grammaticorum editione iure desideraretur . nam Alcuini grammaticam, quam omisi, non puto a quoquam inter veteres grammaticos desiderari . alterum autem de differentiis librum, qui est apud Putschium p. 2203 sqq., Hagenus anecd. Helvet. p. 275 sqq. ex Bernensibus codicibus auctum edidit . idem de aliis eiusdem generis libris infima aetate scriptis et de codicibus in quibus ii inventi sunt disputavit praef. p. CXVII sqq. sed illa quae dixi in vetere codice Bobiensi nunc Neapolitano IV A 8 post Charisii artis grammaticae librum quintum scripta sunt, ubi ordine membranarum perturbato et interpositis fragmentis Charisii et Servii de metris, sicut in descriptione eius codicis gramm. lat. v. I p. XI sqq. dixi, in tribus paginis f. 37* et f. 39 leguntur . in ipso tamen differentiarum libello ista membranarum perturbatione nihil periisse ex iis quae illo loco dicta sunt apparet . nam et praescriptio posita est in extrema pagina f. 37 r., *incip̄ nc̄ pl' Secun̄ diffē uerbō et nominū*, h. e. *incipiunt hunc plura secundum differentiam verborum et nominum*, cui deinde subiciuntur differentiae f. 37* *Inter ultionem* sqq., et finis scriptura codicis videtur significatus esse f. 39* *hostia minor* ~ ~ ~ .

Ex eodem codice vel ex apographo ex eo facto Ianus Parrhasius hunc librum una cum institutis artium et catholicis Probi primus edidit Vicetiae a. 1509 eique Frontonis nomen praescripsit, *Cornelii Frontonis de nominum verborumque differentiis:* cf. gramm. lat. v. IV p. IX . quamvis enim scriptura codicis in edito exemplari plane accurate expressa non sit, tamen ex hoc uno codice editionem ductam esse certum est . manifesta eius rei indicia praeter corruptelas et lacunas codicis in editione repetitas ii maxime loci praebent, in quibus detrita vel deleta defectu membranarum scriptura non recte ab editore suppleta vel verba grammatici non intellecta ratione, qua in scribendo librarius uti consueverat, transposita sunt . quare dubitari nequit quin ea omnia quae in principe editione aliter atque in manu scripto libro exhibita sunt coniecturae vel neglegentiae editoris tribuenda sint. Parrhasii editio paucis mutationibus factis in editione Ascensiana Diomedis aliorumque grammaticorum a. 1516 repetita est . ex hac expressa est Basileensis a. 1527 : cf. gramm. lat. v. VI p. IX.

Basileensem et Putschius et Georgius Fabricius 'Grammaticorum veterum libelli de proprietate et differentiis sermonis Latini' Lipsiae a. 1569 secuti sunt, e quibus Putschius quidem pauca, Fabricius vero multa sua coniectura mutavit. Fabricii editionem deinde Gothofredus in auctoribus latinae linguae repetivit . postea inventis epistulis et orationibus Frontonis factum est ut hic quoque liber, quoniam inde a principe editione nomine Frontonis inscriptus ferebatur, denuo ederetur. nam primum Maius eum editioni Frontonis Mediolanensi adiecit; sed is praeter paucos locos, in quibus antiquiores editiones adhibuit, Putschii editionem expressit . deinde idem liber receptus est in editionem Berolinensem a Niebuhrio et eius amicis factam, in qua Buttmannus, qui huic parti operis praefuit, et lectiones priorum editionum et suas adnotationes, paucas etiam Heindorfii adposuit . horum copiis denique Maius in Romana Frontonis editione usus est.

Haec, quae mihi collatis inter se exemplaribus olim impressis facile apparuerunt, enarravi, ut uno Neapolitano codice hunc libellum memoriae proditum esse intellegeretur. ex quo simul illud apparet, nomen Frontonis in principe editione additum nullam auctoritatem habere, sed vel a Parrhasio vel ab eo qui apographum, quo ille utebatur, fecerat inventum esse. eidem auctori ab Italis Arusiani Messii exempla elocutionum tributa esse supra p. 444 dixi. de grammatica autem Frontonis doctrina ii qui hoc instituerunt Gellium, a quo saepe illius mentionem factam esse reperiebant, auctorem videntur secuti esse. non maiorem fidem habet Plinii nomen, quod Lindemannus in fine editionis Charisii p. 176 posuit, cum praescriptionem libri hoc modo scriptam exhiberet, *Incipit nunc Pl. Secundi differentia verborum et nominum.* ceterum qua aetate libellus scriptus esset, quem paulo antiquiorem esse puto, quam plurimos qui nunc supersunt commentarios de differentiis, certius definiri posset, siquid de Antonino grammatico p. 525,22 appellato compertum haberemus.

In nova editione lectionem ad fidem codicis Neapolitani, quem olim cum Putschii editione contuleram, revocavi . in adnotatione subiecta et codicis et principis editionis discrepantiam integram exhibui; ex reliquis editionibus ea quae memorabilia esse videbantur addidi . praeterea cum Beda in orthographiam suam quaedam ex hoc libro recepisset, in altera adnotationis parte locos illius qui huc pertinent omnes indicavi . in eodem loco pauca ex codice Montepessulano 306 nono saeculo scripto excerpta, quae ipsa quoque ex hoc libro petita sunt, posui . in eo codice enim praeter alios de differentiis vocabulorum commentarios f. 36—58 legitur amplissimus de hoc genere liber ordine litterarum dispositus, quem Duebneri opera descriptum habebam, *incip. differentiae similium orationis partium a Cicerone et ab aliis sapientibus viris in sensu et litteratura*

per alphabetum . Inter absconditum et absconsum — Inter vulneratum et sauciatum . vulneratus est qui in altum demissam habet, sauciatus in in summam partem corporis habet iectus plaga (l. ictus plagam). . nam et fatigatus potest dici saucius. finit amen. ex hoc igitur ea quae ex Frontonis qui olim dicebatur libro recepta et rectius in eo quam in Bobiensi codice scripta sunt exscripsi . praeter haec autem pauca iisdem verbis in Montepessulano codice repetita sunt. nam plurima quae in eo de iisdem differentiis scripta leguntur ex aliis fontibus petita sunt.

DE DIFFERENTIIS

p. 2191 P.

Inter ultionem et vindictam. ultio vindicat factum, vindicatio futura prohibet. ideo Mars ultor, non vindex dicitur.

Praedam *et* rapinam. praeda victos spoliat, rapina subito venit. itaque illa victoria gaudet, haec petulantia.

Cur et quare. cur simpliciter percontatur, quare causam rationemque desiderat.

Delictum et peccatum. qui deliquit, non fecit quod facere debuit; qui peccavit, hoc fecit, sed parum recte.

Remedium et medicamentum. remedium, ne periclitemur, datur; medicamentum ad subita pericula aptatur; atque ita remedium submovet imminentia, medicamentum sanat inlata.

Flumen et fluvium. flumen idem fluit et manet, fluvius temporibus siccatur.

Corinthium et Corinthiacum. Corinthium civem dicemus, Corinthiacum vas.

Roseum et rosaceum. roseum per se, rosaceum mixtum.

Fuscum et nigrum. fusco album opponitur, nigro candidum.

Pugnare *et* oppugnare et inpugnare. qui pugnat, resistit; qui oppugnat,

---

10 Remedium *Beda 288,1* 15 Corinthium *Beda 267,9* 17 Roseum *Beda 288,3*

N codex Bobiensis nunc Neapolitanus IV A 8
ς editio princeps Iani Parrhasii Vicetiae a. 1509
1 CORNELII FRONTONIS DE NOMINVM VERBORVMQVE DIFFERENTIIS ς, *sine inscriptione N* 4 Praedam et rapinam ς Praedam rapinam *N* 12 sanat inlata *Beda*, sanat insana *N* sanat non sana *Fabricius* 15 dicimus *Beda* 19 et *priore loco om. N* ς

p. 2191. 2192 P.

obsessor est; qui inpugnat, per omnia inimicus est. itaque pugnat exercitus, oppugnantur vel castra vel urbes, inpugnantur inimici.

Album et candidum. album natura fit, candidum cura.

Decus et decorem. decus honoris, decor formae.

Pompei porticus et Pompeia et Pompeiana. Pompei, si possidet; Pompeia, si publicavit; Pompeiana, si in alterius dominationem venit.

Satietas et saturitas. satietas ventris, saturitas animi. |

Obiurgat eum cuius habet potestatem; monet propter benivolentiam; admonet, ut confirmet memoriam; summonet, ut possit ordinate pronuntiare. igitur in obiurgante potestas, in monente benivolentia, in admonente memoria, in summonente officium.

Anticum et vetus. anticum est quod excessit patrum memoriam, vetus annorum multorum sentit utilitatem. vinum hoc melius est, quod fit vetustum.

Sartrix et sarcinatrix. sartrix quae sarcit, sarcinatrix quae sarcinas servat.

Videre et spectare et intueri et aspicere et cernere et animadvertere. videmus natura, spectamus voluntate, intuemur cura, aspicimus ex inproviso, animadvertimus et cernimus animo.

Ostentum et portentum et monstrum et prodigium. ostentum quod praeter consuetudinem offertur, ut puta si videatur terra ardere vel caelum vel mare: portentum quod porro et diutius manet futurumque postmodum aliquid significat: monstrum est contra naturam, ut est Minotaurus: prodigium quod mores faciunt, per quod detrimentum exspectatur. itaque qui prodigia faciunt prodigi vocantur, in ostento raritas admirationem facit, in monstro rectus ordo naturae vincitur, in portento differtur eventus, in prodigio detrimenta significantur.

Turbam et frequentiam. angustus locus facit turbam, frequentiam multitudo.

Putat et suspicatur. qui putat, omni genere errat; qui suspicatur, aliquid pervidit.

---

12 Inter antiquum et vetus . antiquum est quod patrum excessit memoria (*l.* memoriam), quasi ante actum; vetus quod iam veteratum est, ut vinum vel oleum *cod. Mont.* 15 Sartrix *Beda 288,29*

---

6 puplicauit ^{b}N 7 Satiatum et saturatum . Satiatus uentris, saturitas animi ς 9 memoriam ς memoria *N* 13 quo fit uetustum ς quo fit uetustius *editio Basileensis* 17 et *ante* aspicere *om.* ς 19 animaduertimus animo, cernimus oculis *Fabricius* 23 ut est *editio Ascensiana,* id est *N* ς 25 administrationem *corr.* admirationem *N* 26 vincitur] uertitur *Fabricius* 27 detrimentum significatur ς 30 putant et suspicantur qui putant omni genere errat qui suspicatur aliquid peruidit *N* Putant et suspicantur . qui putant omni genere errant . qui suspicantur aliquid praeuident ς

p. 2192. 2193 P.

Frater et germanus. frater aut ex alia matre aut ex alio patre potest esse, germanus ex isdem parentibus sit necesse est.

Sermo et loquella. sermo omnium gentium est, loquella cuiusque gentis propria dialectos. |

Comes et adsecula et sodalis et cliens. comes iter facit, adsecula sequitur potentiorem, sodalis adulescentiae nomen est, cliens * ita comes tutus, adsecula officiosus, sodalis amicus, cliens summissus.

Causa et ratio. causa docet facta, ratio solvit obscura.

Nomen et vocabulum. nomen proprium indicat, vocabulum diffundit significationem.

Horret et trepidat. horret corpus, trepidat motus animi.

Quaerere et inquirere et desiderare. quaerimus disciplinam, inquirimus de quo dubitamus, desideramus vel quod diligimus vel quod amisimus.

Temerarius et audax. temerarius sine respectu salutis obicit se periculis, audax sine ratione impetum facit. ergo audax non providet, temerarius non timet.

Longum et longincum. longum praeverbium est, itaque verbum illi opponitur: longincum itineris est.

Felix et fortunatus. felix ita natus est, fortunatus cum opibus nomen accipit: ita felix naturae bono fruitur, fortunatus commodo temporis.

Aestas et aestus. aestas est pars anni, aestus calor [temporis]. aestus a nimio calore nomen accipit; aestas nomen non amittet, etiamsi temperata est.

Citius et celerius. citius praeverbium *qualitatis praelativae simile cognominis † pro matura est etiam significantiam habens, velut iam fessi ante tempus re facta ut loquatur non ostendit qualitatis, sed temporis. at celeritas sui temporis est perfecta.

Simul et una. simul locum demonstrat, una congregationem.

Comminus et eminus. *comminus gladiis pugnamus, eminus* iaculis, quia illud a manibus non recedit, hoc e manibus emittitur.

---

5 Inter ad saecula (l. adseculam) et comitem et clientem . adsaecula est humilis perseverans adsequendo (*l.* a sequendo) nomen trahens, comes vel itineris vel amicus potentioris, cliens utirumque (*l.* utrumque) *cod. Mont.* 29 Comminus *Beda 267,10*

---

2 ex hisdem *N* 5 adsecula *N* assecla ς *tribus locis* 6 sodales adulescentiae nn̄ ē c̈liens ita comes *N* sodalis adolescentiae nomen est . cliens implorat opem et fidem . ita comes ς 8 docet factum ς 14 temerarius qui sine ς 17 lonquincum *N* longinquum ς 18 opponitur lonquincum iteneris *N* apponitur longinquum itineris ς 21 aestus a nimio calore nomen accepit ς aestus animi a colore nn̄ accipit *N* 24 praelatiuae ς — latiue *duabus litteris, ut videbatur, deletis N* 25 pro maturum est ς . *corruptam et mancam codicis scripturam exhibui* velut] ut ς 26 re facta] refata *editio Ascensiana* 29 Comminus et eminus iaculis *ut videtur N* Cominus : iaculis ς . *supplementa praebuit Beda*

p. 2193. 2194 P.

Parsi et peperci. parsi semel, peperci saepius.

Dicere et loqui et narrare. dicimus quod volumus, loquimur invicem, narramus quod ignoratur.

Vultus et os. vultus proprie hominis, os omnium. |

Memoriose et memoriter. memoriosus habet ad vetustatem referendam memoriam, memor beneficii memoriam vel iniuriae refert. ita memoriose qui facit, ostendit in omni re naturae bonum; memoriter gratum vel fortem ex eo ostendit, quod aut retribuit beneficium grate aut iniuriam vindicat fortiter.

Ordinare et disponere. ordinatio simplex est, dispositio vaga.

Consideratius et considerantius. consideratius praeverbium ex cognomine, considerantius ex participio.

Dedicatum et consecratum. dedicatur deo, consecratur quasi sanctum constituitur, hoc est dedicatur deo, consecratur quod profanum sit.

Quatenus et quatinus. quatenus qua fine, quatinus quoniam.

Voluntatem et voluptatem. voluntas facto gaudet, voluptas fieri cupit.

Novissimum et ultimum. novissimum ordinis, ultimum orbis.

Furtim et furaciter et furtive. furtim cum incipit, furaciter quasi artificiose a consuetudine involandi, furtive † iam quod ablatum. ergo furtim furaciter furax furtive locus facit.

Imum et infimum. imum summo respondet, infimum velut infra humum.

Commodare et accommodare. commodat mutuam pecuniam, accommodat aptat.

Splendorem et fulgorem. fulget natura, ut ignis sol, splendet *arte*, ut aurum argentum.

Mereri et merere. meret pretium, meretur gratiam. itaque illud vectigale, hoc honorarium est.

Pedale et pedule. pedale mensura est pedis, pedule vero sub pedibus praestat utilitatem.

Araneum et araneam. araneum quod textum est, aranea quae texit.

Opinionem et rumorem et famam. opinio hominem suspectum facit,

---

1 Inter parsi et peperci . parsi semel, peperci tam semel quam saepius *cod. Mont.*

---

1 Parsi et pepersi parsi semel pepersi saepius *N* : peperci *utroque loco* ς 5 ad vetustatem referendam] ad dicta factaque referenda ς 8 quod uel retribuit ς . *in codice utrum* ā *an* ū *scriptum esset non certo apparebat* 10 vaga] varia *coniecit Buttmannus* 14 *fortasse* dedicatur deo debitum prophanum ς profano *N* 15 fine] finis *N* fini ς 19 quod iam ablatum *Fabricius* 21 velut] ut ς 25 splendet artificio *Fabricius* arte *om. N* ς 28 honorarium *Fabricius*, honoratum *N* 29 pedule uero sub ς pedule a sub *N*

p. 2194. 2195 P.

fama vel commendat vel destruit, rumor indicat. opinio ostendit, fama iudicat, rumor tumultuatur. |

Querimoniam et querelam. querimonia certae rei est, querela supervacua est. itaque prior gravitatis, posterior levitatis est.

Transfugam et perfugam. transfuga suos reliquit et ad alios venit, perfuga supplex est. ergo transfuga * ut adiuvetur.

Hunc et istum et illum et eum. hunc et istum in proximo notat; illum ostendit quidem longe stantem, sed in conspectu; eum absentem refert.

Glorium et gloriosum et gloriatorem. glorius unius est gloriae; gloriator non habet causam gloriandi, sed tamen gloriatur; gloriosus pluribus ex causis esse cogitur.

Abrogantem et adrogantem. adrogat aliquid sibi, etiamsi non meruit; abrogat qui alii aufert vel qui legem tollit.

Continue et continuate. continue facimus, continuate sine intermissione.

Externum et alienum et extraneum et extrarium. externus est exterae gentis; alienus nullo loco, sed re differt; extraneus qui extra eandem ianuam est; extrarius qui extra eandem aream est.

Lucidum et luminosum. lucidum est quod aperto caelo lumen accipit, luminosum quod multis foraminibus inluminatur.

Expertum et experrectum. expertus est aliquid aut in bona parte aut in mala, experrectus de somno.

Delubrum et sacellum et templum et lucum et fanum et bidental. delubrum, in quo homines pericula sua deluunt; ponunt enim vel pilum vel scutum vel alia plura suscepta votis: sacellum parvulum aedificium diis consecratum: templum in loco augurato: lucus locus fulmine ictus et arborum spissitate tectus: fanum Fauno consecratum, unde Fauni appellabantur prius et illi qui vagabantur fanatici: bidental locus fulmine tactus et expiatus ove; bidentes enim oves appellantur.

Occidere et interficere et perimere | et iugulare et necare. interficere et perimere prisca sunt, occidere ob caedem dictum est, iugulare ob iugulum, necare a nece, interficere a facto.

---

13 Abrogat qui aliena aufert vel qui legem tollit, adrogat qui sibi aliquid plus iusti (*l.* iusto) adsumit nec aliorum exspectat iudicio (*l.* iudicium), sed suo nititur *cod. Mont.*

---

1 fama iudicat ς fama indicat *ut videbatur N* 3 Querimoniam et querelam *om. N, add.* ς 6 *lacunam, qua definitio nominis* transfuga *excidit, indicavi* . ergo transfuga venit ut adiuvet, perfuga ut adiuvetur *coniecit Buttmannus* 7 notant ς 12 ex] de ς 18 non loco sed re differt *Fabricius* differunt *N* ς

p. 2196. 2197 P.

Virtutem et fortitudinem et vigorem et velocitatem et vehementiam. virtus hominum summum bonum est, quae in oratione et in cursu potest videri: fortitudo vis corporis ad sustinendos labores: vigor animi habet elationem: velocitas corporalis celeritas, quasi velo cita: vehementia a vi et impetu mentis.

Facultatem et facilitatem. facultas locupletis, facilitas artificis est. itaque dives facultatem habet multa vel emendi vel redimendi, artifex opera perficiendi facilitatem.

Silere et tacere. silet cuius loquentis sermo comprimitur ab ipsa significatione litterae s, tacet qui ne loqui quidem coepit.

Ignoscere et concedere. ignoscit qui dissimulat se nosse quod comperit et ita silentio peccata † fecerit, concedit qui omnia peccata condonat.

Habere et possidere. habere potest etiam † fur nequam; possidet nemo, nisi qui aut relictae aut donatae rei aut emptae dominus est. ita in habente onus, in possidente usus est.

Munus et donum. munus quod amicus vel cliens vel libertus officii causa mittunt, vel munus gladiatorium; donum quod diis datur: inde ubi dona ponuntur, donarium appellatur. possunt et illa nihilo minus dona dici, quae donant pauperibus divites vel potentes . illud quoque donum putandum est, quod militibus donatur in castris, ut vallaris corona.

Noxam et noxiam. noxa poena est, noxia culpa.

Scientem et scitum. sciens qui scit, scitus qui scitur vel festivus.

Animantia et animalia. animantia animam faciunt, animalia animam habent.

Abspulsum et repulsum. abspulsus est ab aliquo pulsus, repulsus retro pulsus.

Visum et visitatum. visum semel, visitatum saepius scito esse. |

Metum et timorem et formidinem et pavorem. metus motus est animi, timor tumor, formido fert interdum rationem, pavor puerilis est.

Reperire et invenire . reperimus nostra, invenimus aliena.

Videte et videtote. videte imperat, videtote mandat.

Proprium et privatum. proprium cuiusque proprium, privatum non publicum.

---

2 hominum] hominis ≤ quae et in oratione *Fabricius* 3 uigor animi habet elationem ≤ uigos ui et elatione *ut videbatur N . fortasse* vigor a vi et elatione 4 quasi uelocita ≤ quasi uelocitas *N* uehimentia *N* 10 ne loqui *Fabricius,* nec loqui *N* ≤ 12 peccata impunita fecerit ≤ 13 fur nequam ≤ foma quam *N* fur et nequam *Fabricius* 14 aut testamento relictae *Putschius* 15 usus] ius *Fabricius* 20 uallaris ≤ uallari *N* 23 animantia animus facit ≤ 25 Abspulsum — retro pulsus *post 27* scito esse *collocata sunt in* ≤ ab aliquo *Fabricius,* a quo *N* ≤ 27 scito ≤ scio *N* 29 timor quasi tumor *Fabricius* 30 Repperire *N* repperimus *N*

p. 2197. 2198 P.

Onus et sarcinam. onus vehiculorum et maius est, sarcina hominum.

Sumere et accipere. sumimus quae posita sunt, accipimus quae porriguntur.

Locupletem et divitem et opulentum et potentem et beatum et fortunatum et pecuniosum. locuples a copia locorum; dives, quia dividendi facultatem habet; opulentus ab opibus; potens, quia quod vult potest; fortunatus cui forte aliquid contigit; beatus animo, qui apud Graecos μακάριος est; pecuniosus qui habet pecuniam vel pecora.

Grandem et magnum et inmanem. grande *in* incremento, magnum in amplitudine, inmane praecipuae amplitudinis.

Poeticen et poesin et poema et poeticum. poetice est rei, ut historice, poesis operum contextus, poema certis pedibus et legitimis inclusa materia, poeticum in poeta utile est.

Homonymiam et synonymiam. homonymia una voce multa significat, synonymia multis vocibus idem testatur.

Clupeum et clypeum. clypeum armorum, clupeum imaginis.

Parvum et breve et exiguum et pusillum. parvum in tempore, breve in spatio, exiguum in corpore infantis, pusillum in corpore pumilionis.

Involare et subripere. involat qui in die venit, subripit clam, id est furtive.

Speciem et specialitatem et specietatem. species divisio est generis, specialitas ficta est ab Antonino grammatico, specietas qualitas.

Praeverbium et adverbium. praeverbium est euphonon: adverbium et vitiosum et fictum est, tamen in usum est receptum.

Compendium et dispendium et damnum et detrimentum et iacturam. compendium undique ad pondus pertinet, dispendium deteritur in ponderibus, damnum dat omnibus, detrimentum usu tritum; iactura quae iacitur, ut levetur onere navis.

Aegrum et aegrotum. aeger animo, aegrotus corpore.

---

1 Onus *Beda 282,22* 16 Clupeum *Beda 267,12* 29 Aegrum *Beda 262,18*

---

1 Onus et sarcinam ς Onus et sarcina *N* 4 furtunatum *N* 5 quia diuidendi facultatem ς qui a di facultatem *N* 6 qui quod uult ς 7 furtunatus *N* contingit ς animo] uero ς 9 grande incremento *N* ς 10 immane ς inmanem *N* 12 et legitimis numeris inclusa *Fabricius* 16 clupeum armorum clypeum imaginis ς 18 pumilionis ς humillionis *N* 19 qui indiu̇ie *N* 21 generis ς generē (*hoc est* generum) *N* 22 Antonio ς Antonio [Gniphone] *Fabricius* qualitatis ς 23 praeverbium est] aduerbium est *N* euphonon *Fabricius*, eufimion ς euphemion *ed. Asc.*, euphemon *Putschius* (*N?*) 24 uitiosa *N* 24 in usu n̄ est *N* in usu nunc est ς 26 deteritur *Heindorfius*, detexitur *N* ς : *cf. Varr. de l. l. V 183* dispendium ideo, quod in dispendendo solet minus fieri 27 iactura quod iacitur ex onere nauis ς

p. 2198. 2199 P.

Altitudinem et alimentum et alimoniam. altitudo incrementum est corporis, alimentum incrementum infantis, alimonia nomen derivativum ab alendi via quasi particula animi.

Aequale et aequabile. aequalis alterius staturae par est, aequabile quod aequari potest.

Inscium et nescium. inscius aliquid nescit, nescius nihil novit: alter in parte errat, alter in toto.

Glaciem et nivem. glacies est quae ex coitu aquae constagnat, nix ventorum ritu cadit.

Contrarium et adversarium. contrarium negotium, adversarius homo.

Gallum et Gallicum. Gallus natione, Gallicus ex Gallia.

Acuere et exacuere praepositione distinguuntur.

Incertum et dubium. incertum nec tempus nec numerum recipit, dubium a duobus incipit.

Ambulare et inambulare. ambulare incipiunt infantes, inambulant homines.

Modulari et moderari. modulari est carmen * moderari modum imponere.

Barbaram locutionem et barbarismon. barbara locutio proprie peregrina est, barbarismos fit etiam in latini sermonis locutione.

Cadere et decidere. cadit etiam in plano, decidit ex alto.

Subsidium et praesidium et auxilium. subsidium quod subest deficientibus, | praesidium imponitur, auxilium repentinum est. ita subsidium ad secundos casus praeparatur, praesidium ad custodiam collocatur, auxilium ut prosit ex insperato venit.

Distrahere et diducere et divellere. distrahere a trahendo, diducere a ducendo, divellere a vellendo.

---

4 Aequale *Beda 262,26* 10 Inter adversarium et contrarium. adversarius animo est, contrarius loco (*l.* locum) significat *cod. Mont.* 11 Inter Gallum et gallicum et gallicanum . Gallum dicimus hominem in Gallia natum, gallicum quod ex Gallia natum (*corr.* latum) est, gallicanum morem dicimus vel negotium *cod. Mont.* 21 Cadere *Beda 267,13*

---

1 Alitudinem *et deinde* alitudo ς 2 alimonia deriuatiuum ab alendo quasi particula animi ς . *fortasse* ab alendi vi vel quasi particula animi 4 est *om.* ς 10 Contrarium — homo ς Contrarium et adversarium homo . . . . negoti . . . *N* . *reliqua in detrita codicis scriptura non apparuerunt* 11 Gallum — Gallia ς Gallum et gallicum | . . . . . gallicum gallus natione gallicus galli . . . *N* . Gallum et gallicum *bis scripta esse videntur in codice* 12 distinguntur *N* 17 modulari est carminis modos facere *Fabricius* . *fortasse* modulari est carminis moderari est modum imponere ς 20 barbarismos fit ^{v}*N* 26 deducere *priore loco N, utroque* ς

p. 2199. 2200 P.

Corruptelam et corruptionem. corruptela ipsa *res* est, corruptio corrumpentis administratio.

Caerulum et caeruleum. caerulus naturae color est, caeruleus [natura] fingitur: ita alterum est, alterum fit.

Properare et festinare. qui properat apparet non esse fessus, qui festinat videtur esse defatigatus.

Polire et novare. polimus rudia, novamus vetera.

Nobilem et generosum. nobilis a nobilitate rerum, generosus qui graece *εὐγενής* appellatur: ita alter ex re, alter ex cognatione est.

Nationem et gentem. natio solum patrium quaerit, gens seriem maiorum explicat.

Praeparare et comparare. praeparare prius, comparare undique parare.

Guttam et stillam. gutta manet, stilla cadit.

Convenire et coire. convenit in unum, coit in acta.

Causam et patrocinium et orationem. causa est de qua agitur, patrocinium quod adcommodatur, oratio quae loquitur.

Superbiam et adrogantiam. superbia est a superhabendo, adrogantia etiam in pauperem cadit.

Scrutari et quaerere. scrutatur in te ille qui a te intercipit aliqua secreta: quaerere duo significat, vel quod abest, vel quod ad patrimonium refertur.

Adnuere et innuere. innuit vel capite vel supercilio, adnuit ad *id* quod dictum vel factum est.

Gnatum et natum. gnatus filius, natus vel pullus.

Insimulare et simulare. qui insimulat vel arguit vel fingit, qui simulat probare vult quod non est. |

Proelium et bellum. bellum etiam sine proelio est, cum indicitur; proelium [in] ipsa pugna.

---

3 Caerulum *Beda 267,14* 22 Inter adnuere et innuere et abnuere . adnuit ad quod dictum est, id est promisit, innuit autem supercilio, abnuit negavit *cod. Mont.*

---

1 Corruptelam et corruptionem . corruptela ipsa res est ⊰, Corruptelam et corruptionem corruptela ipsa ē | corruptionem corruptela ipsa ē *N* 3 caeruleus fingitur *Beda,* caeruleus naturam fingit ⊰ 5 paret non esse fessus *N* ⊰ apparet non esse fessum *editio Basileensis* 8 nobilis a] nobilem ⊰ 9 ЄVΓЄNЄC *N* 11 explicat *om.* ⊰ 14 coit inactat *N* coit in ⊰ coit in multos *Fabricius* 16 *fortasse* quae loquimur 19 ille qui intercipit ⊰ illi qui at tintercip̄ *N, in quo* cip *non certo apparuit* 20 abest ⊰ habest *N* 21 refertur] pertinet ⊰ 22 annuit ad id quod dictum vel factum est *Fabricius,* adnuit ad | quod dictū ū porc . . . *N* annuit ad quod dictum uel ⊰ 24 natus pullus ⊰. *fortasse* natus etiam pullus 28 proelium ipsa pugna ⊰

p. 2200 P.

Diligentiam et curam. diligentia a diligendo singula, huic neglegentia opponitur, nec recipit errorem: cura animi est, quae anxium facit hominem et tam honestae quam inhonestae rei est.

Regium et regale. regium quod regis, regale quod rege dignum est.

Erraticum et erraticium. erraticus et potest errare et solet, erraticius animus est qui solet errare et desinit: erratio enim animi est repentina commotio.

Errorem et errationem. error est rei vitium, ut amor dolor; erratio incertae viae.

Erratrix et erratica. erratrix personam respicit, ut venatrix; erratica hedera et vitis.

Notare et adnotare. notat vel locum quis vel personam vel noxiam, adnotat qui notae quid adicit.

Salubre et salutare. salubre ad locum refertur et ad cibum, salutare consilium est. ita salubre non nocet, salutare prodest.

Committere et credere. committimus consilia, credimus pecuniam.

Sub et in. sub non numquam pro clam ponitur, ut subripuit, *id est* clam rapuit, aut fere notat aliqua subdita; in aut intus significat aut nimis aut valde et interdum pro non ponitur.

Claritatem et claritudinem. claritas tam luminis quam perspicuitatis, claritudo generis. prior itaque splendoris, posterior nobilitatis est.

Viciniam et vicinitatem. Vicinia vicorum coniunctio, vicinitas hominum conversatio est.

---

1 Inter curam et diligentiam . cura cor aurit (*l.* haurit), id est minuit, et cruciatum habet, qui corruat (*l.* cor urat) : diligentia est rerum administratio et est contrarium neglegentiae *cod. Mont.* 4 Regium *Beda 287,27* 5 Inter erraticium et erraticum . erraticius est qui animo errat . nihil enim aliud est erratio quam repentina animi commotatio . erraticius (*l.* erraticus) est qui loco terrae suae errat *cod. Mont.* 8 Errorem — 11 vitis *Beda 271,25* 14 Salubre *Beda 288,31* 20 Claritatem *Beda 267,16*

---

2 quae anxium facit hominem et tam honestae quam inhonestae rei est ⸗ quae tam anxium facit hominem quā hominem sta rei ē *N* 4 quod regis fuit *Beda* 7 commotio ⸗ commitio *N* 10 erratrix personam respicit ut venatrix *Beda*, erratrix pers . . . . . ē uenatrix *N* erratrix per se rapta est ut uenatrix ⸗ . *in detrita codicis scriptura paulo plura, quam quae in editione leguntur, deesse videbantur* 11 hedera uitis ⸗ 15 prodest consilio ⸗ . consilio, *quod in fine sequentis versus scriptum erat in codice, errore editoris huc transpositum est* 16 consilia ⸗ consilio *N* 17 subripuit clam rap . . . . ee notat aliqua subd . . . . intus significat *N, ubi* intus *in detrita scriptura non certo apparebat*, subripuit, clam rapuit, aut fere notat aliquid subditum . in aut intus significat ⸗ . *cf. Bed. de orthogr. p. 288,24* sub — ponitur non numquam et pro clam, ut subripuit, id est clam rapuit 19 nimis] minus *editio Basileensis* 21 nobilitatis] generis *corr.* nobilitatis *N*

p. 2200. 2201 P.

Communionem et communitatem. communitas est communicandi voluntas, communio undique munitio.

Fultionem et fulturam. fultio, dum fit; fultura, cum facta est.

Maritimum et marinum. maritima loca sunt vel prope mare introitus est, marina vel navis vel belua.

Ieiunium et ieiunitatem. ieiunium dies est, ieiunitas cibi abstinentia.

Elinguem et elinguatum. elinguis habet linguam, sed usu eius caret; elinguatus amisit. |

Suspicacem et suspiciosum. suspicax arguit, suspiciosus recipit.

Restiarium et restionem. restiarius qui facit, restio qui vendit.

Austerum et severum. austerus graeca consuetudine, severus a saevo.

Eloquentiam et eloquium. eloquentia perfecta vis orationis, eloquium ars supposita commode eloquendi.

Servitutem et servitium. servitus est sub domino, servi patientia servitium facit.

Vituperationem et culpationem. vituperatio vitium parat, culpatio a culpa incipit.

Nominare et appellare. nominatio nominat quem appellat; appellatio appellantis vox est in ministerio, et appellat vel a potentiore propter iniuriam, vel invocat auxilium magistratus, vel cum pecuniam reposcit.

Tris et tres. tris in accusativo casu, tres in nominativo et vocativo.

Necessitatem et necessitudinem. necessitudo vel sanguinis vel meritorum cum praeceptoribus *vel* cum amicis; necessitas inmutabilis res est, ut mori necessitatis est.

Serum et sero. serum ad negotium pertinet, sero ad tempus.

Decus et gloriam. decus est instrumentum cuiusque, gloria quasi honoris merces.

Honorem et laudem. honor dignitatis consummatio vel privatim vel publice, laus secunda existimatio recte factorum.

Familiarem et familiaricum. familiare ad dominum non refertur, cum amici familiares sint; familiaricum quod servo competit, ut sagum gladium.

---

4 Maritimum *Beda 278,34* . Inter maritimum et marinum . maritimum proximum mari ostendit, marinum ex ipso mari *cod. Mont.*

---

4 Maritimam et marinam *N :* Maritimum — belua *om.* ς, maritima sunt loca mari vicina, marina navis vel belua *Beda* 11 a saevo ς a seuero *N* : *cf. Cassiod. de orthogr. p. 181,2* 13 ars] pars *N* ς 16 parat] parit *editio Ascensiana . cf. Donat. in Ter. Andr. prol. 15* vituperant, vitium rei parant 19 appellat ad potentiorem *Fabricius* 20 vel invocat] ut inuocat ς 23 vel *ante* cum *om. N* ς 30 Familiare et familiarium ς 31 familiaricum] familiarium ς

p. 2201. 2202 P.

Offectorem et infectorem. infector colorem mutat, offector officio obest.

Certum et verum. certum recipit praepositionem et fit incertum, et certum vel pondus vel rei pretium; verum opponitur falso.

Figuram et formam. figura artis est opus; forma naturae bonum, unde etiam formosus dicitur.

Ignominiam et infamiam. ignominia | imponitur ab eo qui potest animadversione innotare; infamia ex multorum sermone nascitur.

Nullum et neminem. nullus est tam in re quam in persona; nemo in persona dicitur, id est ne homo.

Iratum et iracundum. iratus ex offensa est, iracundus natura.

Periculum et perniciem. periculum timetur, pernicies contra necem.

Feroces et feros. feroces animo, feri leones ceterique similes.

Omnes et cunctos et universos. omnes nullum excipit, ut omnes homines, ita res: cuncti utique in personarum numero nominantur prisco dicti verbo: universi in unam sententiam conversi dicendi quid sive faciendi.

Auferre et eripere et adimere. aufert quod dedit, adimit imperio coactus, eripit vi. itaque auferre possumus, adimere iubemur, eripere valemus.

Studium et disciplinam. studium animi est, disciplina artis.

Inchoare et incipere. inchoat qui incertum facit, incipit cuius exitum sperat.

Bonum et commodum. bonus opponitur malo † quam aliis usu, commodus aliis necessario utique prodest.

Decentem et formosum. decens in gestu est et motu corporis, formosus ab excellenti specie dicitur.

Decorem et speciem. decor communis est omnium, is facit decentiam speciei; species propria fit cuiusque. itaque decor in habitu est, species in membris.

Litem et controversiam. lis nascitur, pertinacia efficit controversiam;

---

9 Nullum *Beda 281,7* 11 Iratum *Beda 276,3* 17 Inter auferre et adimere et eripere. auferimus iure qui quid (*l.* cui quid) dedimus, adimimus iussione, eripimus violenter *cod. Mont.*

---

3 et *ante* certum *om.* ς 8 innotare] notare ς 10 id est nemo homo *N* ς ut ne homo *Beda* 12 Periculum et perniciem periculum contra necem timetur pernicies *N* ς Periculum et perniciem . Periculum contra quamuis rem timetur, pernicies contra necem *Fabricius* 13 Feroces — similes *post 16* faciendi *posita sunt in* ς 15 ita et res ς utique] itaque ς 17 qui dedit ς 18 eripit vi] eripuit *N* eripit qui plus ualet ς 23 quam] qui *Fabricius* 28 proprie *corr.* propria *N* fit] sit *vel* fit *N* est ς in membris] immembris *N*

p. 2202—2204 P.

et litigant homines, res in controversiam deducitur. ita controversia partis, lis summae.

Rixam et pugnam. rixa sine armis est et habet defensionem, pugna legem habet vel naturalem vel moralem. aut enim palaestrans exhibet virtutem aut armis per summa vitae pericula dimicat.

Occulte et clam. occulte latent, clam celant. |

Navum et celerem. navus a praecipuo navis cursu dicitur, vel alterius causa navus, qui studet per officium suum alteri prodesse: celer est [celere] naturali habitu et recipit comparationem superlationemque, quia cognomen est. ita navus operam navat alteri, celer ut suam rem ita alterius quoque celeriter perficit.

Agilem et strenuum et fortem. agilem actio facit, strenuum motus, fortem corpus.

Contumeliam et iniuriam. contumeliam inferunt, iniuriam patiuntur.

Spectacula et spectamenta. spectacula loca sunt unde spectamus, spectamenta quae spectantur.

Pascentia et pabulantia. pascentia sunt quae ex se pascunt, ut prata, et pascentia mancipia quae pascunt; ideo etiam pastores vocantur: pabulantia vero quae pascuntur, ut iumenta.

Volventia et volubilia. volventia quae volvunt, volubilia quae volvuntur.

Animum et animam. animus qualitas viventis, anima causa vitae.

Materiam et materiem. materies animi est, | materia arboris; et materies qualitas ingenii, materia fabris apta.

Hebescit et hebetescit. hebescit qui natura obstupescit, hebetescit qui amitttit aciem.

Da et cedo. *cedo* sibi poscit et est inmobile, dat qui † non finite facit datum.

---

12 Inter agilem et strenuum et fortem et validum . agilem actio facit, strenuum metus, fortem animus, validum corpus *cod. Mont.* 22 Materiam *Beda 279,2* 24 Hebescit *Beda 274,19*

---

1 ut litigent *Putschius* partis est *editio Ascensiana* 5 uirtute ā armis *N* uirtutem uel armis ς 6 clam caelant Alteri non prodere alteri caelare naturali habitu inest ς *verbis quae in codice post* 8 officium suum *scripta sunt huc transpositis* 8 navus] natus ς alteri — habitu *om.* ς celerem celere naturali *N* 14 Contumeliam et iniuriam . Contumeliam inferunt Iniuriam inferunt ntur patiuntur ς Contumeliam et iniuriam patiuntur *N* 16 spectantur] spectamus *N* 17 ex se pascunt *Buttmannus*, ex se pascuntur *N* ς 18 quia pascuntur *N* ς, quia pascunt *Buttmannus* 19 quae pascuntur] quae ita utuntur *N* quae iis utuntur ς 24 qui *utroque loco Beda*, quod *utroque loco N* ς obstupescit ς obsturpescit *N* 26 Da et cedo Cedo sibi ς Da et cedo sibi *N* finire *Fabricius*

p. 2204 P.

Fidelem et fidum. fidelis fit, *ut domino servus, fidus natura; ita alter tempore cognoscitur, alter semper invenitur.*

Laudem et laudationem. laus facti instrumentum est, laudatio vero est rerum gestarum relatio.

Fere et aliquando et nonnumquam. fere futurum significat, aliquando et nonnumquam quod intermittere non patitur.

Aptum et utile et idoneum. aptum loco venit et tempore, quod habet summetriam; utile fertur † uti prudentis litterae; idoneum vel amicum per consilia dicimus vel servum in usu domini sui.

Saxum et lapidem. saxum naturale est, lapis qui ex saxo caesus est.

Certationem et certamen. certatio est administrantium, certamen operis.

Victimam et hostiam. victima maior est, hostia minor.

---

1 Fidelem *Beda 273,14* . Inter fidum et fidelem . fidelis amicus est, fidus servus *cod. Mont.* 3 Inter laudem et laudationem . laus est in qua virtus enitet, laudatio inquisitio . alii dicunt laudem esse eius qui laudatur, laudationem eius qui laudat *cod. Mont.* 7 Inter aptum et utilem et idoneum . aptus est loco vel tempore; utile ad id refertur, ut in prudenti latere (*l.* utile ad aliquid refertur, ut inprudenti litterae) utiles sunt; idoneum dicimus [vel opibus] aut amicum per consilia aut servum in usu domini sui *cod. Mont.* 10 Inter saxum et lapidem . saxum natura est, lapis qui de saxo cecidit vel ascisus est *cod. Mont.* 11 Inter certamen et contentionem . certamen virtutis aemulatio est, contentio alteratium (*l.* altercantium) est *cod. Mont.*

---

1 ut domino — invenitur *om. N et lacuna indicata* ȿ . *supplementa praebuit Beda* . fidelis fit, fidus nascitur *Fabricius* 3 uero ȿ n̄ (*h. e.* non) *N* 8 habet suam materiam . Vtile fecit ȿ idoneum ut amicum ȿ 9 dicimus ut seruum ȿ domini sui] hominis *N* ȿ 10 est *priore loco om.* ȿ 13 hostia minor | Explicita sunt Cornelii Frontonis Fragmenta de Differentiis nominum et verborum ȿ

Commentarius de notis a graecis et latinis grammaticis in editionibus scriptorum usurpatis in codice Parisino 7530 f. 28 et 29 scriptus est: cf. gramm. lat. v. IV p. XLI. hunc una cum Isidori commentario de notis ex orig. I 20 excerpto', qui in eodem codice f. 154 et 155 legitur, Mommsenius descripsit et ex eius apographo Bergkius primum edidit Zeitschr. f. Alterthumsw. a. 1845 p. 81 sqq. deinde Osannus post anecdoton Romanum Gissae a. 1851 editum p. 321 sqq. utrumque libellum sic, ut a Bergkio ad fidem codicis editus erat, repetivit et notis subiectis quaedam quae in codice corrupta erant correxit. postea Reifferscheidius Parisinum commentarium pluribus locis coniectura emendatum in Suetonii reliquias p. 137 sqq. recepit. nam hunc auctorem secutum esse grammaticum, qui haec composuit, probabile est. denique Nauckius post lexicon Vindobonense a. 1867 p. 278 sqq. eundem commentarium edidit. praeterea multi in vitiis grammatici vel librarii corrigendis operam collocaverunt. his copiis usus libellum, qui in editione veterum grammaticorum non videbatur omittendus esse, denuo hoc loco edidi. codicem manu scriptum Maximilianus Bonnet me rogante iterum cum priore apographo contulit eaque quae adnotaverat liberaliter mecum communicavit. huius igitur studio debetur, quod paucis locis paulo accuratius, quam antea factum erat, scriptura codicis indicari potuit, quamvis et admodum pauca sint et valde exigua, quae inde accesserunt.

NOTAE XXI QVAE VERSIBVS APPONI CONSVERVNT

p. 137 R.

— obelus. ※ asteriscus. ※— asteriscus cum obelo. ≻ simplex ductus. ≻ diple. ⩾ diple periestigmene. Ↄ antisigma. Ↄ̇ antisigma cum puncto. ⌢ coronis. ≻— diple obelismene. ⫷ aversa obelismene. ⁜ ceraunion.

Codex Parisinus 3 obeleus, *ut videtur, corr.* obelus

p. 138. 139 R.

÷ obelus adpunctus. —< obelus cum aversa. > diple superne obelata. >< recta et aversa superne obelatae. ⁂ chi et ro. ⁑ fi et ro. ⌠ ancora superior. ⌡ ancora inferior. alogus.

His solis in adnotationibus Ennii Lucilii et historicorum usi sunt † uarrus hennius haelius aequae et postremo Probus, qui illas in Virgilio et Horatio et Lucretio apposuit, ut *in* Homero Aristarchus.

.— obelus versibus apponitur hac causa. Pisistratus quondam Atheniensium tyrannus inordinata et confusa adhuc poesi Homeri praemio sollicitare proposuit eos qui *eam* ordinarent iisque praemii nomine in singulos versus singulos obolos constituit. mercede multi inducti pauperes, quibus ingenium affluebat, quoniam aut invenire aut disponere † debebat non poterant, fingendo plurimos versus operis nobilitatem corruperunt. unde evenit, ut postea prudentiores viri, quorum summus in hac re fuit Aristarchus, quotiens inprobarent versus quasi aut malos aut non Homericos, obelo potissimum notandos existimarent. nam et ipsius Homeri proprios sed non eo dignos eadem hac nota condemnarunt. |

⁂ asteriscum Aristophanes apponebat illis locis quibus sensus deesset, Aristarchus autem ad eos, qui in hoc puta loco positi erant, cum aliis scilicet non recte ponerentur. item Probus et antiqui nostri.

Codex Parisinus 1 diple super obelata ⩾— recta et auersa superne obelata 2 fi] fi *littera graeca alia manu, ut videtur, superscripta* anchora *utroque loco* 3 alongus, *ut videtur, corr.* alogus 4 hennii lucii 5 uarros 6 in *post* ut *om.* 8 comfusa adhuc poeesi 9 quia ordinassent 10 obelos 14 inprobaret 15 obelum potissime notandum exhistimaret 16 sed] et 17 aristofanes

---

1 diple superne obelata *Reifferscheidius* 2 recta et aversa superne obelatae *Reifferscheidius* 3 alogus] *Isidor. orig. I 20,27* alogus nota quae ad mendas adhibetur, *Serv. in Verg. Aen. X 444* adeo ut Probus alogum posuerit: *cf. Ribbeck proleg. in Verg. p. 151* 4 his et olim in adnotationibus Ennii Lucilii et scaenicorum usi sunt Vargunteius Laeliusque et postremo Probus *Ribbeckius proleg. in Verg. praef. p. IX* Ennii Lucilii *Bergkius* historicorum] scaenicorum *L. Muellerus annal. philol. a. 1863 p. 176* 5 *corrupta grammaticorum nomina, quorum probabilis emendatio inventa non est, sic ut in codice scripta sunt exhibui* . Vargunteius Laelius Archelaus et postremo Probus *Bergkius coll. Suet. de gramm. 2*, Vargunteius Ennius Aelius aeque et postremo Probus *Hertzius Zeitschr. f. Alterthumsw. 1845 p. 395, qui Ennium grammaticum significari voluit coll. Suet. de gramm. 2 et Isidor. orig. I 21,1*, Vargunteius Ennius Aeliusque et postremo Probus *Reifferscheidius*, Marcus Ennius Aeliusque et postremo Probus *Riesius annal. philol. a. 1866 p. 466*, Varro Aelius Aquila et postremo Probus *Osannus*, Varro Sinnius Aelius aeque ac (aeque ut *Muellerus*) postremo Probus *L. Muellerus l. c. et Nauckius . alia temptavit Steupius de Probis grammaticis p. 37 sqq.* qui illas item Vergilio *Steupius* 9 qui eam ordinarent *Reifferscheidius*, qui ordinarent *Osannus* 10 obolos *Reifferscheidius* 11 ut debebat *Reifferscheidius*, ut debebant *Osannus . fortasse* decenter 14 inprobarent *Osannus* 15 obelo potissime notandos *Nauckius* existimarent *Osannus* 16 sed non *Reifferscheidius* 18 ad eos versus, qui hoc puta loco recte positi erant *Reifferscheidius*

p. 139. 140 R.

⁜ — asteriscus cum obelo propria nota est Aristarchi. utebatur autem ea in his versibus, qui non suo loco positi erant. item antiqui nostri et Probus.

> simplex ductus inter versus ponebatur ad separandas res a rebus quae inconexa currerent, quem ad modum *in* catalogo, cum loca a locis aut *regiones a* regionibus, et in agone, *cum* praemia a praemiis, certamina a diversis certaminibus separantur.

> diplen aperistikton primus Leagoras Syracusanus apposuit Homericis versibus ad separationem Olympi a caelo, proprie Olympum ab eo pro monte positum adnotans, nusquam pro caelo, quod saepe *οὐρανὸν εὐρύν* dicat et *μακρὸν Ὄλυμπον*, neque e contrario epitheta permutet. ponebat autem tam ad montis significationes quam ad caeli: utrimque manifestatur voluntas eius. usus et in multis Aristarchus, nunc ea quae praeter consuetudinem tam vitae nostrae quam | ipsius poetae apud eum invenirentur adnotans, nunc proprias ipsius figuras, interdum ea in quibus copiosus est, rursus quae semel apud eum ponerentur. similiter in nostris auctoribus Probus.

⩤ diple periestigmene apponebatur in his quae Zenodotus Ephesius non recte adiecerat aut detraxerat aut permutaverat. et nostri ea usi sunt.

Ↄ antisigma ponebatur ad eos versus quorum ordo permutandus erat. sic et in nostris auctoribus invenitur.

Ↄ̇ antisigma cum puncto ponebatur, cum eiusdem sensus versus duplices essent et dubitaretur, qui potius legendi. sic et apud nostros.

⌒ coronis tantum in fine libri posita invenitur.

⁂ ceraunium ponitur, quotiens multi versus inprobantur, ne per singulos obelentur.

Codex Parisinus 1 utebantur 4 inconexa] in conexu quemammodum catalogo 5 regiones a *om.* cum *ante* praemia *om.* 6 a diversis] aduersis separan_, *h. e vel* separantur *vel* separant *cum nota distinctionis* 8 coelo, *ut videtur* 9 prae celo ЄVPIИ 10 permutat 11 utrumque 16 in his *hoc loco om.* efesius 17 permutauerat in his et nostri 22 tantum] a̅u̅

---

1 utebatur *Osannus* 3 simplex ductus] *Isidor. orig. I 20,8* paragraphus ponitur ad separandas res a rebus quae in conexu concurrunt (qui inconexa concurrant *cod. Par.*), quem ad modum in catalogo loca a locis et regiones a regionibus, in agone praemia a praemiis, certamina a diversis certaminibus separantur 4 inconexa concurrerent *Osannus* 5 in agone cum praemia *Reifferscheidius* 7 Leogoras *Isidorus orig. I 20,14* 9 nusquam pro caelo *Nauckius Aristoph. Byz. fragm. p. 16* 10 permutet *Nauckius l. c.* 11 utrimque *Reifferscheidius* 12 usus est ea in multis *Reifferscheidius* 16 diple periestigmene, id est cum geminis punctis: hanc antiqui in his apponebant, quae Zenodotus Ephesius non recte adiecerat aut detraxerat aut permutaverat . in his et nostri usi ea sunt *Isidorus orig. I 20,15* diple periestigmene eis apponebatur quae *Riesius annal. philol. a. 1866 p. 472* . in his, *quod in codice post* permutaverat *scriptum est, huc transposui* 17 similiter et nostri ea usi sunt *Ribbeckius proleg. in Verg. p. 151* . *fortasse* sic et nostri ea usi sunt 22 coronis tantum in fine *Reifferscheidius : cf. Isidor. orig. I 20,26* coronis nota est quae (chronis nota tantum *cod. Par.)* in fine libri apponitur

p. 140. 141 R.

⩽ aversa obelismene † in ore ponitur, quae ad aliquid respiciunt ut 'nosne tibi fluxas Phrygiae'.

⨪ obelus cum puncto ad ea de quibus dubitatur tolli debeant necne.

>— diple obelismene ad separandas in comoediis et tragoediis periodos.

—< *obelus cum* aversa, quotiens strofae antistrofos infertur.

> diple superne obelata ponitur ad condicionem locorum vel temporum vel personarum mutatam.

> < recta et aversa superne obelatae ponuntur cum eadem * significant similemque sequentem esse. |

$\overset{\rho}{\chi}$ chi et ro. haec sola ex voluntate unius cuiusque ad aliquid adnotandum ponitur. Χαρακτήρ : Ribb. prolt. Virg. 162

$\overset{\rho}{\phi}$ fi et ro. haec apponuntur, quotiens vel emendatio vel sensus sollicitius est inspiciendus.

⎴ ancora superior ad aliquod praecipue dictum.

⎵ ancora inferior ad humilius vel inconvenientius quid enuntiatum.

NOTAE SIMPLICES

⩾ bis dictum. Ↄ alienus versus. F metafrasis latina. *Φ* metafrasis graeca. M malum metrum aut aprepes. *II* contra historiam. *Θ* supervacuus. ⨪ repugnans. H※ recte positus et pugnanti contrarius. — praepositum sine consequente. ⨪ consequens sine praeposito. ⩾ alienus et supervacuus. *Φ* ⁀ *Φ* ⁀ graeca metafrasis et bis dictum et repugnans. *ΦP* graeca metafrasis et repugnans. *Φ*F metafrasis graeca et latina.

F. de notis Probianis

Codex Parisinus 2 nosne] nos.te. frygię 4 traguediis 5 obelus cum *om.* strofe 10 ex voluntate] uix ad uoluntatem 12 sensus] eius uersus 14 anchora *utroque loco* 18 aprępes 19 propositum sine consequente 23 F. de notis probianis EXPL NOTĘ.

---

1 aversa cum obelo ad ea ponitur, quae ad aliquid respiciunt, ut 'nosne tibi fluxas Phrygiae res vertere' *sqq. Isidorus orig. I 20,18* in ora ponitur *Osannus,* in eis ponitur *Riesius annal. philol. a. 1866 p. 472 . fortasse* his apponitur 2 nosne] *Verg. Aen. X 88* 5 aversa (obolismene *add. cod. Par.*), quotiens strophe et antistrophos infertur *Isidorus orig. I 20,17* 8 recta et aversa superne obelata ponitur finita loco suo monade significatque similem sequentem quoque esse *Isidorus orig. I 20,20 lacuna quam indicavi in hunc fere modum suppleri potest,* cum eadem strophe saepius repetitur, et significant similem quoque sequentem esse . *nam in monostrophicis carminibus eas notas positas esse Isidori definitio docet* 10 haec sola ex voluntate (hoc e sola ex uoluntate *cod. Par.)* uniuscuiusque ad aliquid notandum ponitur *Isidorus orig. I 20,22* haec sola ex voluntate *Reifferscheidius ex Isidoro . fortasse* haec ex sola voluntate *utroque loco* 12 vel sensus eius versus sollicitius *Reifferscheidius,* vel sensus versus sollicitius *Berglius annal. philol. a. 1871 p. 319* 19 praepositum sine consequenti *Osannus*

Ex codice Vindobonensi 16 olim Bobiensi octavo vel nono saeculo scripto in analectis grammaticis Vindobonensibus edita sunt fragmenta de accentibus p. 142, de litteris cum definitione partium artis grammaticae, cui Sergii nomen praescriptum est p. 197, de nominibus cum excerptis argumenti grammatici p. 205 sqq., de propriis nominibus p. 212. quae fragmenta in codice variis locis distributa leguntur, f. 47 de propriis nominibus: f. 49 de accentibus ante excerpta de metris gramm. lat. v. VI p. 617 : f. 55 de partibus artis grammaticae et de litteris ante excerpta Victorini gramm. lat. v. VI p. XIX, anal. Vindob. praef. p. X : f. 156 de nominibus, cui parti deinde in altera eiusdem membranae pagina f. 156* et in ea quae cum hac cohaeret f. 159 interpretationes quaedam vel glossae vocabulorum maximam partem ad Vergilium, Horatium, Lucanum, Iuvenalem, paucae etiam ad Sallustium pertinentes subiectae sunt, cf. anal. Vindob. praef. p. XI, Endlicher cod. lat. bibl. Vind. p. 222. ex his autem ea quae ultimo loco commemoravi, propterea quod ad interpretationem potius veterum scriptorum quam ad grammaticam artem spectant, a ratione quidem huius operis aliena erant . sed quoniam haec quoque ab editoribus superiori parti tamquam excerpta argumenti grammatici continuata erant neque in scholia poetarum, quae nunc habemus, recepta sunt, non putavi ea omittenda esse, praesertim cum non nulla, quae memoria haud indigna sunt, in iis inveniantur. versus poetarum, ad quos adnotationes adscriptae erant, maxima ex parte diligentia Vindobonensium editorum indicati erant; paucos ipse addidi. lectiones codicis Bobiensis ex Vindobonensi editione repetivi.

INCIPIT DE ARTE GRAMMATICA SERGII

p. 197 ed. Vind.

Ars grammatica institutio sermonis periti. haec his rebus continetur, litteris, syllabis, accentibus, pedibus, VIII partibus orationis, anomalis, vitiis, figuris, clausulis, metris, etymologia, orthographia, expositione

B codex Bobiensis, nunc Vindobonensis 16
v editio Vindobonensis
3 anomalis *v* anomali . us (*h. e.* anomalibus) *B* . *fortasse* anomaliis vel vitiis
4 clasulis *B*

p. 197. 198 V.

historicorum et poetarum. de quibus titulis hac moderatione tractabo, ut superflua despiciens, necessaria breviter exponens, nec fraudem studiosis faciam nec fastidium delicatis.

DE LITTERA

Littera dicta quasi legitera, eo quod legentibus iter praestet. ea est vocis articulatae pars minima. vox autem dicitur articulata quae scribi potest, confusa quae scribi non potest. litterae accidunt III, nomen figura potestas. nomen est quo vocatur, figura qua scribitur, potestas qua quid possit apparet. litterarum nomina declinationibus carent neutrique sunt generis, unde Cicero in Verrinis ‘usque ad alterum r’. litterae omnes aut vocales dicuntur aut consonantes. vocales sunt quae et sonis singularibus constant et solae syllabas faciunt, sine quibus nulla syllaba procreatur. sunt autem numero V, a e i o u. quae licet omnes dichronae sint, id est et produci et corripi possint, tamen a i u in utroque tempore similem possident sonum, ut acer amor itur iter unus ubi. e vero et o dupliciter proferuntur: nam cum corripitur e, pro ε graeco est, ut ego; cum producitur, pro η, ut Leda: itemque o cum corripitur, pro o graeco est, ut polus; cum producitur, pro ω, ut Roma. praeterea i et u transeunt in consonantium potestatem, cum primae in syllabis positae vel ipsae inter se cohaerent, ut Iuno vita, vel aliis vocalibus copulantur, ut Ianus Venus. sed u cum est consonans, digammae, aeolicae litterae, fungitur sono, ut Venus. | sed u cum inter q et quamcumque aliam vocalem ponitur, pro nihilo est, ut quoniam: nam non potest esse consonans, quia non est prior, et prohibetur esse vocalis a sequente vocali. sane i inter duas vocales posita in una parte orationis, si consonans fiet, duplicis loco fungitur, ut Troia.

Consonae sunt quae sono naturae suae vocalibus miscentur: non ut liberae sonant, sed ut obnixae consonant, nec umquam solae syllabas faciunt, quamvis velut syllabae proferantur. hae vero bifariam dividuntur: aut enim semivocales dicuntur aut mutae. semivocales sunt quae detracta vocali a qua inchoant dimidium sonant. sunt autem numero VII, f l m n r s x. sed x duarum consonantium fungitur loco, ut nix. s aliquando sibilus, non littera iudicatur, ut ‘ponite spes sibi quisque’. l m n r liquidae vocantur, quia in metro saepe deficiunt: l, ut ‘neve

---

